
SELECTARVM RE

gularum & Fallentiarum vtriusque iuris liber vnus, authore D. Ioanne Bernardo Diaz de Luco Episcopo Calagurritano, ab infinitis mendis expurgatus, & amplissimis annotationibus locupletatus ab Ignatio Lopez de Salzedo.

Ad Illustrissimum ac Reuerendissimum D. D. Didacum de Spinosa, Sacrosanctę Romanæ ecclesiæ titulo sancti Stephani. Montis Cęlij Presbyterum Cardinalem, Episcopũ Seguntinũ, supremi regij Senatus Principem, & in amplissimis Hispaniarum regnis de moribus & fide Catholica summum censorem.



COMPLVTI.

Apud Ioannem à Villanoua:

1 5 6 9.


Terciũ

preambulũ.

DON Phelippe por la gracia de Dios rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, delas dos Sicilias, de Ieruſalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Corcega, de Murcia, de Iaen, Conde de Flandes, y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el licenciado Yñigo Lopez, de Salzedo, nos ha ſido hecha relacion que vos auiades eſcripto ciertas annotaciones a las reglas y fallencias de derecho que eſcriuio don Iuã Bernardo Diaz de Lugo las quales eran vtiles y prouechoſas y nos ſupplicaſtes y pediſtes por merced vos dieſſemos licencia y facultad para lo poder imprimir ſin que otra perſona alguna lo pudieſſe hazer ſin vueſtra licencia y mando, y como la nueſtra merced fueſſe loqual viſto por los del nueſtro conſejo por quanto enel dicho libro ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuamente hecha diſponeſue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos enla dicha razon y nostuuimos lo por bien. y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos para que por eſta vez pueda imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion ſin que por ello cayga ni incurra en pena alguna, y mandamos que la tal impreſsion ſe haga del dicho libro original que va rubricado cada plana y firmado al fin del de Domingo de çauala nueſtro eſcriuano de camara, y delos que reſiden enel nueſtro conſejo, y que deſpues de impreſſo no ſe pueda vender ni venda el dicho libro ſin que primero ſe trayga al nueſtro conſejo juntamente conel dicho original para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme al original ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas enla pragmatica y leyes de nueſtros reynos, y no fagades ende al dada en Madrid a diez y ſiete dias del mes de Henero de mil y quinientos y ſeſenta y nueue años.

D. Cardinalis Seguntinus El Licenciado Menchaca. El Licenciado Fuen mayor. El Licenciado Iuan Thomas. El doctor Gaſpar de Quiroga. El Licenciado Iuan çapata. El Licenciado Don Antonio de Padilla.

Yo domingo de çauala eſcriuano de camara de ſu mageſtad la fize eſcreuir por ſu mandado con acuerdo delos del ſu conſejo.



Illustrissimo ac reuerendissimo

D.D. Didaco Spinosa, sacrosanctæ Romanæ Ecclesię titulo sancti Stephani Montis Cęlij, presbytero Cardinali, episcopo Seguntino, generaliq; causarum fidei censori, nec non supremi Regij Senatus pręsidi, Ignatius Lopez à Salzedo, Salutẽ & ęternã felicitatẽ precatur.

CVM ANTE ANNOS QVAtuor Princeps Illustrissime, practicam illam criminalem canonicam eruditissimi viri Joannis Bernardi Diaz de Luco calagurritani episcopi integerrimi meis scholijs locupletatam typis tradidissem, nonnulli ex præceptoribus & amicis meis, quos ob eorũ candorẽ plures mihi comparauit Salmanticense illud bonarum literarum emporium, per literas suas me certiorem fecerunt, opus illud eo fuisse approbatum applausu, quo admitti solent quæ futura quandoque sunt studiosis vtilitati literariaq; reipublicæ summè gratum fore asseuerarũt, si eadem diligentia & labore eiusdem authoris iuris vtriusq; regulas & fallentias locupletassem, à meq; assiduis & importunis precibus vt id citissime facerem efflagitarũt. Cumq; amicis iusta petentibus negare nefas sit, calamũ sumpsi, rẽ incœpi, tandẽ pro ingenioli mei tenuitate opus absolui. Illudq; cũ in publicũ essem missurus, tu inclyte princeps ante omnes eximijs ornamentis clarissimus occurristi, cui dicarẽ. Nã cui aptius meliusue literarij labores dicari aut nuncupari poterunt quam ei qui ob illustrem maiorum progeniem, mores laudatissimos, animi magnitudinem, optimæ vitæ institutionem, raramq; vtriusq; iuris cognitionem, in amplissima Hispaniarum republica iuris dicendi summam potestatem habet? quiq; Philippi inuictissimi Hispaniarum Regis summo præsidet senatui? Certè nemini. Taceo summam animi tui moderationem atq; humanitatem in tãta rerũ ac fortunarum am-

amplitudine, qui licet heroici corporis maiestate præfulgeas, ad audiẽdũ tñ causas nemo facilior, in congressu nemo suauior nemo denique ad bene de omnibus promerendũ paratior aut propensior esse possit. Præterea etiã, quod licet natura lenis & per quam humanus fueris in iure tamen æquoq; & bono reddendo, ita es seuerus & constans, vt neque spe allici, nec gratia flecti, nec authoritate frangi, nullius denique causa à recto nec transuersum (quod aiunt) vnguem dimoueri possis. Cæterum in latissimo tuarum laudum campo amplius spatiari nolo, ne quod homini eloquentissimo iusta oratione, imo vero iusto volumine, exequi difficile esset id ego breui hac epistola exequi videar. Accipe igitur illustrissime Præsul, grato vt omnia soles animo laboris mei quamlibet exiguam fœturam, vel saltem animi mei propensionem in hoc cognoscas, qui si maiora potuissem eram promptissimo animo præstaturus. Ego tamen Deum optimum Maximum precabor, vt te nobis & vniuersæ reipublicæ diu seruet incolumẽ vale Compluti idibus Septembris. 1569.

Yo Domingo de çauala, escriuano de camara de su. M. de los que resid̃e en el su consejo doy fee, que por los señres del consejo fue tassado este libro, yntitulado reglas y falencias, que por su mãdado hizo imprimir el licenciado yñigo lopez de Salzedo en nueue reales cada bolumen en fe delo qual lofirme de mi nombre fecha en Madrid en Veinte de diziembre de 1569 años

Domingo de çauala.

El auctor deste libro tiene Priuilegio de su. M. por tiẽpo de diez años para que minguna persona sin su poder lo pueda imprimir ni vender en estos Reynos so ciertas penas en el contenidas,

SELECTARVM REGVLA rum vtriusque iuris liber vnus auctore D, Ioan ne Bernardo Diaz de Luco, Episcopo Calagurritano, Ab infinitis mendis expurgatus, & nouissime nunc amplissimis annotationibus locupletatus, ab Ignatio Lopez de Salzedo.

De litera A.

REGVLA PRIMA.

ABBas regulariter non potest absoluere monachos ab excõmunicationibus inductis à iure. Ita format Panor. in. c. monachi. de sent. excõm. motus per tex. in Clem. 1. de priui. & in. cap. religioso. de sent. excõm. lib. 6. & per alia de quibus per eum. & vide Silue. in sua summa in verbo, absolutio. lo. 4. col. 11. versi. circa prędicta.

Primo restringe regulam præinsertã, nisi esset Abbas habens iura episcopalia. Sic limitat idem Panor. in. d. c. monachi. referendo Fed. de Senis in consi. 14. quod dicit menti tenendum, cuius vestigijs inhęret ibi Fel. alia cumulãs in fauorem suum.

Secundo limita, vbi religiosus esset excõmunicatus ex constitutionibus ipsius regulę: quia tũc ab Abbate valebit absolui. Ita dicit Ioan. Cal. in cons. 6. ti. de sent. excõm. incip. apostatauerunt. nisi ex cõsuetudine absolutio pertineret ad superiorem, secũdum eũ. cui assentitur Feli. in prędallegato loco.

Tertiò fallit, nisi Abbas excõmunicasset, quia ad eum spectauit absolutio. sic restringit Feli. vbi supra. per tex. in c. ab excõmunicato de rescriptis & satis impertinenter iudicio meo, cum talis excommunicatio non dicitur inducta à iure, & sic extra propositũ nostrę regulę. Adeò enim doct. moderni satagerunt regulas suas per se fœcundas reddere, vt sœpius alienos partus illis supponant, vt facilè si experiaris intelliges.

ANNOTATIO.

Addè veram huius regulæ rationẽ esse, quia absolutio ab excomunicatione à iure inducta, si nulli reseruata fuerit, regulariter Episcopo & non abbati, nec inferiori competit. tex. celebris in. c. nuper. de sent. excõm. quem præter ordinarios interpretes, qui hoc ex illo tex. colligunt, testantur illum tex. singularem esse Cardi. & Barb. in. c. 1. de offici. deleg. & tradit late Abb. Feli. & Dec. in. c. at si clerici. §. vlti. de iudi. & plures alios quos diligenter congerit Henr. Botęus in tract. de sinodo. 3. par. arti. 5. Quod sanè procedit, etiam si excommunicatio lata fuerit per inferioris constitutionem confirmatam per summum Pontificem, nam ab hac episcopus absoluit. ex Bal. sententia in prooem. decretal. in parte, rex pacificus. Abb. col. vlti. in. c. ex frequentibus. de. insti. & ibi Cardi. 4 oppo. De quo lege latius D. episcopũ Segobien. relecti. cap. Alma mater. 1. par §. 12.

nu.4.de ſent.excõmu.in.6.

REGVLA. II.

Ablatum ab aliquo tanquam ab indigno fiſco applicatur.l. Papinianus. §. meminiſſe. ff de inoffi. teſt. & in.l. Claudius.in fine.ff.de his quib. cum ſimil.not.glo.in.l.1.C.e. titu.& ibi docto.Et tu Hiſpane, qui Caſtellæ& Legionis æquiſsimis,pijs ac admirandis legibus ſubderis (quem ſolum ſub hoc Hiſpani vocabulo in hoc opere comprehendam,) ne , aut vocabulum inſtringere , aut earum legum vim videar extendere, vltra quam decet) vide leg 13,titu. 7. part.6.quę ponit ſex caſus ſeruientes pro exemplis huius regulę.

Primò fallit, quando talis indignitas non venit culpa illius à quo aufertur,ſed propter errorẽ teſtatoris: quia tunc non fiſco , ſed venientibus ab inteſtato applicatur.tex.eſt in.l.ſi pater. de hę. inſt. & ita limitat Iaſ. in. d.l.1. poſt.glo.ibi.

Secundò fallit & notabiliter, quando quis priuatur propter delictum ſuũ quod reſpicit certam perſonam: quia tunc non fiſco, ſed illi perſonæ applicatur.text.in.l.penul.C.de lega.cõcordat text.in.l.poſt. legatum.§.amittere. ff. de his quib.vt indigin. & in l.2.§ fina.vbi Bar. ff. de columna bono.& vide Socin. in conſi. 241. colũ. 11.ver.quartò proba.in.2.vol.vbi per d.l.pe.& per.d.§. amittere. dicit quod regula eſt, quod quando aufertur aliquod ab aliquo tanquam ab indigno, illi applicatur,cuius cõtemplatione aufertur:quod intellige,quãdo talis priuatio,fauore dictæ perſonæ certæ , fit à lege,vel ſtatuto , & ſic procedant dicta iura , ſecus ſi fiat à teſtatore: quia tunc non illij perſonę , ſed venientibus ab inteſtato, vel alijs cohæredibus applicatur.Ita declarat Iaſ. vbi ſu prà:& ponit notabile exemplum pro ſecundo caſu, videlicet ſi teſtator prę cipiat hæredibus , vt vxorem ſuam, cui victum & veſtitum relinquit,non male tractent, ſub pœna amiſsionis hęreditatis , ipſis eam incurrentibus, non vxori, ſed alijs legitimis ſucceſſoribus , hęreditas applicatur: quod dicit voluiſſe Bart. in . l. vxorem .§.hęres per illum tex.ff.de legat 3.& refert Bal. Ang.Imo.& Alexan. idem tenentes in varijs locis : & ita eſt communis concluſio doctor . ſecundum Didac. de Segura in ſolemni repe. l. Vnum ex familia . §. ſed & ſi fundum. columna fin.ff.delegat.2.qui refert eũdem Iaſ.in alijs duobus locis idem tenere. Et tu Hiſpane vide.l.fina.titu.7. parti.6.quę ſcribit ſex caſus in quibus fallit iſta regula.

ANNOTATIO.

Adde Azonem in ſumma. C.de his quib. vt indig .docto.in.l.ſi pater.C. de hæred.inſt. & in.l.ex facto.§ .Iulianus.ff.de vulg.& pupil. & in . l . hæreditas. C . de his quib . vt indig. A Egidi.Boſsi.latè in ampliſsimo illo delictorum tract.titu. de his quibus vt indig. per totũ pag.799.

Hanc regulam , vltra authorem noſtum, cum duodecim limitationibus ſcripſit Matth. de Afflictis in titulo quæ ſint regalia. ver. Et quæ.nu.1.&.2.

REGVLA. III.

Abſentes in actis capitularibus , regulariter vocandi non ſunt , niſi in tribus caſibus , de quibus per glo . in cap . 2 . de teſtib . lib . 6 . Ita Card. tenet & ibi Felinus. in. c.cum omnes. de conſtituti . vbi Bal. & Archid. in.c.ea enim.§.hoc ius porrectum. 10. quęſt.2.& Imo.in.c.fin.colu.3.de ma/ 10.& obediẽtia vbi dicit quod iſta eſt com-

communis, licet oppositum teneat Innó in.c.2.de no. oper.nunc.

Limita & declara dupliciter, vt per Felin.in.d.c.cum omnes.col.3.nu.22.

ANNOTATIO.

Adde pro huius regulę clariori elucidatione Fran.de Ripa lib.2.respon.c.21.Catelli.Cot.in Memor.iuris in verbo absentes. Cald.in.consi.3.tit.de const.

Hanc regulam vltra authorem nostrum, cũ nouem limitationibus constituit And.ab Exea. in.c.cum omnes nu.206. de const.

REGVLA. IIII.

Absolutio vnica legitimè impetrata sufficit, vt quis absoluatur à pluribus excommunicationibus.glo.est singul.in.c.cum pro causa. in. glo. 2. de sent.excommu.

Limita illam glo.vt. per Felin. ibi vltra doct. dummodo absoluens possit absoluere ab illis excommunicationibus: quod firmat tenuisse Pet. de Anch.post Paul.in Clem. grauis eod. tit. & ibi Card.q.18.

ANNOTATIO.

Adde latissime istius regulæ materiam examinantem.D.Couar.in.c.Alma mater. 1. par. §.11.num.13.de senten.excommu.lib.6.

REGVLA. V.

Absolutione à iuramento concidenda, necessaria est partis citatio. vt late Abb.in.cap.1.de iureiurand. & Alb. in rub.C. de vsufruct. in fine & Imo. in Clem. dispendiosam. de iudi. colu. penul.& est communis opinio vt per Phil. Deci.in.cap.qua fronte de appel la.column.fin qui refert alios de quo vide bene per Ias.in.l.nec quicquam. in.§.vbi decretum in columna 8. circa fin.ff.de offi.procon.& lega.& vide etiam per Guiliel. Benedi. in rep: cap Raynuntius de test.fol.45. colu. 3. post medi.

Amplia istam regulam procedere, etiam in Papa vt per Ioan.de Sel.in loco infrà allegando, quam ampliationem limita dupliciter, vt ibi per eum.

Limita primò, quando iuramentum constaret, esse illicitum.

Secundò. quando non ageretur de prejudicio partis.

Tertiò. quando periculum esset in mora. quas limitationes descripsit Phili. vbi suprà & vide Ioan.de Selua in tract.de iureiuran.colum.antep. vbi supradictas limitationes ad hanc regulam descripsit, etsi Phil. non referat, qui etiã limitat alio & quartò modo, videlicet, nisi iurasset non vocare creditorem in iudicio, quia tunc posset absolui parte non citata, pro quo allegat Felin.in.cap.1.eo.tit. & vide in materia Anto.Nicel.in concord. glossarũ iuris ciuilis & canonici in cõcordantia 52.in columna.10.versi.vigesimo primo fallit.

ANNOTATIO.

Adde Archi.& doct.in.c.licet canon.de electi.lib.6.Anch.consil.382.col.1.Cald.in consi.1.ti.de feri.Soci.consi.59.col.3.vol.3. Lap. allegati.10.Paul.de Cast.cons.259.nu.2.vol.2 Alex.cons.222.nu.8.vol.2.Io.And.in addi.ad Specul.Rub.de iureiur.col.3.& ita olim iudicauit Capella Tholosana quæst.62.& secundum regulam hanc sententiam in proprio casu obtinuisse, quam ad literam refert, testatur Guid. Pap.deci.140.nu.2.& vide eundem decis.225. num.2.Caro.Rui.cons.66.nu.2.lib.4.Cur.Senn.cons.65.col.vltim quo loco hanc esse cõm. opinionem fatetur.Hyppo.qui multos eam sequẽtes allegat in rep.l.de vno quoque.nu.124. ff de re iu.D.Couar.lib.1.vari.resolu.c.4.nu.5 D.Perez.in.l.1.tit.2.lib.3.ordi.ver. Secundò suadetur.vltra quos hãc fatentur esse communem opinionẽ Hiero.Grat.resp.23.nu.11.vol. 2.Gozad con.69.col.vlti.Paris.cons.43.col.3. & cõs.54 nu.85. & con.96.nu.88. vol.1. Iod. in patrocinio pupil.to 4.nu.79. Beltrand.cõs. 42.col.3.vol.1.vbi dicit qđ in iudicãdo & cõsu

ledo nõ eſt recedendũ ab hac opinione & cõſ. 154.col.2.eod volum.eandem fatetur eſſe magis communem opinionem Rolan. à Vall. conſilio.13 num.25 Hæc tamen relaxatio,ſiue abſolutio a iuramento petenda eſt ab epiſcopo propriæ diœcelis,nõ vero ab epiſcopo dœrceſis aduerſarij, cum quo litigandum eſt. vt tradit Lap.d.alleg.10. Abb.in c.ſi quis contra clericum.de foro compo.ſequitur Anto. Capi. de ciſi.Neap 18 nu.6 Marc. Ant.Nattæ cõſ.145. nũ.28.vol 1.Et huius noſtræ regulæ principalis cõcluſio multis ꝓbatur: nã huiuſmodi abſolutio cauſæ cognitionẽ requirit, vt dicit Inn. in c.adaures.qued metus cauſ. Specul. titu de iudice.deleg §.nunc oſtendendum. verſi. 24. cum duobus ſequentibus.Non ſanè abſolutio fiet,niſi cauſa ſubſiſtente,vt not.in c.quãto de iureiurando vbi glo.dicit, id nec Papam quidẽ poſſe facere,cum iuramentum ſit iuris naturalis & diuini ſcriptum eſt enim Matthęi.5. *Redde domino iuramenta tua*. quod repetitur in c.& ſi Chriſtus.de iureiurand. in qua ſentẽtia fuit Inno.in c cum inter in fine de renunc. Nec debet concedi niſi appareat de magna lęſione.vt per docto.in c cum contingat de iure iuran.Late per Iaſ.in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendi. ſi ergo cauſę cognitio requiritur, & citatio quoque l. in cauſæ.§. cauſa cognita ff. de minо.Nam cauſarum merita, partium aſſertione panduntur.l.vlti. C. ſi per vim vel alio mod.Præterea videtur ſemper intereſſe partis, qui iuramentum recepit, ne fiat abſolutio: nam vtile eſt habere partem huiuſmodi iuramenti vinculo obligatam,vt ex multis iuramenti effectibus comperies, igitur nihil debet decerni in prędudicium illius abſentis cap 1.de cauſa poſs.& prop.cum ſimil. et vltra doctores quos ſupra allegauimus vid.Ioan.de Neuiz.conſ. 21.

Primã huius regulæ limitationem, quã hic cõſtituit autor intellige.vt eo caſu procedat,quãdo clariſſime conſtat iuramentum illicitum eſſe,& turpitudinem continere ex parte ſuſcipientis:ſecus vero ſi dubitari poſſit.ita Abb.in c.1.de iureiur.col.6.verſi. nunc extra glo.

Secundam verò limitationem ſequtatus fuit Card.in conſ.38.col.2.And.Tiraq.in tract.res inter alios acta, pagi.35.

Quartam limitationem originaliter tenuit Ioan.And.in addi.ad ſpe.in Rub. de iureiur. in fine quem refert Imo.in Clem. diſpendioſam ſuper glo.in verbo.tangentibus.de iud & in d.cap.1.de iureiura Sed reprobat Abba in d.cap.1.colum.7.vbiquoque Feli col.10.ver. quarto qui dicit poſſe ſaluari hęc limitatio, eam intelligẽdo de eo qui vult abſolutionem, ad hoc ſolum,vt habilitetur ad agendum. de qua ſtatim dicemus.

Quintò,vltra authorem,limita dictam regulam,vt procedat quando per abſolutionem euelleretur radicitus obligatio,ſecus autem ſi iuramenti abſolutio, ad eum effectum tantum impetratur, vt poſsit is qui iurauit abſque damno periurij contra contractum agere, vel excipere,quia tunc partis citatio non requiritur. cum non agatur de magno prædiudicio creditoris,cui omninò ius integrum & ſaluum remanet ad defendendum principalem obligationem iuratam etiam dicta abſolutione conceſſa ita conſuluit Oldral.conſ.120.incip.Ad duplicem finem.qui ad hoc alia multa allegat & hoc idem voluit Ioa.And.eius diſcipulus,nulla tamen præceptoris (vt alias plærunque) facta mentione in addi.ad Spe.d.rub.de iureiuran.in fine Petrus de Ancha. conſ.18.col.2. nu.6.Soci.iuni.conſ.47.num.38.vol. 3.Cur. Iuni.conſ.152.col. 3.Pari.conſ.58.nume. 85. volu.1.Paulus de Caſ.in.d.con.259.volum 2. Anto.de Prato veteri inter cõſ.Alex.cõſ. 49. vol. 4.Laur.de Rod.in.c.cõſuluit.q. 126 in fine.de vſur.Imo.in.d.c.1.de iureiu. Spha Auſ. in Capella.Thol.quæſt.62.verſi.tu vero dic. Caro.Rui.conſi.170.vol.1.vbi.dicit quod iſta eſt communis practica, quod non requiratur citatio. Couaru.in.d.cap. 4.Aym.Saur.conſi.77.nu.7.vol.1.Rum conſ. 9 vol.3.eam fatetur eſſe communem opinionem Rolan à Valle.conſ.13.nu.38 vol.1 & eſſe magis communem opinionem profitetur Matthæ. de Affli. deciſ.Neap.218.nume.10.& ſequenti & vide eundem deciſ.322.Quæ opinio forenſi conſuetudine eſt recepta ſecundum Alciatum in l.ſi quis maior ſuper tex.in verbo,putauerit.colu. 2.C.de tranſ.Eamque apud Gallos forenſis vſus iam pridem recepit,ſi credimus Ioan. Rupellano legum & conſuetudinum Gallicarum ſcientiſſimo.lib.1.forenſium inſtitutionum.c. 33.verſi.ſententię.pagi.173. Petr.Rebuff. ſuper Regias leges Gallię in tract.de reciſ.contract.ar.vni glo.23.nu.18.pa.199.to.2.conſti. Frã.Et in curia epiſcopali Bononiæ ſeruari teſtatur Ioan.Imo.in.c.debitores.in col 9. de iureiur.& in curia archiepiſcopali Tholoſæ opinionem hanc practicaſſe & vidiſſe practicari fatetur Auffer d. deciſi. Tholoſæ. 62. & generalis conſuetudo eam obſeruat teſte

Cald.

Cald.conſ.5.ti de iureiur.idem aſſeuerat dicēs opinionem iſtam eſſe communem Rol.à Valle.conſ.2.nume.6.vol.2 Quæ quidem opinio in hac celeberrima Compiutenſi curia inueterata conſuetudine eſt recepta necnon,vt audio in cæteris totius Hiſpanię eccleſiaſticis publicis tribunalibus. & vbique ſeruatur teſte Marco Anto Nat conſ.197.num 5.vol.1. Quanuis non me præterit contrariam opinionem tenuiſſe tibi maie conſtantem Petr. de Ancha. conſ.198.col.1.nu.2.ſequitur Alex.conſ.222. nu 8 vol.2.Cur.Seni.conſ.43.Feli.in.d c.1.de iureiur nu.24.Carol.Rui.conſ.66 nu.2. vol. 4.vbi dicit opinionem iſtam probabiliorē eſſe quam cōmuniorē & veriorem eſſe fatetur Hippol.qui plures eam ſequentes allegat in. d.l.de vnoquoque. nu.163.ff de reiud.Sed priorē opinionem tanquam veriorem & ſecundum quā ſæpiſſime iudicatum vidi ſequor.His ſane rationibus innixus.Primo, quia forenſis vſus eā iam pridem recepit, & in opinionū conflictu tinenda ea opinio eſt quam vſus comprobauit. l,minime.l.ſi de interpretatione. ff. de legib. vera enim interpretatio à practica ſumitur teſte Bal.in.c.1.in prine.de feud. ſi.cul.non amittit ſic Iuriſconſulti noſtri in eorum reſponſis illud crebro inculcāt, hoc iure vtimur,quaſi in popul. & multitudinis conſenſu magna interpretandi vis reſideat.vt ſunt iura expreſſa in l.eſt receptum eoque iure vtimur.ff. de iuriſ. omnium iud.& in.l hoc iure vtimur ff.de dona.& in.l.hoc iure vtimur ff.de aqua quoti.& æſti.& in.l hoc iure vtimur.ff de verb.obligat & alib; ſæpe & conducit tex. in l. illud vſitatiſſimum. ff.de excuſa.tuto.Præterea quia hic vt dixi nō tractatur de graui creditoris incommodo, cum cor ceſſā ab ſolutione ad dictum eſſe actum,omne ius ad defendendum contractum iuratum, creditori ſaluum remaneat. Itē quia verſimiliter creditor,etiā ſi præſens eſſet non poſſet allegare cauſam propter quam abſolutio ipſa concedi nō debeat,igitur non eſt citādus, per.reg.l. qui poteſt inuitis.ff.de reg.iur.Et ex his tollitur ratio.Imo.in.c.debitores. de iureiuran.aſſeuerantis, q̄ ſi creditor citaretur forte obſtenderet euidentem calumniam petentis abſolutionem,& q̄ id facit gratia dilatandi iudiciū,quo caſu audiri nō debet.l. ſatis aperte.C. de fal.quia hæc abſolutio obtenta,minime impedit quo minus creditor ſtatim vel agēdo.vel excipiēdo,poſſit docere euidentē aduerſarij calūniam & ſententiā obtinere & ideo in nullo præiudicatur creditori,ſi id q̄ ante abſolutionē facturus

facturus erat,abſolutione iā obtenta poſſit facere. Nec Pet.de Anch.rationes vbi paulo ante allegaui refragatur,quibus probare contendit q̄ in hoc caſu non tractatur de modico creditoris incōmodo, ſed de graui vbi excluditur aduerſarius a limine iudicij, ꝓpter multas moras ipſius: & dubium euentū, & inſuper ſumptus & varias vexationes.quę in litibus frequētiſſime occurrunt.vt in.l.minoribus.ff. de minor.l.quod debetur.ff de pecu.Et etiā ſi damnum eſſet modicū in modico non debet iudex partē lædere.l et in minoribus. C.de appella. capi.de appellationibus eo tit. in decret.His tamē reſpondeo, quod etiā ſi creditor cōpareret allegans moras iudicij.& dubiū euentū, neenō ſumptus & vexationes, minime denegaretur dicta abſolutio,cū perſonæ qualitas quia minor vel mulier,& pactorū prima facie iniquitas iudicē impelleret,vt dicto modo à iuramento abſolueret.vnde cū hæc allegans non audiretur citari no debet vt alleget, qui expectari non debet euentus qui nihil operatur.l.aliquādo in fine.ff.ad Velleiam.Et licet nec in minimo debeat iudex vulnerare cauſam principalē,quia in ordinarijs remedijs minimū eſt in cōſideratione.l.ſi proprietarius in prin.vbi Bar.ff. de damno infect. & ita loquitur tex.in.d.l.et in minoribus.adductus ab Anch.tamen in præparatorijs iudiciorū propter leuitatē præiudicij recedimus à regulis iuris cōmunis:hinc in illis ordo iudicij negligitur. & ex qualibet præſumptione iudicatur, & ſufficit ſcire pro ratione voluntas vt eſt textus. in.l. Theſaurus. ff. ad exhibend. quem multis congeſtis ornat Felin.in.c.quæ in eccleſiarum.col.18. verſi. Quarta declaratio eſt de conſi.Et priuſquam huic limitationi vltimā manū imponā ſilentio no prætermittā vnū hac tēpeſtate admodum quotidianū ac frequēs etſi vehementer periculoſum. Quum enim in contractu iuratūeſt,ac etiā ad effectū agendi no petere abſolutionē: ſi quis abſolutionē impetrauit ad dictū effectū, non facta mentione quod iuravit ſe nō petere nō eſt à iuramento abſolutus. nec vt poſſit agere habilis factꝰ,niſi prius abſolutus fuerit ab eo iuramento,quo iurauit ſe nō petere abſolutionē.Ita Bal.in.l.2.ff.de iureiur.quē Feli.ſequitur in.d.c.debitores.Lod.in.d.4 to.nu.8.Soc. cōſ.59.dubio.2.lib.3.Tho.Grā.deciſ.45.nn.2 Marc.Ant.Natte.cōſ.144.nu 6.lib.1.Thom. Grā cōſ 25.in ciuilibus.nu.1.& 2.vbi ſingulariter ſcribit quod ſi iudicis officiū fuerit implo ratum petitumq; fuerit iuſtitia miniſtrari ſup

pletur is defectus qui in petitione absolutionis interuenit.

Sextò limita, nam licet sit verũ quod in absolutione à iuramento pars sit citãda, tamen si citata non fuerit: & absolutio fuerit cõcessa valet & tenet. ut volunt Anto. in d. c. debitores exemplo eius quod dicitur in absolutione ab excõmunicatione, vt per Ioan. Andr. & alios in. c. quafrõte de appel. & hoc dictũ Ant. seq. Iaſ. in. l. patre furioso. col. antep. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Abb. autem in. d. c. 1. de iureiur. post. qu. 1 col. 7. hoc dictũ pro notabili cõmẽdauit eum col. 7 ver. quarto reprobat ea ratione, quia (vt dictũ est) non potest episcopus, nec etiam Papa absoluere, siue dispensare a iuramento sine causa. Igitur antequam oppa reat causam subesse, non habet potestatẽ absoluendi, etiam si vere causa subesset, quia ignorat, id quod est fundamentũ suæ potestatis. vt not. Bar. in. l. 2. ff. de iudi. & in. l. multũ. ff. de cõd. & demõst. Nec potest illi apparere de causa nisi vocata ipsa parte vt diximus. Nec obstat, quod de absolutione ab excõmunicatione not. in. d. c. qua fronte. quia illa semper dependet a voluntate illorũ qui excõmunicant: valet enim semper siue iusta siue iniusta sit excommunicatio. vt in. c. 1. 11. q. 3. l. 31. tit. 9. par. 1. no. in. c. venerabilibus. §. vbi autẽ de sen. exc. li. 6.

REGVLA. VI.

Absolutus de certo crimine, amplius accusari non potest. vt in. c. de his. de accusa. vbi bona glo. Et vide simile in. c. habet. 2. q. 5. probatur in. l. licet. §. fin. ff. naut. caup. & sta. concordat. l. 12. ti. 1. par. 7.

Limita. 12. modis, vt per Feli. in. d. c. de his. per duas primas col. vbi aliquas ex limitarionib⁹ sublimitat: quẽ vide, quia esset laboriosum trãscribere. Et vide tu Hispane alleg. l. par. quę huic regulę triplicẽ limitationem assignat.

ANNOTATIO.

Adde Abb. & Ioan. de Ana. in. c. fin. de col. deteg. en. Rom. conſ. 213. num. 2. Ang. Arcti. vbi Auz. Arim. in addi. in tract. malefi. in parte. Et ad querelam Tirij. nume. 9. Hippo. in singu. 639. incipi. Absolutus. AEgidi. Bosi. in tract. delictor. titu. de senten. nume. 76. pagin. 557. D. episcopum segob lib. 2. vari. resp. c. 10. per totum Anto. Gome in tra. de lict. c. 1. nu. 27. apud quos varias huic regulę limitationes scriptas reperies.

Hanc etiam regulam ultra nostrum authorem, scripsit Robertus Maranta in speculo aduocatorum 6 par diuisi, 6. iudi. nume. 49. §. octauo principaliter. pag. 309. cum multis sequẽtibus, vbi eam latissime interpretatur: multas que ex ea quęstiones decidit, tandem limitat decem modis.

REGVLA. VII.

Absoluere potest legatus ab omni excommunicatione, etiam Papæ reseruata: probat tex. in. c. ad eminentiam. de sent. iuncto cap. si quis suadente. 17. quæst. 4.

Limita hanc conclusionem septem modis, vt per Feli. in. d. c. ad eminentiam. in fine de sent. excommu.

REGVLA. VIII.

Absoluere potest ab excommunicatione regulariter qui & ligare: vt in. c. si Petrus. 24. q. 1. & in. c. inferior. 21. dist. facit. l. qui cõdenare. ff. de reiudi.

Limita decem modis, vt per Siluest. in sua summa in verbo, absolutio. lo. 1. in col. 2. versic. absolutio, verò. Et in proposito huius regulę vide Zasi. in. l. qui condemnare. suprà allegata. vbi facit regulam sub his verbis. Correlatiuorum, vel contrariorum, qui potest vnum, potest & reliquum. & limitat nouem modis, vbi etiam vide Ripam. col. 2. &. 3. vbi regulam illius legis qui condemnare. limitat septem modis.

ANNOTATIO.

Adde omninò Ioan. de Ligni. in tracta. de censura eccles. §. 26. per totum Dec. in. l. qui cõdemnare. ff. de regul. iur. Authorem nostrum in practica criminali cano c. 3. num. 4. &. 5. & Regiam. l. 7. ti. 9 parti. ibi. *Qualquier que puede descomulgar puede absoluer.*

REGVLA. IX.

Acquisita per mulierem constante matrimonio, præsumuntur acquisita de bonis mariti. vt in. l. Quintus. ff. de

de dona.inter vir. & vxo. glo. & doctor.in .l.cum oportet.C.de bon. quæ lib.Francis. Crem .in singula. 6 .incipi. Tu scis qui referendo Bal.idem dicit procedere in concubina, vt de bonis amasij(vt vtar eius vocabulo) videatur acquisijsse. Vide tu Hispane.l.2. prope.fin.ti.14.par.3.

Amplia dupliciter dictam regulam, & limita vndecim modis, vt nouissimè per copiosum & fidum modernorum relatorem Ioan . de Neuiza in sua silua nupti . in noua eius impresione, in paruo volumine in fol.68. col. 1. cum tribus sequentibus. Licet insignis doctor noster Hispanus Ioã.Lup. in rep. Rub . de donat . inter vir . & vxor.fol . 35.col . 1. cum quinque sequẽtibus materiam huius regulæ optimè examinauerit,& tandem solum tripliciter ampliauerit,& alijs tribus modis limitauerit eam.

ANNOTATIO.

Adde Abb.nu.3. & doctores ibi in. c.significauit de donati.inter vir. & vxor.Bal.in.cons. 28.incip prẽponitur & cons. 55. incip.à libello incipiendum vol.4.Bartho. Chassa.in cõm.in consue.Burg.rub.4 glo. *fœmme*.num. 16. late Paul.Parisi. consilio.42.vol. 1.Benedict in . c. Raynuntius in verbo, qui cum alia matrimonium contrahens.num.144.de test.Dida.á Segura in tract.de bonis lucratis constante matri. & ibi noster Did. Perez nume.243. Et vtrum eadem præsumptio dari possit contra officialem principis, vt præsumatur bona quæ habet, de ipsius principis bonis acquisisse est glo. singul. quæ tenet quod sic in. l.defensionis, alias incipit facultas . in glo. vltim.ad fin . C. de iure fis.lib . 10 . quam sequitur Bal . in. l. 1.column.vltim.circa medi C .de hæredi , vel acti.vendi & in auth. licentiam . colu. vltim. C.de episcop. & clerie . quo loco dicit glo .illam esse notandam contra thesaurarios principum. Quawbis Bar . in.d. l. defensionis illius glo.sentẽtiam reprehendit sequutus. Cyn. & Belaperti.in.d. auth. licentiam.qui ea potissime ratione mouentur ne delictum presumatur. contra pijssimam decisionem tex .in .l. merito.ff.pro socio cum alijs. Sed idem Bal hanc controuersiam componens in l. si defunctus.C arbi.tutel.& latius in c.1. col . 2. versi. Item oppono. de cont.inter dom.& fid. de insti.feud existimat, vt glo. sententia procedat ante quam ratio reddatur administrationis, ea tamen reddita præsumptio cessauit. Sed cum eadem præsumptionis ratio de qua in dict . l.merito.detur etiam ante redditam rationem distinctionem. Bal.nõ admitto, & ideo veriorẽ opinionem indistincte contra glo esse censeo: cõtra quã allego tex.optimũ in.l . si defunctus . C. arbi.tuto. vbi tex. ille nulla distinctione cõstituta probat, quod tutor no præsumitur quæ siuisse , quę comparauit post administrationem ex redditibus pupilli: sed sua industria & ideo merito illius glo . opinionem assecuerat esse falsissimam contrariam dicens communem A Egidi. Bossi.in tract. delict.tit.de fisco.num. 49. Quia (vt ille inquit) si contraria opinio esset vera, actum enim esset de substãtia quàm plurimorum, fiscusque nullo negotio non mediocriter locupletaretur , quod esset maximum inconueniens . Sic procurator minime præsumitur ex patrimonio domini locupletatus . vt late per Anto. de Butrio Ioan. de Imo. & doctor in.c.1.de pecul . cleri. secundum eorum iudicium in facti contingentia interrogatus consuluit. And. Alcia. in consilio. 18. His etiam finitimum est quod voluit And . de Isernia quem in regno Neapolitano plurimi euangelistam appellant.in. cap.1. column .2.de contra inter. mas . & fœmi . quod vasallus non præsumittur quæsisse que habet ex bonis domini sed sua industria . quem sequitur ibi Matthæus de Afflictis.& Cate.Cott in Memo. iuris in verbo, concubina. Et quid in Rectoribus hospitalium vide per Bal.in. d. auth.licentiam.col.1. Sed dices, quare his casibus & similibus, quos vt breuitati consulam prætermitto, præsumuntur bona legitime ãposidẽtib. acquisita, propria industria: & nõ ex alienis bonis, hae tamẽ regula in muliere contrariũ iudicatur. Cuius discriminis ratio, mea sentẽtia ea esse potest, quia sicuti in supradictis casibus ob id bona propria industria & nõ ex alienis bonis acquisita iudicamus, ne delictũ si aliud foret præsumeretur: sic eadem ratio est in causa, vt acquisita per mulierẽ, matrimonio cõstante, ex bonis mariti acquisita fore cẽsentur, vt cuitetur delictũ & suspicio turpis quæstus. Qua etiã ratione subsistẽte, bona acquisita à prælatis præsumuntur de

bonis ecclesię, & non propia industria vt in.c. 1.de pecul.cleri.ne in illis criminis suspicio de tur,cum negotiatio sit eis interdicta.vt per totũ tit.ne clerici vel monach.istam rationem diffe rentię inter prælatũ,& alios administratores scri psit Abb.in.d.c.1.opp.1.Illud vero negari nõ potest,quod si prælatus habuisset aliquod offi cium lucrosum, vel alias esset vir industriosus, vel ipse habuisset bona tũc præsumptio.d.ca. 1.cessaret prout ibi not.Ioan.Andr.Petrus de Anch.Anto.de Butrio & Imo.Abb.in.c. cum esses de test.Alcia.in.cons.18.nu.2.Rom. cons. 159.Rolan.Val.cons.90.nu.19. par.2.

Hanc principalem regulam, vltra autorem nostrum,cum sex limitationibus,cõstituit Cat. Cotta in d.verbo, Concubina. Eandem regulã vbi not.eam ex animat, cum decem limitatio nibus scripsit Andr.Alciat.in tract.præsumptio nũm.reg.3.præs.26.Hodie tamẽ in hoc Hispa niarum regno regula hęc nõ procedet, cum eo iure bona omnia siue mobilia, siue immobilia, quæ maritus & vxor habent: communia repu tantur, præter ea quę quilibet eorum : sua fore probauerit vt disponit.l.203. Stilli quæ incipit, *Como quiera que en el derecho diga*,quã ad hoc not.Mich.Cifon.in.l.16.nu.12.in Taurinis cõ stitutionibus quę apud supremа Hispaniarum prętoria seruari testatur regius sui temporis dig nissimus senator Ioan. Lup.in elegantissima illa & numeris ommibus absolutissima electio ne rub.de donat.inter vir.& vxo.§.60.21.versi. Hodie tamen.

REGVLA. X.

Acta facta in causa ciuili, secũdum communem conclusionem doct.nõ faciunt fidem in criminalibus. Ita firmat Feli.in.c.at si clerici nume.12. de iudi quod ibi tripliciter limitat.

ANNOTATIO.

Adde Bar. & doctores in .l.2 .C .de edend. AEgidi.Bosi.in tract.delict.tit.sent.nu.83.pa gin.558. *Clarus lib.5.§.54.n.2.*

REGVLA. XI.

Acta litis ordinaria, quę respiciunt Potius causam quam instantiã, vt sunt effectus surgentes ex litis contestatio ne,& quod actio perpetuetur,quod res fiat litigiosa, quòd possessor sit malę fi dei,percpta instantia remanet: & se ex teudunt ad aliam instantiam, quando vertitur eadem causa,& inter easdem personas, vel inter alias quæ haben tur loco eiu sdem,doctrina est Bar.sin gu.in.l.2.ff.iudi.Sol.col.2.

Limita dupliciter,vt per Ias.in l. is apud quem. C.de edend.col.5.in fi ne.vide singularius per Feli.in. c.cau sam quę el.1.de testib.col.pe.ver.Fal lit primo.vbi hãc regul.describit pro prima fallẽtia alterius regulę & eam restringit.4.modis,vbi includit prędictas duas limitationes.Ias.

REGVLA. XII.

Actionẽ vbicunq; in ciuilibus, lex vel statutum non dari dicit, ope excę ptionis intelligitur, non autem ipso iure : tenet Bar.per tex.ibi,in.l.1.§.su blata iũcto principio illis .l.ff.ad se natus cons. Treb. vbi & Ang. & alij idem Bar.in.l.1. per illum tex. cum glo.ff.de iureiur.& in.l.cum lex.col. vlti.ff.de fideiusso.& in.l.1.per illum tex.ff.ad Macedo.& hanc regulã con firmat & defendit Ias.in d. §. sublata. colu.2.

Limita dupliciter,vt per Ias.ibi,qui vidẽdus est in lectura duplici illius.§.

ANNOTATIO.

Adde Alberi in tract.statutorũ.q.121. Abb. in.c.2.nu.4,de noui operis nũti. Petrũ Rab. in alpha.aureo in verbo, lex. fol 73 & auctorem nostrum in doctrinis magistralibus doctrina secunda.incip.actionem.

REGVLA. XIII.

Actiones tres, videlicet personalis, rei vendicatio, & hypothecaria,com petunt pro omnibus legatis & fideicõ missis tex.est in.l.1.C.cõm. delegatis & in.§.in nostra. insti de leg.

Amplia dupliciter,& limita septem modis,vt per Ias.in.d.l.1.col.2. & sequ.Et vide Iacob.de Nigris in rep.l.1 ff.de legat.1. vbi in materia huius regulę facit aliam: scilicet, Actio ex testamento competit pro legato,vbi est vali-

validum de iure communi, & concernit vtilitatem alterius: quam tandē ampliat quinque modis, & limitat septē alijs; quem etiam vide ponentem octo casus, in quibus actio hipothecaria nō competet pro legatis.

ANNOTATIO.

Adde Guill. Benedict in rep. capi Raynutius in verbo, si absque liberis in. 2. nu. 149. de test Fran. de Ripa in l. 1 nū. 47. cū sequenti. ff. de legat. Anto. Gom. tomo 1. de vltimis volun. c. 12 nu. 7 Petrum Ducinas Hispanum in reg. 15 incip. actio personalis, qui alias huic regulæ limitationes scribunt.

REGVLA. XIIII.

Actionibus bonæ fidei, veniunt vsurę à tempore morę absque eo quòd lis contestetur. tex. est in. l. videamus. in prin. ff. de vsur.

Limita, & intelligē, quādo tales actiones competunt contra eum, qui nullū ius habet: sed si competant contra eum qui mero iure habet ius, licet possit priuari eo, tunc vsuræ tantum veniunt à tempore motę litis. hoc voluit glo. in. l. 1. C. de his quib. vt indig. & ibi ita declarat Paul. quem ibi refert & sequitur Ias. in fin.

ANNOTATIO.

Adde Florianum in. l fideicōmiss. in prin. ff. d vsur. Ias. in § actionū nu 6 inst. d. actionibus.

REGVLA. XV.

Actio personalis datur contra hęredes, pro portionibus hęreditarijs. vt in. l pro hæreditarijs. C. de hęredi. act.

Limita septem modis, vt per Ripam in. l. 4. §. Cato. col. 12. ff. de verb. oblig.

REGVLA. XVI.

Actus inutilis & inualidus, operatur tātum ademptionem actus validi tex. in. l. plane in princip. ff. de leg. 1. vbi Bar. & doctores ponunt rationem.

Limita hanc regulam septem modis, vt per Ias. ibi, col. 2.

ANNOTATIO.

Adde omnino quæ scribit And. Tiraq. in. l. Bobes. §. hoc sermone. 1. limitatione. ff. de ver. signifi.

REGVLA. XVII.

Actus gestus contra formam, est nullus. tex. in. c. cū dilecta de rescrip. tex. in. c. Pisanis. de rect. spol. in. c. venerabilis. de officio deleg. l. cum. hi. §. si prętor. ff. de transact. & aliqua dicta ponit Fel. in. d. c. cum dilecta. col. 9.

Amplia duodecim modis, & limita octo vt per Felinū ibi colūna octaua.

REGVLA. XVIII.

Actus si non valet vt agitur, valet vt valere potest: vt in, c. vno. §. pe. de spons. imp. lib. 6.

Limita istam regulam quinque modis, vt per Ias. in. l. 1. §. si quis ita. col. 9. in fine & seq. ff. de verb. oblig. vbi vide Ripam. col. 4. cū tribus sequen. qui ampliat istam regulam octo modis & limitat alijs sex.

ANNOTATIO

Adde latissime huius regulæ materiā interpretātem. Caro. Moli. in. l 1. § si quis ita. nu. 33. cum seq. ff. de verb. oblig.

REGVLA. XIX.

Accusatio, seu actio criminalis, regulariter tollitur spatio viginti annorum. casus est notabilis in. l. querela. C. de falsi. qui à Bal. & Ang. ibi commendatur. Vide Hispane. l. 5. ti. 7. par tit. 7.

Amplia hoc procedere, etiam in inquisitione quæ fit officio iudicis.

Limita nouem modis, vt per Balb. in tract. de præscripti. in. 4. parte. 4: par. princip. in col. 2. cum duobus sequentibus.

ANNOTATIO

Adde Bar. in l in cognitione. ff. ad Sillani. Abba. in c. cum haberet. col. 2. nu. 3. de eo qui duxit in matri. Plat. in. §. Item lex Cornelia de Sicarijs. insti. de publi. iudi. Luc. de Penna. in. l. si apparitor. C. de coartal. lib. 12. Ang. Areti. & ibi Aug. Arim in tract. malefi. in part. Inchoata Nicol. Boeri. decisi. 26. per totam. Hipp. in. l. qui falsam § accusatio. ff. de falsi Lud. Car. in pract. crim. fol. 221. nouissimæ impressionis

Anto. Gome. in tract. de lict. c. 1. nu. 5. AEgidi. Bosi. in tract. de lict. ti. de acus. nu. 30.

n. 6.

Amplia tamen regulam istam vltra authorem, vt eius dispositio procedat etiam si offensus esset minor: quia aduersus hanc præscriptionem non potest in integrum restitui. tex. in. l. auxillium. §. 1. ff. de minori. vbi Alb. & Bal. Specul. tit. de in integ. resti. ver. sed pone. Et idem est in lapsu termini dati ad probandum à iudice contra reum accusatum: vel post publicationē in causa, quia restitui minor nullo modo potest ad producendos alios testes, vel probationem de nouo faciendam ita singu. scribit Alex. in. l. 1. §. nuntiatio. num. 34. ff. de noui oper. nūtia. vbi Rom. & Ias. col. penu. Ant. Gō. in. d. c. 1. nu. 6. & ante eos voluit glo: in Clem. non potest. in. glo. pen. de procur. Ex quo infertur egregia interpretatio ad. l. 17. in legibus de Madrid, vt eius dispositio in ciuilib. causis procedat non vero in criminalibus.

Hanc etiam regulam, vltra doctores supra allegatos qui multas limitationes assignant, cū septem limitationibus scripsit Petrus Follen. in practica. crimi. in. 1. par. 2. par. in verbo, foriudicentur. num. 17. pag. 123.

REGVLA. XX.

Accusator, siue instigator etiam in criminalibus debet condemnari in expensis: vt tenet Bar. in. l. 1. in prin. 4. col. ff. ad Turpi. & in. l. senatus. eo tit. sequitur Ias. in. l. properandum. §. sin autem alterutra. 9 col. C. de iudi. de quo vide Feli. in. c. accedens. pen. col. de accus.

Limita præfatam regulā tribus modis, vt per eundem Ias. in. d. §. sin autē alterutra. in. d. col. 9. & adde Ant. Nicellum in concordantijs glossarum Iuris ciuilis & canonici in cōcordia. 47. incip. Expensę qui refert Præposi. Mediol. præceptorem suum in. c. fin. de dolo & cont. ponentem regulam cum viginti limitationibns: & ipse Ant. per tres col. bene examinat materiam huius regulæ.

ANNOTATIO.

Adde quod hoc est sine dubio, quod in criminalibus causis, victus victori est in expensis condēnandus. tex. in. l. si postulauerit. versi. si reus. & ibi Bar. ff. de adult. l. vlti. Secundum vnam lectionem. C. de fructibus & liti. expen. vbi idem not. Bar. num. 2. Sali. num. 9. in. l. qui crimen. C. qui accus. non poss. gl. fin. in. c. cū dilecti. de dolo & contu. vbi Bal. col. 2. & Alb. nu. 17. sentit glo. in procem. inst. in parte, legit. vbi Ang num. 8. glo. in c. finem litibus. in parte expensas. de dolo & contu. vbi Abb. nu. 24. testatur esse cōmunem opinionem. quam sequitur Bar. in. l. 1. in prin. num. 13. ff. ad Turpi. eandem fatentur esse communem opinionē Hippo. in. l. patre vel marito. nu. 12. ff. de quæsti. & in practica §. supereſt. num. 1. episcopus Calagur. in excellentissima illa practica criminali canonica, c. fin. nu. 1. insignis Padilla in. l. transigere. nu. 4. C. de trāsact. de qua lege Capell. Tho. & ibi Stephan. Auf. in addi. q. 6. AEgid. Bosi. in tract. delict. tit. de accusa. num. 28. qui alios allegat cui communi sententiæ suffragatur. l. 113. stilli. ibi. E *desque fuere dado juyzio contra el acusado, entonce pagara estas costas y las otras, y no ante.*

REGVLA. XXI.

Adeundi iuri, seu immiscendi triginta annis præscribitur: vt tenent doctores cōmuniter in. l. licet. C. de iure delib. secundū Ias. ibi. Vide tu Hispane. l. fi. ti. 14. par. 6.

Limita, nisi filia esset instituta à matre sine cohærede, quia tūc si infra triginta annos non adiuit ex testamēto, poterit infra alios triginta adire ab intestato. & idem si ab intestato ex vno capite per triginta annos esset excluſa, quia poterit ex alio, infra alios triginta admitti. quod voluit notabiliter Bal. in. d. l. licet. referendo Bar. quam decisionem dicit mirabilem Paul. in. l. quandiu. la. 1. ff. de acqui. hęredi. commendat etiam Ias. in. d. l. licet. fin. col. per quod limitat dictam communem conclusionem: quod subintellige, vt per eosdem ibi.

ANNOTATIO.

Adde quod huius regulæ doctrinam, præter alios fatētur esse communem Corne. cōs. 305. nu. 6. vol. 3. Bartho. Soci. cons. 91. in fine. volu. 1. Ias. in. l. fin. C. de repud hæredi. col. 2. ver. sexto limita. Dec. in l. 2. nu. 3. C. qui admitti. Balb. in tract.

in tract. præscrip. 4. pa. 4 pa. princi. q. 19. Pari. con 32. nu 16. vol. 3. Roderi. Suarez maximus ille vir apud Hispanos in controuersis forensi bus alioquin summa scientia præditus in l. 1. ti. *de las herencias* num. 44. lib. 3. for. leg. Decio. in l vni. C. quando non peten. par. 4. col in fine. nu. 8. vbi hanc dicit esse magis communē opinionem & ibi Iacob. de S. Georgio colu. 1. num. 8. qui fatetur secundum eam consuluisse & obtinuisse Ant. Gom. 1. tom. c. 9. nu 28.

Et istam vnicam limitationem, quam huic regulæ constituit author tenuit Bar. in. conf. 129 incip. quidam habuit vxorem. nu. 3. Bal. in rubri. C. qui admit. col. 4. ver. sexto quęritur. Alexan. & Aret. in. l. quandiu prior. ff. de acqui. hęredi. Paul. de Cas. in. l. Pantonius. col. 2. vbi Areti. col. 3. ff. eo. ti. Alex. in. conf. 89. col. 2. lib. 2 & conf. seq. col. 2. Iaso. qui eam reputat esse valde sing. in. l. si emancipata. ante fin. C. de iuris & facti ignor. & in. l. 1. col. pen. C. qui admi. & con. f. 34. col. 2. lib. 1. & conf. 84. col. ante p. Conconf. 70. col. 3. lib. Cæpol. cautel. 167. incip. nota auream cautelam. vbi hoc reputat sing. Guid. Pap. sing. 89. Benedict. in. c. Raynuntius. in. verbo, Et vxorem. nu. 126. de testam. Catel Cot. in Memor. iuris. in verbo. Adeūdi. Lud. Goz. cōs. 56. col. 2. Ant. 2. Gome. qui hoc multum extollit in. d. c. 9. num. 29. And. Tiraq. in. lib. 2. de retract. conuent §. 2. glo. vni 20. Quam fatentur esse communem opinionem. Carol. Ruin. 24. nu. 1. vol. 1. & cōs. 16. nu. 8. vol. 3. Maranta in. l. is potest. num. 96 ff. de acqui. hæredi. & dignissimus Regius senator. Antonius à Padilla. in. d. l. si emancipata. num. 42. Quanquam sciam opinionē Bar. non caruisse contradictoribus, qui contrarium tenuit quidam Franc. Tigrinus, qui fuit vir magnæ scientię & sanctæ vitæ, vt refert Bal. in. c. 1. §. 1 tit. episcop. vel abb. in vsibus feudor. & Alex. conf. 188. num 2. vol 6. Tigrinus inquam, conf 158 incipi. Prædictæ rationes. num. 4. inter consilia. Bar. cuius opinionē contra communem sequuti sunt Sali. & Fulgo. in. d. l. licet. C. de iure delib & contra Bar. opinionem seruari communiter affirmat Carol. Molin. ad Alex. conf. 87. num. 7. vol. 2. Ego tamen Bar. opinionem, quam in istius regulæ limitatione author noster approbauit: tamquam veriorem & magis communem sequor.

REGVLA. XXII.

Administratores publici dicuntur habere mandatum generale cum libera: probat tex. ex quo ibi notat Bar. & doct. in. l. præses. C. de transacti. per quem tex. hoc firmauit glo. in. l. si mā dato generali. ff. de procur. in. glo. fin.

Limita tripliciter, vt per Iaso. in. d. l. præses. 3. col. qui prius infert duo notā da ex prædicta regula.

REGVLA XXIII.

Agnati vsque ad decimum gradum. cognati verò vsque ad sextum succedūt. Regula est quę colligitur ex tex. in. l. fin. C. vnde legi. & in. §. fin. inst. de succes. cogn.

Limita hanc conclusionem quadrupliciter, secundum Iaso. in. l. fin.

ANNOTATIO:

Adde quod huius regulę decisio, per authēticorum iura est iam antiquata, cum illo iure agnati & cognati in omnibus æquiparentur, vt in § nulla. in authen. de hered. ab intest. veni. coll. 4. vnde hodie nulla distinctione constituta admittuntur. glo. in. §. si vero neque fratres in autl. de hæredi. ab intest. veni glo. Bar. & doct. in auth. in successione. C. de suis & lig. hær glo. in. §. fin. Insti. de succes. lib. Bar. & doct. in. d. l. fin. C. vnde legi tradit Nicol. de Vbald. in tract. de succes. ab intest. 3. par. ad fin. ver. Restat videre num. 12. Guil. Benedi. in. c. Raynuntius, in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam. num 87 de test. Ant. Gome. cum allegatis ab eo in. l 8 Tauri nu. 5 &. vide Regiam. l. 6. ti. 13. par 6.

REGVLA. XXIIII.

Allegans turpitudinem suam, non auditur. tex. in. l. si creditoribus. in fin. C. de ser. pign. dat. manu. & in. l. transactione finite. C. de transacti. & in. l. alias. ff de iureiur. cum alijs. Vide Felin. in. c. lator. de reiudi. 1. col. & 2. vbi ponit plures casus fallentię.

Amplia, quod sicut non licet allegare propriam turpitudinem, ita nec illius cuius aliquis est hęres, puta patris: vt in. l. filios & ibi Bar. C. de his quæ in fraud. credi. refert Iaso. in. l. iusiurandum quod ex conuentione. § fin. col.

col. pen. in prin. ff. de iureiur.

Primò fallit, quãdo aliquis allegat turpitudinem cótra eum, qui fuit particeps criminis: vt in. l. de tutela. C. de integ. reſti. mi. & ibi doct. per Bar. in l. iuſiurandum quod ex conuent. §. fin. cum lege ſequẽti. ff. de iureiu. & ita in ſpecie limitat Cæpola conſ. 58. 1. col. in fin..

Secundo fallit, niſi allegat eam excipiendo, vel replicando, ſeu defendendo, licet non poſsit agendo, vel petendo: & hoc quando allegat contra participem criminis. Ita Cẽpo. vbi ſuprà per nota. per Bar. in l. alias. ff. de iureiur. Sed ſalua pace Cæpol. iſta fallentia, ſeu declaratio. ſuperflua eſt, ſtante precedente reſtrictione ſeu limitatione ad dictam regulam, vt facile iudicabis.

Tertiò fallit, quando illa turpitudo conſtaret per confeſsionem partis aduerſæ. Ita limitat Cæpola vbi ſupra col. 2. uer. Tertio modo.

Quarto fallit, vbi turpitudo eſt detecta ab alio quam à committente per cõfeſsionem, probationes vel per ſententiam: quia tũc poteſt allegari etiã contra non participem criminis, maximè ad ſui defenſionem, excipiendo, vel replicando. Ita limitat idem Cæp. d. 2. col. per notata per Bar. in d. §. fin. cum lege ſeq. vbi vide Alex. in. col. 4. & Iaſ. in. 6. qui in hoc quando fuit detecta per ſententiam, idem tenet. & vide melius per eundem Iaſ. in col. antep. in fine. vbi cũ Bar. cõcludit, quòd quando eſt ab aliquo detecta licitè poſsit & indiſtincte allegari: in cuius corroborationem tria not, deſcribit, quorum vltimo ſingulariter ſublimitatur iſta concluſio, videlicet. niſi ex tali allegatione turpitudinis ab alio detectę allegans ſentiret lucrum: ad quod allegat Bal. in. cap. intelleximus de iudi. quod dicit alibi non legiſſe.

Quintò fallit, vbi vertitur periculum animę. ut in. c. lator. & in. c. conſanguinei de re iudi. Ita reſtringit glo. in. c. inter dilectos in verbo, turpitudinem. de donationib. quam ibi ſequitur Abb. & dicit iſtum caſum eſſe not, tãquam generalem & comprehendentẽ ſub ſe multos alios caſus. Sequitur etiam idem Abb. in. c. cũ ſuper. fin. col. de conceſs. pręb.

Sextò fallit, fauore eccleſię vt probat tex. in c. quod quis commiſit. 35. q. 9. & in. c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. ali. vel non. ita limitat glo. in. d. c. inter dilectos. quam ibi ſequitur & not. Abb. in. 2. col. qui reſpondet ad tex. ibi, qui in contrarium videtur vrgere. tenet & idem Abb. in. d. c. cum ſuper. fi. col.

Septimò fallit fauore libertatis, vt probat tex. in. l. interrogatam. C. de lib. cauſa per quem ita reſtringit glo. in. d. c. inter dilectos quam ibi ſequitur Abb.

Octauò fallit, in caſu. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. mai. vbi auditur quis allegando quod coniurauerit contra Principem, ad effectum, vt alij puniantur.

Nonò fallit, in caſu auth. Sed nouo iure. C. de pœn. iud. qui male iud. Secũdum Abb. in d. c. cũ ſuper prope. fin. qui hanc limitationem cum præcedenti deſcribit.

Decimò fallit, quando quis allegat eam contra ſe & in ſui prędiudicium. Ita tenet Bar. in d. l. iuſiurãdum quod ex conuentione. §. fi. 4. col. per. l. inde Neratius. §. fin. cum leg. ſeq. ff. ad leg. Aqui. & per alia de quibus ibi, vbi vide Iaſ. fing. 7. col.

Vndecimò limita, niſi reus allegando turpitudinem ſuam oſtendat actorem carere actione, quia tunc auditur. Ita limitat. Ioan. Andr. in. d. c. inter dilectos

lectos. quem ibi reprehendit Anchar. vide Alex. in. d. l. iusiurandum. in. d. §. fi. in. col. 4. qui post aliqua in propo sito relata, dicit quod opinio Anchar. est æquior, & fortasse verior: quia opi nio Ioan. And. non videtur iure pro bari & Ias. ibi in pen. col. nihil in hoc firmat sed se remittit ad Alex. ibi.

Duodecimò limita, vbi actus est ge stus contra legem, quia tunc licet alle gare eam. Ita limitat Bal. in l. non du bium. C. de legib. & in alijs locis per Ias. relatis in d. § fi. l. iusiurãdum. col. pen. qui hanc limitationem sequitur, motus alijs fundamentis, quam ipse Bal.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. cum profitearis. C. de reuo. donat. vbi scribitur. Cum profitearis in fraudem alterius te donasse, professionem in hone stam continere intelligis. Quia si fraudem fe cisti fraudem patere, vt fiat quod scribitur. in l. sed & partus. §. 1. ff. de eo quod metus cau. ibi *quod fecit passus est.* Vt fiat, quod scribitur Ecclesiast. c. 27. *Facienti nequissimum consilium super ipsum deuoluetur.* Et quod scribit diuinus ille Poeta Psal. 7. *Incidit in foueam, quam fecit.* Et conducit illud Ausonianum in Trimetris.

Compedes.
Quas ipse fecit, ipsius ut gestet faber.

Illud quoque Gellij ex antiquioribus. lib. 4 Noctium Atticarum. c. 5.

Malum consilium consultori pessimum.

Et circa materiam huius regulæ vide Bar. in. d. post contractum. col. 2. ver. Sed an venditor. ff. de dona. & cons. 65. in prin. Bal. in l. in emptione circa medium. C. plus valere quod agitur. Petrum de Ancha. cons. 226. col. 1. Alb. in l. transactione finita. C. de transa. Franc. de Ripa in. c. cum M. Ferrari. nu. 61. de const. Barba. cons. 8. col. 4. vol. 4. Caro. Rui. cons. 125. nu. 4. lib. 1. & cons. 142. nu. 7. eo lib. & cons. 78. col. 3. lib. 4. & cons. 72. num. 2. lib. 5. Deci. cõs. 34. & cõs. 187. col. fin. Et lege latius Socin. qui regulam istam per quatuor, vel quinque col. ex aminat cons. 264. col. 3. vol. 2.

REGVLA. XXV.

Allegans contraria non est audien dus. tex. in l. 1. C. de fur. & in l. Titiæ. ff. de condi. & demõstra. & allegat plu res concordantes glo. in. d. l. 1. sunt iu ra canonica in. c. vno. vt eccles benef. & tex. vbi Bal. in. c. solicitudinem de appella. Inquo semper tene mẽti, quod si aduersarius non vult eum repelli in totum, sed acceptare vnum ex contra rijs, potest hoc facere. ita tenet Bal. in l. cum precum. C. de lib. caus. fin. col. vbi dicit notandum.

Limita tamen prædictam regulam septem modis, vt per Ias. in. d. l. 1. C. de fur. col. pen. Adde alias quatuor li mitationes per Claud. Marmerium in rep. §. nihil cõmune. l. naturaliter. ff. de acqui. poss. fo. 10. col. 2. ver. Ex his consequenter.

ANNOTATIO.

Adde circa istam regulam Guid. Pap. singu lari. 706 Rob. Mara. in speculo aduocat. 4. par. 20. dist. iudi. num 4. pag 257.

REGVLA. XXVI.

Allegans titulum solemnem vel le gitimum, puta stipulationis, probat ti tulum allegatum præcessisse, ex præsta tione decennali, adeo quod eius virtu te potest debitor in futurum co[illegible]elli Elicitur ista regula ex. l. cũ de in rem verso. ff. de vsur. secundum cõmunem intellectum doctorum ad eam assigna tum.

Amplia quadrupliciter dictam cõ clusionem, & limita duodecim modis, vt per Ias. in. l. si certis annis. C. de pa cti, quẽ vide, quia in huius regulæ cor roborationem nouẽ decisiones notã das adducit, in quibus multum operatur decẽnij lapsus. & vide eundẽ Ias. qui solum posuit septẽ restrictiones. ad. d. l. cum de in rem verso. in. §. præiudiciales. in pe. col. inst. de acti. quem etiam vide in col. seq. pro materia e iusdem. l. Et huic regulæ solum tradit duas limitationes. Soci. in. reg. 82. in cip. Debitum.

ANNO-

ANNOTATIO.

Adde latiſsimè, & melius quam alibi Franc. Balb. in eleganti ſsimo illo præſcriptionũ tract. 2. par. 3. par. q. 1. fol. 20. vbi iſtam regulam, pluribus adductis concluſionibus declarat, ex quibus vtiliſsimas quæſtiones decidit. Et vide etiam ampliſsime And. Tiraq. in tract. præſcri. §. 1. glo. 4. qui à pagina 24. vſque ad paginam 72. adducit. 43. deciſiones in huius regulæ corroborationem. Vide etiam. D. Couar. in reg. poſſeſſor 2. par §. 4.

Hanc regulam vltra noſtrum authorem, cũ quatuor ampliationibus, & ſex alijs limitationibus, conſtituit Bartho. Chaſſa. in cõm. in cõſue. Burgund. Rub. 11. §. 2. in verbo. *Et ſemblablement.* nu. 16. pag. 138.

REGVLA. XXVII.

Allegare, vel dicere non ſufficit niſi illud probetur. glo. in. c. non eſt de conſuet. lib. 6. in verſi. Quam allegat. & in Cle. vna. de in int. reſti. quas gloſſas cũ alijs. 16. ad hoc allegat Felin. in c. cum dilect. col. pen. de accu. pro quibus cõſiderat tex. ibi. quas omnes etiã allegat Hipp. in. l. 1. §. ſi quis dicatur. col. 1. ff. de quæſt:

Limita præfatam regulam. 9. modis vt per eundem Hipp. in. d. §. ſi quis dicatur. 4. & 5. col. quorum quatuor, vt ipſe fatetur, habuit à Felino in. c. quoniam contra col. 19. & 20. de prob. & pro ampliatione huius regulę vide eũdem Hip. vbi ſuprà col. 2. & 3. qui plurib⁹ doctrinis eã extẽdit etiã in ſcripturis tabellionũ, vel in ſentẽtiis iudicũ.

REGVLA. XXVIII.

Alienare prohibitus à teſtatore extra certum genus perſonarum, puta extra familiam, vel. deſcendentes: poteſt ex teſtamento transferre in eum qui aliàs eſſet ſibi ab inteſtato ſucceſſurus, dato quod nõ eſſet de familia iſta. glo. eſt de hoc valde ſingu. in. l. pater familias. § Iulius Agrip. ff. de leg. 3. quæ cõmuniter approbatur ſecũdum Imo. & Raph. Cumanum in. l. cum pater. §. cũ inter. ff. de leg. 2. & ſequitur eam Bar. in. l. peto. §. fratre. ff. eod. ti. & confirmat. Iaſ. in. l. filius familias. §. Diui col. 19. num. 137. ff. de leg. 1.

Limita hanc regulam duobus modis notandis, vt per Iaſ. in. d. §. diui. nu. 137. &. 138.

ANNOTATIO

Adde Bar. in. l. ſi ita quis. §. ea lege. nume. 7. ff. de verb. obli. vbi Paul. Imo. & Aret. & communem eſſe teſtantur ibi Iaſ. nu. 44. Zazius num. 15. & communem eſſe huius regulę doctrinam fatentur Iaſ. num. 101. in lect. & in repe. nu. 135. Ripa nu. 97. Ioa. Cro. num. 112. Fer. Loa. num. 182. in. l. filius fami. §. diui. ff. de leg. 1. Alexan. conſi. 56. numer. 6. volu. 1. & conſi. 59. num. 10. volu. 3. Deci. conſilio. 23. num. 1. & con. 377. numero. 9. & conſi. 481. nu. 2. Bar. Soc. cõſ 227. nu. 8. vol. 2. & alter quoq; Soc. Bartholomei nepos ex fratre conſi. 163. nu. 3. vol. 2. Riminaldus conſi. 185. nu. 8. vol. 1. epiſcop. Segob. in. c. Raynaldus in prin. nu. 8. de teſt. Anto. Trigona. ſing. 102. Gual. de arte teſt. tit. 8. cau. 6. nu. 2. & plures eam ſequuntur quos Tiraq. refert de vtroq; retra. §. 2 6glo. 1. nu. 4.

REGVLA. XXIX.

Alienans rem ſubiectam fideicommiſſo in præſentia fideicõmiſſarij nõ præiudicat, licet ipſe preſens taceat & non contra dicat. Ita tenẽt communiter doctores damnando glo. ibi, in. l. cum proponas, ſa. 1. C. de pact. quam dicit communiter reprobari Bal. in. l. 1. in. fine. C. de bon. mat.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. in. d. l. cum proponas. fin. col.

ANNOTATIO.

Adde pro amplioi huius regulæ intelecta. Bar. in. l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. Bal. in. l. quoties. col. 1. ver. Quæro nunquid. C. de fideicõmiſſ. & in. l. Titia cum teſtamento. §. Luci. ff. de leg. 2. Alberi. in. fideiuſſor. §. 1. ff. de pigno. & in. l. 2. col. 2. ver. Nonõ. ff. ſolu. matri. Andr. de Iſer in. c. Imperialem. in princ. de prohi. feud. aliena. per Federicũ. Imo. in. l. eum. vir. cok 9. ff. de vſucapioni. Alex. conſ. 190. col. 3. lib. 4. Iaſ. in. l. filius fam. §. Diui. 2. lectionis. col. 11. vbi. Ioan. Crot. foli. antep. ver. Primaſit cõcluſio. ff. de leg. 1. Fabi. de monte. S. Sabi. in tractar de emp. & vendi. 3. par. prin. quæſt. 34. Et huius noſtrę regulæ doctrinam communem eſſe teſtantur Iaſ. nu. 10. Deci. nu. 4. in. l. cum

propo

proponas C.de pactis.insignis Padilla in.l.quoties.C.de fideicommi.nu.5.de qua lege. And. Tiraq.de vtroque retract.§.1.glo.6.nu.154.

REGVLA. XXX.

Alienę rei legatum, factum à testatore & sic errante non valet.text.est in.l.cum alienam.C.de leg. & in.§.nō solum.inst.delega.Concordat tibi Hispane.l.10.ti.9. par.6.

Limita octo modis, vt per Iaſ.in.d. l.cum alienam. col.2.& sequenti.

ANNOTATIO.

Adde quę scribit And.Tiraq.vir sane varię & indefessę lectionis, & de vtroque iure bene meritissimus in tract. de priuile.præcausę prerui.66.pag.99.

Hanc etiam regulam, vbi non vulgariter eam declarat,cum sex limitationibus scripsit noster Anto.Gom.1. tomo variar.resol. c. 12. nume.13.

REGVLA. XXXI.

Alimentorum & vltimæ voluntatis fauore duplici concurrente, pręstatio triennalis operatur, quod ex vltima volūtate inualida in futurum possint legata peti, ac si fuissent relicta in testamento valido & solēni casus est secundum verum & communem intellectum in.l.1.C.de fideicōmissis.

Amplia hoc quatuor modis, & limita alijs octo.vt per Iaſ. col.1.propefin. cum duabus sequen. scripsit easdē limitationes idem in.l.si certis annis. 2.col.C.de pact.

ANNOTATIO.

Adde Guil.Bened.in.c.Raynuntius in verbo,si absq;lib.mo.2.nu.181.de test.vbi plures alios effectus triennalis præstationis congessit.

REGVLA. XXXII.

Alternatiuam ex pluribus sufficit esse veram.tex.est.in.c.inter cæteras de rescrip.traditur in reg. in alternatiuis lib. 6.

Limita quinque modis vt per Felin. in.d.c. inter cęteras.col.fin.

REGVLA. XXXIII.

Animus percutientis, an fuerit occidendi,vel non,ex qualitate instrumenti quo percussit præsumittur. probat hoc tex in.c significasti.el.2.de hom. & ibi notat Felin,in col. 4. in princi. quem vide,qui in proposito bonas doctrinas cumulat. Probat etiam hāc cōclusionem tex.in.l.1.§. Diuus. ff.ad. l. Corn. de Sicar.de quo ibi. singu. per Hippo.in col. 2. cum tribus seq.

Limita istam conclusionem dupliciter,vt per Feli. in d.c.significasti in d.4.col.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.l.cum qui. C.de sicar & in.l. 1.C.de emend. seruo. & in.l.aquos vbi Bar. C.de cur.pub.lib.12.Bal.in proœm.ff.col.3.& in.l.solam.col.3.C.de testi. Areti in consi.80. & consi.147.Deci consi.9.& cons.134.Ang. Aret.in tract.malefi.in par.scienter & dolosę Cæpo.in consi.33.in crimi.cum trib.sequent. Hippo.sing.176.Thom.Gram.voto.23.nu.6. & latissime Lud. Car.in pract.fol.104.nouissimæ impressionis apud quos varia exempla huius doctrinę,seu regulæ comperies.

REGVLA. XXXIIII.

Appellare ad Papam à subdelegato non in totū minimè licet,sed ad delegantem. Hanc regulam restringit Felin.per tex. ibi. in.c.super quæstionum.§.porro de offi. deleg.

Limita octo modis, vt per eum ibi, col.7.

ANNOTATIO.

Adde Rober.Maran.in Speculo aduocat.5. par.actu.2.Reg.3.nu.375.pag.640.vbi regulā istam fatetur esse approbatam communiter.

REGVLA. XXXV.

Appellare licet regulariter, in maioribus & in minorib⁹,in ciuilibus & in criminalibus causis: vt probatur in. l. et in maioribus.C.de appel. & in.l.nō tantum & in.l.fin.§.iussus.ff.eod.& in pluribus alijs locis.

Limita cētum & viginti vno modis vt per Anto.Nicell.in concord.glossarum iuris ciuilis & canonici in cōcordan.6. quę incipit, Refricatur in dubium.quas per octo folia prosequitur.

Licet

Licet huic regulę Soc. asſignauerit ſolum.32. limitationes in reg.24.incip. Appellatio.& Lanf.in rep.cap.quoniã contra.de prob. in verbo,interlocutiones & appellationes col.27.cum duobus ſeq. Quas limitationes, tu iudex eccleſiaſticæ perlege, vt intelligas, quando tibi liceat appellationem denegare;ne ſi in denegatione,partẽ grauaberis, ad appellationem deferendã Regia authoritate cogaris. Et vide tu Hiſpane.l.13.&.16,ti.23.par.3.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.c.omnes & in.c Rontaiam.2 q.6.Circa quam regulam vide Soci.conſ.195. num.1.vol.2.Iaſ.in.l.1.num.17.ff.ſi quis cautu.Matth.de Aſſlict. in conſt. Neapo. in prælud.q.25. Octauian. in practi.Romanæ curiæ lib.7.fol.152.Paul.Pariſ.conſ 28.num.11.vol. 4.Petrum Dueñas Hiſpanum in reg 45.And. Tiraq.in tract.de morte.6.par.6.declaratione nume.9.

Hanc etiam regulam,cum tribus ampliationibus,& octo limitationibus ſcripſit Ant.Gome.tomo.3.de delictis.c.13.nume.31. Eandẽ regulam cum.22.limitationibus conſtituit Ludo.Cat.in.pract.crimi.à fol.2.vſque ad fol.33. Eandem cum.45.limitationibus tradidit Rober.Maran.in Specu.aduocat.6.par.actu.2.nume.268.à pag.619.vſque ad pag.636 Et cum alijs viginti limitationibus eam aſsignauit Petrus Rebuff.ſuper regias leges Galliæ in tract. de appella.arti.6.glo.2 pag.502.tomo.3.conſt. Frãciæ.Et vide Imti.15.lib.2 for.leg.quæ duos ponit caſus, in quibus appellatio denegatur. vbi glo Montaluialios caſus enumerat.Et vide latius Specul.pluribus modis iſtam regulam limitãtem, tit.de appellat.§.in quibus autem caſibus Hippo in.l.vni.nu.138. C.de rap.virgi.

REGVLA. XXXVI.

Appellare à ſententia lata ſuper poſſeſſorio de iure ciuili non permittitur. tex.eſt.in.l.vni.C. ſi de momẽt.poſſe. fuc.appel. Poſuit hãc regulam Socin. in ſuis fall.in Reg.18.incip.Appellare etiam.& illã reſtrinxit quinque limi.

Limita vltra cum tripliciter, vt per Iaſ.in.l.1,2.columna poſt medium.C. de bonor.poſs.ſecun. tab.

Primò videlicet,quia ſi iudex deferat appellationi, poterit appellas obtinere ad quod allegat Bal.& Alex. & tenet etiam idem Iaſ. referendo eoſdem & commẽdando hoc pro ſingulari in l.patre furioſo.4. col. in princ. ff. de his qui ſunt ſui vel alien.iur.

Secundò, quia in tali caſu ab inordinato proceſſu poteſt appellari, ad quod etiam refert Bal in.c.ex conqueſtione de reſti.ſpo.dicens alibi. non legiſſe.

Tertiò,quia licet non poſsit appellari, poteſt agi de nullitate. ad quod refert Bal.& Alex. Tu vide latius Ant. Nicel.in concord.gloſſarum iuris ciuilis & canonici in concord. 6. incip. Reſticatur in col.5.ver. Sextò fallit. vbi hãc regulam limitat, ſeu moderat modis viginti & vno.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.c.vlti.§.de poſſe.2.q.6.tex. in l.quiſquis C.de appellati. non recipi. & in l. momentariæ.C.vnde vi.glo.in.c cum ad ſedẽ. in verbo,interdictum.vel.et nota per hanc decretalem.& ibi late Ioa.And.& Abb.col.pen. de reſti.ſpoli. tradit Specul.ti. de appel.§ in quibus.verſi.Sexto nõ appellatur. & verſi.ſed nunquid.Cin. Bal.&Alberi.in l.incerti.C.de interdict.Bar.& Ang.Areti.in l.vlti.§. nullus. ff.de appella.Federi.de Senis cõſ.76,Ang.cõſ. 46.col.2.Raph.Fulg.conſ.145.dub.2.; Imo. conſ.55.col.2 Alex.conſ.2.col.vlti.ver. In quãtum autẽ lib 3.& conſ.99.col.1.lib.5.Corne. conſ.156.lib.1.& conſ.10.col.1.& 2.lib.4.Iaſ. conſ.187 col.1.lib.2.Decſ conſ 82.per totum Ripa.in.c.ſcpe.nume.3.de reſti.ſpoli. Auſ.in cap.Tholo.q.vlti.Gozadi.conſ.50.num.4.Cartel.Catt.in Memo.iuris in verbo,appellari nõ licet. And.Tiraq.in tract.de mrte.6.par.declara.6.nu.3.Sebaſ.Vanti.in tract.de nullitatibus Rub.4.Quis poſsit dicere de nullitate. nu.34. Ioan.Conſt.in gloſſ.ad conſt.regni Galliæ art. 62.Matth.de Aſſli.deciſ.Neapol.269. Pet. Rebu.ſuper regias leges Galliæ in tract. de ſent. exequend.arti.5.glo.3 Paul.Pariſ. conſi. 108. nu.20.lib.1. Quam eſſe communem ſententiam fatetur. Decſ in.l.1.col.2.C.de bono. poſſe.ſecu.tab.Roland.à Valle in conſ.38.nu.13. volu.2.Bereng.in.l.naturaliter.§.nihil.com-

mune

mune. nu. 76. ff. de acq. poſſ. Aug. Bero. q. 52. nu. 8. Licet eam impugnet Ioan. Cora. in paraphraſi ad tex in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 8. ff. de acqui. poſſe. Sed ſuperior regula, quæ verior & communior eſt ea fulcitur ratione, quia talis ſentẽtia lata ſuper poſſeſſorio parit modicum præiudiciũ, cum de facili poſsit reparari in iudicio ꝓprietatis. & ex iſta ratione cauſa poſſeſſionis appellatur momentanea, ita glo. 2. in fine in d. l. vni C. ſi de momẽ. poſſe. fuer. app. vbi Bar. & doctores notãt & ideo iure ab ea non appellatur.

Primo igitur vltra auctorẽ, noſtrũ limita d. regulã, vt procedat, quo ad effectũ ſuſpẽſionis, nõ vero quo ad cauſæ deuolutionẽ. ſicuti probare conatur Bar. in l. 2. nu. 6. ff. de appella. recip. Abb. in c. cum. ad ſedem. nu. 30. de reſti. ſpoli. & conſ. 55. lib. 2. Auſ. in capella Thol. q. vltu. Ang. conſ. 107. Archi. in c. vlti. §. de poſſeſione. 2. q. 6. Ripa in d. c. ſępe nu. 3. de reſti. ſpo. Bal. in l. 2. nu. 22. C. de epicop. audi. Quã fatentur eſſe cõmunem opinionem eam ſequuti D. epiſcopus Sego. in pract. quæſt. c. 23. nu. 8. Paul. Par. conſ. 108. nu. 20. lib. 1. Rober. Maran. in ſpeculo aduocatorum. 6. parte de appella.. nu. 294. Et in regio Neapolitano ſenatu ſemper ſeruatam fuiſſe teſtatur Matth. de Afflictis ꝺcis. 269. n. 4. Et in regno Frãcię Bar. opinio Regia lege eſt approbata. teſte Petro Rebuffo ſuper regras leges Galliæ in tract. ꝺ ſen. execut. arti. 5. glo. 3. Quã probare videtur tex. in c. ei qui §. de poſſeſsione. 2. q. 6. & d. l. vni. quã ad hoc Alb. ibi ponderat.

Cõtraria tamẽ opinio imo ꝙ de iure ciuili, de quo nũc loquimur nec ad effectũ ſuſpẽſionis, nec deuolutionis appellatio recipiatur, placuit glo. in c. 1. de cauſ. poſſ. cuius opinio cõmunis eſt vt conſtat ex Deci. conſ. 28. & Anto. Nicello in ſexta cõcor. gloſſarũ fall. 5. &. 6. Ripa in d. nu. 3. quã ſequitur practica Ferra. in forma libelli expoliatæ poſſ. & plures alij quos. Deci. & Pari. in locis nouiſsime allegatis referunt, Sed ipſe priorem opinionem tanquam veriorẽ, & communiorem ſequor quæ in iuribus ſupra allegatis bene probatur.

Secũdò limita. vt procedat ſolũ de iure ciuili, ſecus vero de iure canonico, quia iſto iure à ſentẽtia lata in iudicio poſſeſſorio apellatio admittẽda eſt ad vtrũq; effectũ ſuſpẽſionis. & ꝺuolutionis vt exꝑſsim probat in Clẽ. vni. de ſequeſt. poſ. qua deciſũ eſt, nõ eſſe quẽ priuãdũ poſſeſsione poſt vnã ſentẽtiã in iudicio poſſeſſorio cõtra cũ latã. Quã opinionẽ fatetur eſſe cõmunẽ Abb. in d c. cũ ad ſedẽ. & Mac. de Aff. d. decis. 269 nu. 2. vbi dicit ſecundũ eã fuiſſe in Nea. ſenatu iudicatũ. eandẽ appel. cõmunẽ ſent. Ant. Go. in l. 45. Tau nu. 194. & Sali in d. l. vni. Rol. à Valle d. conſi 38.

Ex quo ſeq. allucinatos fuiſſe Gozad. cõſ. 50. n. 4. & Auſer. in capella Tholo. q. vlti. aſſeuerãtes iure põtificio appellationẽ latã in iudicio poſſeſſorio nõ habere effectũ ſuſpẽſiuũ. ſed tatũ ꝺuolutiuũ. Etenim cõtrariũ probatur in d. Clem. vni: vbi Imo. poſt Lap. hoc ipſum tenuit Ali oqui nulla eſſet differẽtia inter ius põtificiũ, & Cæſareũ: quã tamen omnes conſtituerunt.

Sublimita tamẽ ſingulariter hãc limitationẽ. vt nõ tantũ iure ciuili, ſed & põtificio appellatio admittẽda nõ eſt ad ſuſpẽſionis effectũ ab ea ſẽtẽtia quæ fertur in iudicio poſſeſſorio ex cõſtitutione vlti. C. de edict. diui Adri. Nã ꝙ iure ciuili nõ admittatur hęc appellatio aſſerit Bar. cõmuniter receptus in d. l. vlti. col. fi. tex. in l. quis quis. C. quorũ appella. nõ recip. glo. in d. l. vlti in ver. miſs⁹. tradit late And. Tiraq. in d. tract. de morte 6. par. declar. 6. Hic conſtat, qua ratione in ſũmis Hiſpa. tribunalib⁹, forẽſi vſu receptũ eſt, ꝙ minime fiat reuocatio attentatorũ appellatione pẽdente, ab ea ſentẽtia quę lata fuit ſuper miſsione in poſſeſsionẽ bonorũ in fauorẽ hęredis iuxta d. l. vlti. C. de edicto diui Adri. tollẽ. etiã ſi iure regio appellatio ſit admittẽda à ſent. lata in iudicio poſſeſſorio, vt in finali limitatione tradem⁹. Et ꝙ de iure põtificio in ſupradicto caſu nõ admittat tenuit Bal. cõſ. 141. nu. 1. lib. 1. & in conſ. 203. lib. 4. quem D. Couar. ſequitur d. nu. 8.

Tertio limita, niſi ſentẽtia feratur per verba negatiua in caſu d. l. fi. C. de edicto diui Adri. toll. nã licet à ſent. lata in caſu illius legis, vt ſupra ſcripſi, non admittatur appel. ea tamẽ recipiẽda eſt, q̃ndo ſent. lata fuit per verba negatiua, vt qa iudex pronũciat actorẽ nõ eſſe in poſſeſsionẽ mittẽdũ. iſtud fuit ſingulare dictũ Ang. vbi dicit ſe multoties ita practicaſſe in d. l. quiſquis. n. 3. cui⁹ ſent. extollit & celebrat Iaco. de ſ. Geor. in d. liſi. n. 56. q etiã dicit ita practicaſſe. & tãquã mẽti tenẽdã refert Petrus Dueñas in reg. 44. & And. Tiraq. in. d. tract. de morte. 6. par 6. declaratione. nu. 3.

Quarto limita vt iſta prohibitio appel. ꝓcedat generaliter, vbi cauſa eſt modici præiudicij & tractatur de poſſeſsione mõmẽtanea. ſ. quæ momento eſt duratura penes vincentẽ, vt qa ſunt in prõptu probationes ſuper petitorio. Sec⁹ autẽ vbi probatio petitorij eſſet difficilis, & ſentẽtia lata ſuper poſſeſsorio traheret ſecũ effectũ perpetuũ. quia tũc poteſt indiſtincte appellar.

ad impediendam executionem, cum tractetur de magno præiudicio. Ita nouiter, vt ipse dicit limitat istã regulã Rober. Marãta in speculo aduo. 6. par. in tractatu de appellatione num. 301. Ipse vero opinionẽ eius falsam esse ex eo cẽseo quod super ipso possessorio facilime apud superiorẽ iudicẽ appellationis lis expediri & finiri possit, quæ saltim habuit effectum deuolutiuũ, exquo grauamẽ illatum per executionem breuiter poterit reparari. & sic sequor D. Couar. in loco nouissime allegato.

Quinto limita, vt regula procedat in sententia definitiua: secꝰ in interlocutoria, qa ab omni interlocutoria lata in iudicio possessorio ante sẽtentiã appellatur. Cuius opinionis auctor est Ang. cons. 46. nu. 4. & in cõs. 188. sequitur Ioã Maria Rimi in l. 1. nu. 2. C. de bon. pos. cõ. tab.

Sexto limita, quando iniuste & sine aliqua causa aufertur alicui possessio: quia tunc potest appellari ita Abb. cõs. 55. in prin. in 2. vo. Ang. cõs. 112. col. 2. Anto. capi. Neapo. decis. 34. nu. 5.

Septimo limita, nisi grauamẽ illatũ per possessoriũ, esset tale q̃ non posit reparari in petitorio: vt si essemus in casu in quo nõ esset alicui cõsultũ nisi per retentionẽ rei. ita tenet Bar. in l. 2. col. 2. ff. de appella. recipi. Abb. in d. ca. cum ad sedem. col. pen. Ang. in d. l. 1. C. si de mom. poss. fuer. appella. Deci. cons. 28. col. 2. capi. d. decis. 34. nu. 5.

Octauo limita, vt nõ procedat in sentẽtia sequestri faciendi: nã licet sit super possessione: potest tamen ab ea appellari. vt placuit. Ang. con. 107. col. 2. quem sequitur Maran. in d. tract. de appel. nu. 296.

Nono limita, quando possessorium tractatur per viã cõtractus, & nõ per momentaneũ iudicium: quia tunc potest appellari vt notabiliter concludit Bal. cõs. 210. nu. 5. vol. 5.

Decimo limita regulam procedere, respectu ipsius possessionis principalis, de qua litigatur: quia quo ad illam non suspẽditur executio: secus autẽ si vltra possessionẽ quis fuerit in expẽsis cõdẽnatus & ad fructus & interesse restitutionem, quia quo ad ista accessoria valet appellatio etiam de iure ciuili: & suspẽditur executio. Ita tenet Specul. in ti. de appel. §. In quibus. ver. sed quia appellatione. Bart. in l. creditor. §. iussus. ff. de appel. Bal. in d. l. vni. nu. 9. vbi Saly. fi. col. & quæst. Anto. Gom. in d. l. 45. Taur. nu. 194. & secundũ hanc opinionẽ iudicauit olim senatus Neapolitanus teste Matth. đ Afflictis decis. 77. nu. 9. cuius autoritas in illis decisionibus apud doctos est maxima.

Vndecimo limita nõ procedere, quãdo missio in possessionẽ est talis, quod missus interim lucratur fructus: quia ab ea potest appellari sicut a sententia lata in petitorio ex Ang. sententia in cons. 252. quem sequitur Rob. Maran. in d. tract. de appellatione. nu. 302.

Duodecimo limita vt regula non procedat, quando iudicium non est mere possessorium, quia continent causam mixtam cum proprietate, vt quia agatur conditione ex lege si quis in tantam. C. vnde vi. quia tunc habet locum appellatio. ita not. glo. 2. in d. l. vni. vbi Bar. Alberi. & doct. notat etiã Bal. cons 366. vol. 3.

Decimo tertio limita. quando sententia sup possessorio esset lata, ex dolo vel lata culpa iudicis, vel propter inimicitias: quia hoc casu potest appellari secundũ Bal. cõs. 217. in fine. 2. vol.

Decimoquarto limita. regulã. nõ procedere, de iure regio Hispanorũ in casu l. 28. de Madrid & prag. 31. lib. prag. fol. 40. vbi lex illa diffiniuit, post duas sententias latas in iudicio possessorio, nõ esse admittendã supplicationẽ illã quę lege regia fit ad ipsum met Regẽ data idonea cautionea, & subfide iussoribus de soluendis mille ac quingentis numis aureis Castellanis, si sententia confirmata fuerit quæ in regis prætorio lata fuit a qua extitit supplicatũ vnde Anto. Gome. in d. l. 45. in fine & Domi. episco. in practi. quæst. c. 23. nu. 8. asseuerant posse iure regio ab vna sentẽtia lata in possessorio iudicio appellari, niũ ea fuerit in instãtia appellationis per superiorem cõfirmata, ita quod duæ sententiæ, sint conformes, quia tunc denegabitur appellatio.

REGVLA. XXXVII.

Appellatio suspẽdit sententiã, vt in c. veniẽ. de iure iur. & in l. fin. C. sent. rescin. nõ poss. & in l. si quis ius iurandũ. C. de reb. credi.

Amplia quinque modis. & limita alijs quinque, vt per Rip. in l. 1. ff. de reiudi in 2. & 3. col. Et vide Rob. Maran. in tract. de ordine iudi. vbi limitat hanc regulã viginti vno modis in fo. 185. cũ duobꝰ seq. in impressiõe facta in octauo

ANNOTATIO.

Adde Corset. in sing. in verbo. Appellatio. Ioan. Const. in glo. ad consti. regni Galliæ. arti 29. pa. 66 Mat. de Afflictis in c. fin. nu 35. quo tẽpore miles in vsib. feud. Frã. Niconi. in rep. c. quoniã cõtra in gl. fi. n. 12. đ ꝓbati. Octauia. in pra. ro. curiæ

curiæ fol. 199. pag. 2. cum alijs. Pari. conſ. 28. nu. 22. & 23. vol. 4. Catel. Cottã in Memo. iurisin verbo, Appellatione.

REGVLA. XXXVIII.

Appellationi interpoſitę, licet videatur renunciare recipiẽs terminum, non tamen interponẽdę. doctrina eſt Inno. in c. quo ad conſultat, de re iudi. ſequitur ibi Abb. ſuper glo. in verbo, arct. Imo. in l. 4. §. ſi quis condemnatum. ff. de reiud. & alij plures relati per Feli. in d. cap. quo ad conſultationem. 4. col. vbi demumdicit opinionem Inno. eſſe comunem, licet Ang. in l. cum ex cauſa in 2. col. ff. de appell. reprobet Inno. dictum.

Amplia dictam communem cõcluſionem dupliciter, vt per Feli. vbi ſupra cum col. ſequenti.

ANNOTATIO.

Adde circa hanc regulam, in prima eius parte, quod non ſolum quando quis petit terminũ corã iudice à quo videtur renuntiare appellationi, verum etiã ſi aliquid coram illo agitauerit l. ſed & ſi. ff. de iudi. & in l. 3. §. falſus. ff. rẽ ratã hab. cap. gratũ. de offi. iudi. deleg. Quã regulã ſic generalius conſtitutã quam auctor hic fecerit. cum quinque fallẽtijs ſcripſit Socin. reg. 25. Eandem regulam cum. 14. limitationibus ſcripſit Auſ. in cappella. Thole. quęſt. 193. Et cum quindecim limitationibus conſtituit Præpo. in c. ſolicitudinem de appel. nu. 18.

REGVLA. XXXIX.

Appellare licet quis nõ poſsit ab excõmunicatione, poteſt tamẽ a pronũtiatione qua quis dicitur excõmunicatus glo. in c. cupientes. §. q̃ ſi per viginti de elect. lib. 6. in verbo, priuatos. Feli. in c. parrochianos de ſent. excom. Limita quatuor modis vt per Feli. ibi.

REGVLA. XL.

Appellari poteſt à iudice, ſi in cõmiſſis arbitrio ſuo partẽ lędit, aut grauat glo. eſt not. in c. ſuper his de accuſ. & in c. Romana. §. ſi obijciatur. in ver. minus legit. de appel. in 6. glo. & Bar. in l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſig. Vide Prępo. q̃ refert opiniones cõtrarias & cõcordiã in rub. de appel. in col. 14. in fin. & not. Philip. in c. cũ ſpeciali in 2. col. de appellationibus idẽ in c. ex ratione in col. 3. de appel.

Amplia iſtã cõcluſionẽ ſemel, & limita ſex modis, vt per Feli. in d. c. ſuper his. in. 5. col. vbi prius pro ipſa principali regula plures refert.

ANNOTATIO.

Adde Robert. Marantam in ſpecul. aduocatorũ. 6 parte actu. 2. nu. 353. pag. 636.

REGVLA. XLI.

Appellare à pœna legis vel ſtatuti non licet glo. cõmuniter approbata in c. cupientes. §. quodſi. ſuper verbo, priuatos. de elect. lib. 6. pro qua eſt tex. in ca. quia nos, vbi docto. de appell. tenent Bal. in l. 1. C. ne ex del. def.

Limita vno modo ſecundum Feli. in. c. cum omnes de conſt. col. 2. nu. 5.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. ſi qua pœna. ff. de ver. ſig. glo. in verbo. arbitriũ. in c. ſup his de accuſa. Ioã. And. in c. ad noſtrã de appel. Et ſiget a pœna legis nõ poſsit appellari, tamẽ poteſt à declarati. pœnæ à iudice facta haec fuit glo limitatio in d. §. q̃ ſi. in verbo, priuatos. de elect. lib. 6 quã autor hic allegat. quã ſequitur Abb. in c. peruenit. de appel. & in c. ſuper his poſt. glo. de accuſ. & in. c. reprehẽſibilis. de appel. Card. Alex. in c. cõſuluit. in 3. eo ti. Feli. in c. cũ non ab homine col. fin. de iudi. Rom. qui dictã glo. ſing. eſſe fatetur. & ibi Nicol. Pin. & Grab. Sar, eius diligẽtiſsimi additionatores in ſing. 216. Hippo. in pract. cri. §. cõſtante. nu. 29. & §. ſequẽti & §. diligẽter nu. 24. Aluis de Aluer. ſing. ſing. 160. incip. à pœna. Ludo. Care. in cleg. rep. l. 2. C. quorũ appel. non recip. 5. caſu. fol. 11. col. 2. vbi late loquitur ex quibus conſtat hãc eſſe verã & communem opinionem.

REGVLA. XLII.

Appellari non poteſt à iudice à futuro grauamine antequã ſit illatũ not. Ioã. And. in c. ſuper eo in 1. de apella. & ibi Imo. not. Inno in c. ſignificauerunt de teſtib. & in c. dilecto. de appel. vbi bonus tex. & vide etiam ibi Panor.

Limita tribus modis, vt per Philp. in c. vt debitus. in col. 6. de appel.

Quarto vltra eum limita non procedere in cáusis beneficialibus, vbi eſt ſpeciale, quod a futuris grauaminibus appelletur. ita tenent ex preſſe domini de Rot. decis. 316. incip. poſſeſſor beneficij. per tex. in c. qui cótra certam. de elect lib. 6.

Appel. Vide infra in regula. Pactũ initum. & in reg. procurator. la vlti. & in reg. Supplicare.

ANNOTATIO

Adde Specul. tit. de appella. §. qualiter autẽ appellatio. col. 2. verſi. item quod facit. Guid. Pap. ſing. 614. quo loco reprobat ipſe cõmunẽ aduocatorũ practicam, qui petũt admitti exceptiones, vel reuocari grauamina, & non expectata interlocutoria condicionaliter appellant: dicendo, ſi vero prædicta facere recuſaueris appello, quia debent expectare interloqui ante quam appellẽt. quia ab illato, vel commínato grauamine appellari non poteſt. vt in c. dilecto filio. & in calcium cauſam de appella. & vide eundem Guid. Pap. ſing. 32. §. 8. & in tract. de appel. q. 26. & decis. 436. nu. 33. Rober. Maran. in ſpeculo aduocat. 6. par. actu. 2. nu. 4. fol. 552.

REGVLA. XLIII.

Appellari non poteſt à pronuntiatione iudicis de exequẽdo, ſicut nec ab ipſa executione. glo. in l. Si cum exceptione, §. hæc autem. ff. quod metus cauſ. verbo, dactam ad finem. Tenent Spel. & Ioã. And. ti. de executione ſententię. §. pen. ver. ſed ſecundum eum. Cynus in l. ab executione. C. quor. appel. nõ recipi. & alij plures, quos citat Feli. col. 8. in c. quo ad conſultationẽ. de re iudi. qui ſequitur hãc partẽ, licet in cótrariũ ſint gloſſę & doctores multi allegati per ipſum, cómunis tamẽ eſt opinio prior ſecũdũ Alex. in cõſ. 236. viſis proceſsibus. 2. col. quẽ refert vbi ſupra Feli.

Limita tamen dictam communẽ cõcluſionẽ tribus notandis modis vt per Feli. vbi ſupra.

ANNOTATIO.

Adde Corne. cõſ. 71. volu. 1. Guido Pap. cõſ. 47. in 1. dubio. Ioan. de Ana. conſ. 26. col. 1. Et hanc huius regulæ doctrinã cõmunẽ eſſe fatẽtur Anto. Cap. deciſione Neapol. 1. nu. 17. Rober. Maran. in ſpeculo aduocato. 6. par. actu. 2. nu. 249. pag. 612. Petrus Rebuff. ſuper regias leges Galliæ in tract. de ſent. exeq. arti. 7. glo. 12. nu. 16. tom. 1. conſti. Francię & eam eſſe magis cõmunẽ opinionẽ fatetur Roland. à Valle conſ. 43. nu. 5. quem omnino vide. & Caroru. conſi. 80. nu. 1 vol. 5.

REGVLA. XLIIII.

Appellare poteſt tertius pro reo cõdemnato in criminalibus tex. eſt in l. non tãtum. ff. de appel. Abb. & docto. not. in c. cum ſuper. de re iud.

Amplia hanc concluſionem ſex modis, & limita duobus, vt per Felin. in d. c. cum ſuper. 1. col.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. ad dictos. C. de appel. & in l. ad dictos. C. de epis. audi. Bar. Alberi. & Ang. in l. non tantum. ff. de appel. Guid. Pap. ſing. 32. §. 2. Hippo. in practica. §. poſtquam. nu. 32. & in ſing. 201. incipi. In confeſſum. & in l. vni. nu. 138. C. de raptu. virg. Petr. Folleri. in pract. crimi. in par. Et ſi confitebuntur. nu. 71. pag. 314. Anto. Gome. in tract. delictorũ. c. 13. nu. 31 D. epiſ. Calagu. in practi. cri. cano. c. 133. nu. 4.

Limita tamen tertio, vltra auctorẽ, dictam regulã. vt de iure noſtro Regio nõ ita indiſtincte procedat, cum eo iure, ſi cõdenatus ſententiæ acquieſcit extraneus nõ admittitur ad appellãdum, ſed tantum eius conſanguineus. ita diſponit Regia l. 6. ti. 23. par. 3.

REGVLA. XLV.

Appellatũ bene, ſufficit pronũciare ſi pręceſſit abſolutoria, vt intelligatur reus cõdẽnatus. glo. in l. præſes. C. de ſent, & intelo. Bar. in l. eos. C. de appella. vbi dicit cõmuniter teneri p̃ docto res. refert & ſeqtur Abb. cõtra Anto. & meli⁹ hoc diſſerit quã alibi ſecundũ Fel. ibi. co. 2. in c. cũ cauſã. co. 3. d̃ re iu.

Limita hãc regulam duobus modis, vt per Abb. vbi ſuprà quas limitationes ornat. Feli. ibi.

REGVLA. XLVI.

Apoca priuata non facit probationem, vt in l. inſtrumenta. & in l. exem

po

plo. C. de próba. not. Canoniſtę in c. 2. de fide inſt.

Limita duodecim modis, vt per Iaſ. in l. admonendi. in lectura. col. 16. quorum primos tres ponit, remittendo ſe ad Bar. ibi. ex cuius verbis colliguntur in col. 5. in fine.

ANNOTATIO.

Adde tex. in auth. ſi quiſ. C. qui potiores in pigno. habe. & in auth. de inſt. caut et fid. §. ſi vero quiſquam. col. 6. tradit Matth. de Afflictis decis. 85. nu. 6. Depiſcopum Couar. quaſti. pract. ca. 22. Lan. ab Oriano in rep. c. quoniam contra falſam fo. 115. de proba. Petrũ Rebuff. in tract. de Chirographorum & cedularũ recog. in principio nu. 25. pagi. 183. tomo. 1. conſti. Erantiæ Rolan. a Valle conſi. 26. per totũ conſilium.

Hanc regulam, vltra noſtrum autorem, cũ multis ampliationibus ac limitationibus conſtituit doctiſsimus Aymon Sauil. in tracta. de temporis antiqui. 1. par. §. viſſo. quam a fo. 30. vſque ad folium 73. pluribus eam quęſtionibus ornant.

REGVLA. XLVII.

Arbiter de cauſa reſtitutionis in integrum cognoſcere non poteſt. tex. in l. fi. C. vbi & apud quos, & in c. pen. de reſti. in integ. Quid autem in arbitratore Bar. in d. l. fin. videtur tenere quòd ſic Bal. tamen ibi tenent contrarium. Vide Abb. in d. ca. pen. qui tenẽt cum Bal. & ſaluat Bar. in vno caſu Vide Baptis. de ſancto Blaſio in loco infra allegando. vbi videtur tenere cum Bar. dum facit differentiam inter eos.

Limita quadrupliciter, ſecundum eundem Baptiſtam in tract. de arbitro & arbitratore. in q. 20. & habetur ille tractatus in ſecundo volu.

Primò, quia arbiter poterit pronuntiare aliquẽ reſtituendũ, per glo. in d. l. fin. & per plures doctores per eũ relatos: vltra quẽ vide Abb. in d. c. pen. fin. col. qui ſequendo Bal. in d. l. fin. videtur tenere contra illam gloſſam.

Secundò, Si compromittatur in arbitrũ articulum iuris, ſcilicet an competat reſtitutio.

Tertio, ſi cõpromittatur in arbitrũ, validitas alicuius articuli in cauſa reſtitutionis in integrum, puta vtrum potuit concedi dilatio ad probandum in ea vel non.

Quarto, ſi quæſtio reſtitutionis, oriatur coram eo incidenter. per tex. in d. ca. pen. vbi vltra eum vide Abb. & tenent hoc etiam Iaſ. in l. quoties. C. de iudi. col. 3.

ANNOTATIO

Adde circa primã huius regulæ limitationem Saly. in d. l. fin. vbi ſecutus glo. aſſeuerat, q̃ licet arbitri ad reſtituẽdum iuriſdictionem nõ habeant, poterunt tamen declarare aliquem eſſe reſtituendum, cum inter hęc ſit differentia. Idem ſequitur Signorel. de Homode. cõſi. 45. quo loco teſtatur ita obtinuiſſe. Sic iudex delegatus pronunciare poteſt aliquẽ eſſe in poſſeſſionem mittendum, ſed tamen re ipſa mittere ipſe non poteſt. vt not. in l. cognitio. ff. de offici. eius cui mand. eſt iuriſdi. & in l. mulier. ff. de iuris. omni iudi.

Sed Bal. opinionem in d. l. fin. contra glo. ſequor illius legis autoritate innixus nam ibi in principio dicitur. *Apud iudicem cui aliqua iuriſdictio eſt, examinari oportet.* Et ſic examinatio iſtius cauſæ fieri debet coram habente iuriſdictionẽ cum adminiſtratione. & infine legis cum dicit. *Vt eis tantum, quos ſuprà numerauimus, liceat de in integrum reſtitutione diſceptare.* & ſic tex. ille habet reſpectum ad cognitionem dum dicit *diſceptare.* Vrget etiam tex. in c. pen. de in integ. reſti. cum dicit. *apud eos tractari poterit & finiri:* ex quo vtrumq; requiritur, q̃ tractetur hęc cauſa coram ordinario, & finiatur & ſic abo in ipſa reſtitutione adhibentur cognitio cauſæ & ipſa reſtitutio. Si enim glo. opinio eſſet vera abſurdum ſequeretur maximum, poſſent equidem partes in arbitros imprudẽtiſsimos homines eligere, & iudex neceſſitaretur opinionem illorum ſequi, cum vtrumque in reſtituente iura requirant. Quibus & aliis rationibus publicè legẽdo tex in d. c. pẽ. de integ. reſti. hãc opinionẽ docui anno nẽpe dñi 1558 quã poſtea approbatã video à doctiſsimo Mar. Ant. Patauin. in tract. de cõpromiſsis quæſti. 4. n. 16. fo. 96. quo loco eã dicit eſſe cõmunẽ

Posset sane glo. opinio procedere, quando facta cognitione per arbitros, vtra q; pars comparet coram iudice, & peteret per ipsum restitutionem fieri, nam tunc si consensum præsta et ille de cuius præiudicio tratatur, posset restitutio per iudicem concedi. non ob sentētiā arbitrorum, sed ob consensum partium. iuxta l. si conuenerit & ibi per scribentes tradita. ff. de re iud. Quod etiam notandum est pro intellectu 2. & 3. limitationis huius regulæ.

Quartam autē limitationem approbat glo. in d. ca. pen. Vnde si minor omisit probationem necessariam interminosibi dato, vel in dilatione sibi commissa, vel non probauit ante conclusionem in causa: tunc poterit coram arbitro aduersus lasionem restitutionem petere Gof. tamen ille sacrorum canonum antiquissimus interpres in d. c. pen. opinionem istam dicit procedere tantum ex æquitate quadam, nō vero de iuris rigore ex d. l. fi. quæ simpliciter videtur denegare istam potestatem arbitris: nec lex illa de incidentibus meminit idem que ibi Inno. sequitur Sed veriorem opinionem contrariam esse censeo quam tenēt Fulg. Saly. post Azon. & Cyn. in d. l. fin. specul. tit. de arbitro. §. 2. ver. Item causa. Nam ordinarius non habens administrationem, vel delegatus ab eo non habet ea quæ sunt mixti imperij. Et tamē ratione incidentiæ potest restituere. vt in d. l. fin. & in d. c. pen. ergo idem dicendum est in arbitro. nam & delegatus non potest cognoscere vltra causam sibi cōmissam: & delegatio est stricti iuris. vt in c. P. & G. de offi. delegat. & nihilominus cognoscit ratione incidentiæ: ergo idem est in arbitro. Cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbi. Quam etiam opinionem non mediocriter cōfirmat quod scribit Bar. in l. cum procur. & in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procur. quo loco scribit, quod licet ad petē dam restitutionem in integrum, sit necessariū speciale mandatum. cap. coram felici. de resti. in integ. Tamen si incidenter in causa contingat. & si nō adsit speciale mandatū peti potest. Sed magis generaliter dicit idem Bar. in l. in debitam. ff de condi. indeb. quod in omnibus casibus enumeratis in c. qui ad agendū de procurato. in 6. inquibus mandatum speciale requiri ur, illud nō procedat: quando incidenter casus contingit in causa. Sequitur Ias. in d. l. cū procurator.

REGVLA. XLVIII.

Arbiter, male iudicando facit litē suā not. Specul. tit. de arbitro. §. 1. versi. sed si arbiter. ad similitudinem iudicis vt in l. si filius famili. ff. de iudi. §. 1. insti. de obligati. quę ex quasi delict. nascun. tradunt Bar. Alb. Bal. Paul. de Castro Ias. & Deci. in l. si quis in conscribendo. C. de pacti. Bar. & doct. in l, fin. ff. de var. & extraordi. cogni. Anch. in. c. 2. de arbi. lib. 6 Saly. in auth. decernimus C. de arb. Ang. cōs. 272. Primus punctus. Abb. in. rub. de appella. in fine Ias. in l. non dubium. col. 4. in prin. C. de legi. Feli. in ca. pastoralis. §. quia vero col. 3. circa fin de offici. delega. Paris de puteo in tract. sindicatus in parte. Arbiter.

Primo limita dictam regulam, quā do essemus in modica lęsione, quia videtur data libertas arbitro, vt modice lędere possit tenent Modern. in c. quoniam contra de probationi. super glo. in verbo, negligentiā, & allegat Bar. & Bal. in l. pen. C. de de pact. & Bal. in rub. C. de pœn. iudi. qui male iudicauit.

Secundo limita, vt non procedat si tempore compromiss. arbiter iurauit se iuste iudicaturum. nam tunc solum deū habet vltorem per tex. in d. auth. decernimus. & ibi Bal. & Paul. de Castro. Nathā in Clem. sæpe. §. quę omnia col. 4. de ver. signi. vbi eā rationē assignāt, quia partes volentes quod arbiter iuret, videntur eius cōscientię se submittere: & ideo nō possunt referre quęstionē de piurio Ias. vero in d. l. nō dubiū dicit q̄ ista est magna limitatio si esset vera. Tertio limita, qndo arbiter haberet rationē lucri cessantis, non damni emergētis: vt voluit Bal. in c. ne initiaris circa fin de cōsti. Quod tamē procedit, si lucrum nō est radicatum, nam tunc si radicatum reperitur, idē disponitur de eo quod de dāno. glo.

in l. 1. §. si quis propter ff. de itine. actu que priua. & in l. si quis vxorē. §. pen. ff. de fur. & in l. 1. §. 2. ff. ne quid in loco pub.

REGVLA. XLIX.

Arbiter regulariter non admittitur ad testificandum, vel in testem in pertinentibus ad causam in qua iudicauit: notant Inno. Hostī. & Ioan. And. & alij in ca. non sine de arbi. Bar. in l. ne in arbitris, C. eod.

Amplia. 4. modis & limita aliis. 9. vt per Stephan. Aufre. in tract. de re prob. testi. litera A. in versi. Arbitor.

ANNOTATIO.

Adde Lanf. ab Oriano in tract. de reprobati. testi. num. 93. qui tractatus hodie reperitur in 14. vol. tract. diuer. docto: & omnium lat. situs Mar. Anto. Pata. de arbitris. q. 8. §. arbitri de positio. nu. 25. cum sequentibus.

REGVLA. L.

Argumentum à cōtrario sensu, habet locum in contractibus tex. est in l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dot. quem ad hoc reputat sing. Abb. in ca. cum apostolica de his quæ fiunt à prela. Corse. in suis singu. in verbo, argumentum el. 2. cui est similis in l. qui pecuniā. ff. si cert. peta. tenēt Bal. in l. venditi. la 2. C. de acti. emp

Amplia hoc procedere, siue in contractibus bonę fidei, siue scripti iuris, tenēnt Bal. in l. apud antiquos. C. de furt. per prędictas leges. refert Roma. in cons. 399. incip. vt prędens consultatio clarior.

Limita dupliciter, vt per Ias. in l. 1. col. 10. ff. de offici. eius cui mād. est iuris. & per Nicol. Euerard. in suis topicis iuris in loco à contrario sensu in fol. 438.

ANNOTATIO.

Adde Bal in l. volūtatis. C. de fideicōmiss. Ias. in l qui pecuniā. 1. col. ff. si cert. peta. & in l. de quibus. col. 4. ff. de legib. & in l. seniū. col. 3. C. qui test. facere. poss. Matth. de Affli. ctis decis. Neapoli. 298. nu. 3. And. Alci. respon. 318. num. 3.

REGVLA. LI.

Argumentū à nomine appellatiuo, vel ab etymologia vocabuli bene procedit tex. est in c. forum. de uerbo. signi. tex. in l. si pupillus. §. territorium ff. eo. not. Abb. in c. 1. col. vlti. de iudi. Bart. & omnes in l. 1. §. appellata. ff. si cert. pet. Plures remissiones colligit Feli. in proœmio decretā. in supra scritione quę incipit: Gregorius epis. col. 8. ad finem versi. secunda conclu. Limita prefatā regulā quinque modis vt per Feli. in d. proœm. in col. antep.

ANNOTATIO.

Adde tex in prin. quibus modis recont. obli. & in l. 1. vbi Bar. & Ange. ff. de fur. & in l. 1. ff. de pact. & in prin. Inst. de test. vbi Ang. & in l. 1. §. 1. & ibi Bar. ff. de tutel. & in l. de cernimus in fine & ibi glo. C. de episcop. & cler. & de isto argumēto habetur in c. placuit. 1. & 2. 16. q. 1. & in c. priuilegia. 3. dist. & in c. cleros & ibi Domi. & Prepos. 21. dist. & in l. Biuus. vbi glo. ff. de bon. damna. & in l. ita vulneratus vbi Alber. ff. ad leg. Aqui. & in l. 1. & ibi glo. C. de offi. profe. vbi glo. in in l. 1. §. quibus ff. quod cuiusque vni. nomine. & in l. consensu. ff. de acti. & obliga. & in l. 1. ff. de officio præsi. Et isto argumento ab Etimologia vsus fuit Ioan. And. in reg. nemo potest ad impossibile. & in reg. nō est fine culpa. & in reg. cui licet de regu. iur. in Mercurii. Bar. in l. is apud quem in 2. lecti. C. de ēden. Bal. in proœm. ff. ueteris. col. 3. versi. Et certe scias. Hostī. in summa de pœni. & remiss § 2. ver. Quis sit effectus. Petrus. de Ancha. in rep. regulæ accessorium. 2. q. prin. de reg. iur. lib. 6. Saly. in l. 1. C. de his qui parentes vel filios occide. Abb. in c. nobis. 3. not. de iure patro. Bal. cōsi. 59 vol. 1. Et hāc regulam probat Regia l. 1. ti. 1. par 6. & ibi Grego. Lup. in verbo *Palabras*. Hanc regulam vltra auctorem, cōstituit Nicol. Euerardus in locis legalibus, in loco ab Etymo. fol. 19. secundū impressionē Lugdunēsem anni 1556. vbi multis declarationibus & limitationibus eam interpretatur.

REGVLA. LII.

Argumētū à cōtrario sensu habet locū in testamento, & in vltimis volūtatibus. tex. est in l. Lucius. la 2. ff. de

hęred. quem dicit peregrinum Ant. Corſetus in ſuis ſing. in parte Argumentum. lo. 4. probat tex. in l. aliquã do. ff. de condi. & demõſt. & in l. legatum purè. ff. de adim. leg. & in l. quod purè. ff. quando dies leg. ced. Limita quatuor modis, vt per Iaſ. in l. 1. col. 12. ff. de offici. eius cui manda. eſt iuris. quorum tres ante eum poſuit Alex. ibi. in col. 3. verſi. Item habet locum. licet Iaſ. non referat eum in aliqua ex dictis limitationibus.

ANNOTATIO.

Adde Andream Alciatũ reſpõſo huic conſilio 778. in numero 13.

Hanc etiam regulam, vltra autorem noſtrum, cum vnica ampliatione & quatuor limitationibus ſcripſit Nicolaus Euerardus quem vide in locis legalibus. loco à contrario ſenſu. verſi. De cimo quęro pag. 446.

REGVLA. LIII.

Argumentũ à ſimili, validum eſt in iure probat tex. in. ca. dudum. verſi. ad inſtar. de preb. lib. 6. & in cap. in cauſis de reiudi. & in cap. 2. de traſl. epiſcopi. & in §. Item ſi adhuc. verſi. Huic eſt ſimile. Inſti. mand.

Amplia primò iſtam regulam procedere etiam in delictis.

Secundò, licet in omnibus non ſit ſimilitudo, quia ſufficit quod ſit in eo de quo agitur.

Tertiò amplia procedere, etiã in cõſuetudine.

Has ampliationes deſcripſit Phil. Deci. in ca. traſlato. de conſt. in col. 4. quem vide bene loquentem.

Limita iſtã regulam octo modis, vt per Felin. in cap. 2 de ſponſ. col. 3. circa finem cum ſeq. Et vide Phil. in allegato cap. traſlato. in. 4. col. vbi. etiã deſcribit octo limitationes ad hanc regul. quarum quinque differunt à poſitis per Felinũ vbi ſupra. Et vide Nicola. Euerar. in topicis iuris, in parte, locus à ſimili. in fol. 60. in paruis, vbi ponit decem limitationes.

ANNOTATIO.

Ad de quod iſto argumento a ſimili vtitur glo. in auth: matri & aviæ. C. quad. mul. tut. offi. fun. poſſ. glo. in l. 1. in fine. ff. ſol. ma. & in l. ſi conſtante. in prin. ff. eo ti. & in l. vbi ad huc. C. de iure do. & in l. ſi tibi decem. §. quę daſſi. ff. de pact. & in auth. minoris debitor. C. qui dar. auto. poſſ. Ito etiam argumento vtitur Bar. in l. naturaliter. ff. de vſu c. pi. vbi ſingulariter dicit, Quod ſicut tempore hoſtilitatis nõ currit præſcriptio ſed dormit. vt in ca. extrãſmiſſa cum ibi notatis de præs. ita etiam tempore peſtis ſi in eo loco ius non reddatur præſcriptio non currit. quem Paul. de Cas. in fine ſequitur & Ang. in l. cum notiſsimam. C. de præs. triginta vel. quad. anno. Abb. & docto. in d. ca. extrãsmiſſa.

REGVLA. LIIII.

Aſſeſſoris imperitia non excuſat iudicem à pœna iudicis malè iudicantis, ſed bene excuſat à pœna retorquutionis. glo. eſt mag. in fine in l. 2. ff quòd. quisque iuris. quam ibi ſequũtur doct. tenet Bal. in l. mancipata. C. de ſer. fugiti.

Limita tripliciter, vt per Felinum in ca. ſuper quęſtionum. §. verum. col. 5. de offi. deleg.

ANNOTATIO

Adde huic regulæ in prima eius parte tex. de iure meliorem in l. ſi poſt depoſitũ. C. de aſſeſſori. Ang. per illum tex. in § his qui. in vlti. not. in auth. de iudi. Bar. Alex. & Ias. & doctores in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. Bar. in l. 1. §. item ſi plures. ff. de exerci. Alex. cõſ. 184. nu. 7. vel. 2. Deci. conſi. 8. col. 3. Catel. Cott. in Memor. iuris in verbo, Aſſeſſoris. Sebaſti. Van. de nullitatibus Rub. de nulli. ex defectu iuris. ordi. num. 154. pag. 234. paruę im preſisonis. Cępol. cautela. 35. nu. 1. & vide latiſsime D. Burg. de Pace in proœmi. ll. Tauri nu. 190 cum multis ſequen.

REGVLA. LV.

Authẽtica bona damnatorũ. C. de bonis damna. limitatur quadrupliciter, vt per Marti. Laud. in tract. de fiſco. col. 1. §. 5. incip. Auth. bona damnatorum.

Annó

ANNOTATIO.

Ad de Michaelem Cisontanum in l. 4. Tauri numero. 2. versi. Et primo sit regula. vbi. vltra autorē nostrū dictā auth. bona damnatorū duobus modis ampliauit, & postea octo modis limitauit.

REGVLA. LVI.

Authetica ex causa. C. de liber. prę teri. quo ad conseruationem legatorū non habet locum quādo filius, siue natus, siue posthumus, est pręteritus ignorāter à patre. Voluit Bar. in d. auth. cuius opinionem dicit Ias. in col. 6. ę quiorem & magis communiter approbari, qui prius per totam prędentem col. de eius veritate discussit.

Amplia sing. secundum eum, etiam si nato posthumo, post eius natiuitatē aliquos annos testator superuixit: pro quo refert Fran. de Aret. in consi. 94. incip. Viso legato in. 4. col. que mouetur per tex sing quem dicit à nemine pōderatum in l. filius. versi. si vero ad huc militante. ff. de testam milis quod dicit notandum. Ias. quia multi asserent oppositum.

Limita quinque notabilibus modis, vt Ias. in d. col. 6. & seq.

REGVLA. LVII.

Autoritate propria non potest quis venire contra proprium iuramentum, alias est periurus, vt in. ca. prę judicandum. 22. q. 2 & in ca. peruenit. de fideiusso. & in c. etsi Christus de iure iu. & in ca. cum dilect. de temp. ord. Amplia. istam conclusionem quadrupliciter, & limita duobus modis, vt per feli. in ca. 2. in col. pen. in fine de spōsa.

REGVLA. LVIII.

Augmentum debet regulari secundum naturam sui præexistētis, seu eius cui accedit. Probatur ista regula in l. etiam vbi Bar. Bal. & docto. C. de iure do, et in l. inter socerū §. cum inter ff. de pact. do. ponit eam Alb. Brun. in tract. de augmento & diminutione monet. fo. 8. col. 3. quā corroborat & ampliat quinque modis in quatuor col. seq.

Limita duodecim modis, vt per eū ibi fol. 9. col. 4. cum duobus seq. Et in materia augmenti vide bonas regulas infra in verbo, Cōtractibus. & in verbo. Hihil. & in verbo, Obligatio. & in verbo Onus. & in verbo, Pensio & in verbo, priuilegium. & in verbo, Testamentum.

ANNOTATIO.

Ad de tex. in l. si proprietati. ff. de iure do. vbi augmentum dotis dicitur cadē dos, non nouā. & hoc ibi not Bal. Ex quo fit, vt sicut valet donatio patris in filium familias pro dote. vt in l. Pomponius. ff. famil. erciscund. ita pro augmento dotis. vt voluit Fran. Aretin. in l. placet col. 2. ver. Extra glo. ff. de acqui. hęredi. Ias. in Ru. ff. Solu. mat. Nec hic lōge abest, quod scripsit Abb. antiquus in c. per tuas de donati. quod alienare de nouo non dicitur qui iam factam alienationem supplet, quem refert & sequitur Bal. in sua margarita in verbo, alienatio, ver. vltimo & Bertha. in tract. gabellar. in. 3. par. 8. par. prin. 9. q. Et adde tex. in cap. 1. ne sede vacan. & in §. postquam 15. q. 1. & in cap. quanto de censibus quibus inimixus Corne. cons. 302. col. 5. versi. confert etiam. lib. 3. dicit supplementum legitimæ assumere naturam eius cui suppletur siue adiungitur.

De litera. B.

REGVLA. LIX.

Bannitus potest impune occidi, ex dispositione statuti. ponūt Bar. & Bal. per illum tex. in l. 2. C. quand. liceat sine iud. se vind. Bal. in l. Gracchus per illum tex. C. de adult.

Limita quinque modis, vt per Ias. in rep. l. omnes populi. in col. antepe. ff. de iusti. & iure. quem vide, quia ipse in prin. regula plures allegat. Et vide Feli. in c. quę in ecclesiarū de cōsti.

col. 2. & 3. vbi ponit nouem limitationes.

ANNOTATIO.

Adde Bar. Bal. Ias. & Deci. hanc regulam sic constituentes in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Bar. in l. ubi pactum. C. de trans. Hippo. in sing. 151. Igneum in l. 3. §. si ex stipulatore. nu. 70. ff. ad sena. cos. Syl. Mar. de Mantua cons. 206. nu. 4. Matth. de Afflict. in consti. Neapol. lib. 2. Rub. 3. per totam. Cat. el. Cotta in Memor. iuris in verbo statuta quod banitus. Hieron. Grat. resp. 44. nu. 1. vol. 1. & prædictam reg. fatetur esse communiter approbatam. Petrus Plaça in epitome delict. lib. 1. c. 36. nu. 1. Et ratio huius regulę ea est, quia banitus est trāsfuga & hostis ciuitatis l. amissionis. §. 1. ff. de capi dimin. hostis autem ciuitatis potest impune occidi. vt in l. 1 ff. de siccariis. & in l. minime. ff. de relig. & sunt. fun. Et de iure Regio stat. l. 1. tit. 17. lib. 4. fori & l. 4. ti. 31. lib. 8. ordi. & l. 43. styli diffinientes, qua pœna banniti afficiendi sunt, in quo tamen seruari dā est forma l. 76. Tauri.

Hanc regulam, vltra autorem nostrū cum 9. ampliationibus & decē limitationibus scripsit Petrus Duēnas Hispanus in regularum & fallētiarum tractatu reg. 68. Eandem regulam vbi eam bene declarat constituit Ludo. Cara in pract crimin. fol. 192. septimo casu nu. 1. cum multis seq. quo loco. 14. limitationes assignauit.

REGVLA. LX.

Belli tempus, etiam in materia pœnali, comprehēdit sub se tēpus tregue tex. est melior de iure in ca. significauit. de iudæ. probat tex. in ca. 2. §. vasalli. qui feud. dar. poss. in vsib feud.

Limita dupliciter, vt per Feli. in d. ca. significauit. quasi in prin. quem vide quia dictam regulam exornat, quibusdam doctrinis commendandis.

REGVLA. LXI.

Belli publici tempore, quę capiūtur capitaneo tradenda sunt: licet capientium fiant, vt diuidat secundum merita cuiusque ita Ias. in l. 1. in prin. col. 2. num. 8. ff. de acqui. poss. Bar. in l. hostes. ff. de capti. col. pen. Abb. in ca. olim. lo. 1. de rest. spoli.

Limita tripliciter, vt per Sylvest. in summa in verbo, Bellum. Lo. 1. in principio.

REGVLA. LXII.

Beneficium impetrans, debet exprimere valorem omnium eorum quę possidet, alias gratiæ sunt nullius roboris Et idem est in confirmationibus. tenet domini de Rot. in decis. 19. sub. ti. de preb, & in regul. Cancellarię 61.

Limita hanc cōclusionem quinque modis notandis, vt per Fel. late in c. ad aures. col. 4. de rescript. quas explicat ibi per quinque conclusiones cū tribus sequentibus.

ANNOTATIO.

Adde Ioan. Staphileū in tract. de gratijs & expect. fo. 17. nu. 64. qui tractatus hodie habetur in. 14. tomo tract. diuersor. doct. secundū impressionem Lugdunēsem ann. 1549. Ludo. Gom. in eād tract. num. 107. fo. 53. col. 4. eodem. 14. volum. & in Reg. Can. Romanæ 61. de valore beneficiorum in impetrationibus exprimendo. vbi hac regulam per duodecim quęstiones melius quam alibi declarat. Et vide etiā D. episcopum Sego. lib. 1. variar. resol. c. 20. nu. 7. Seluam in tract. benefi. q. 12. col. 2. par 3. Decium cons. 156. Petrum Rebuff. in tract. de nominati. q. 9 num. 29.

Hanc regulam, vltra autorem nostrum, cū. 4. not. limitationibus scripsit Petrus Rebuff. in facundissima illa beneficiorum praxi, 1. par. declarat. nouæ prouisionis nu. 1. pag. 212.

REGVLA. LXIII.

Beneficium detinens etiam iniuste, non debet expelli non citatus glo. in c. licet de præb. in. 6. not. Bal. in l. si deserta C. si propter publi. pensita.

Limita primo, nisi appareret notorie quod illi qui est in possessione non cōpeteret aliqua defensio. not. Imo. & Card. in in c. quod in dubijs de renuntiat. quos refert Felinus in c. 2. de simo. facit quod voluit Abb. in ca. quia clerici de iure patro. vbi tenent quod

si quis

ſi quis notorie tenét eccleſiam iniuſte, non eſt neceſſarium quod epiſcopus eum vocet in iudicio: ſed poteſt eum ſpoliare de facto, ſicut de facto ſe iniecit: cuius dictum in ęternum iubet eſſe notand. Feli. in c. qualiter. el. 1. col. 8. ad fin. de accuſa. Vide etiam Hippol. de Mar. ſing. 195. incip. Nemo priuā dus eſt, & illam etiam deciſionē Abb. commendauit in meis doctrinis magiſtralibus, in doct. incip. Factum de facto.

Secundo limita, ſi ille qui habet titulum iniuſtū beneficij, non eſt in poſſeſsione, quia tunc poteſt capi. tenuta ab alio eo non citato ita ſing. Bal. in l. fin. col. 2. ver. ſecundo opponō. C. de fur. quod refert cōmendando Feli. in c. 2. de ſimoni. Aduerte quod Bal. nō loquitur in materia beneficiali ſed in alia. & ipſe Fel. adducit hoc ad limitationem noſtrę regulæ.

ANNOTATIO.

Adde circa iſtam regulā, quæ ſcripſi in meis annotationibus ad iſtum dominū epiſcopum in doctrinis magiſtralibus doctrina 60. incip. Factum de facto.

REGVLA. LXV.

Beneficia principum ſunt latiſsimè interpretando: vt in ca. cum dilecti. d. c. dona. & in l. fi. ff. de conſt. prin. & in c. olim. de ver. ſigni. facit. l. fin. circa medium. C. de prepoſi. agent. in reb. lib. 12.

Limita ſex modis, vt per Iaſ. in d. l. fid. ff. de conſ. drin. in col. 6. & 7.

ANNOTATIO.

Adde late Catel. Cottam in Memo. iuris in verbo. Priuilegia. latiſsimè interpretanda. quo loco quæſtiones aliquas accōmodatiſsimas huic regulæ congeſsit. & vid Thom. Gram. decis. 4. nu. 9. & decis. 59. nu. 46.

REGVLA. LXVI.

Bonus quilibet pręſumitur c. fin. de pręſum. cum ſimili. capi. fin. de. ſcrutini.

Limita hanc regulam quatuor modis, vt per Feli. in c. cum iniure de offi cio de le. quas adde ad Soci. qui poſuit vnicam tantum ampliationem.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l cum pater. § rogo. ff. deleg. 2. tex. in l. merito. ff. pro ſocio. l. quoties. §. qui. dolo. ff. de prob. l. ſi quis ſeruum ff. de ſer. cor rup & in l apud Labeonem. §. ſi communem ff. de iniur. quo loco dicit glo. hanc eſſe nobilem præſumptionē. Quæ quidem probitatis præſumptio de iure naturali procedit, vt dicit glo. not. in l. fin. ff. quod metus cauſ. Ang. in l. ſciendum in fine. ff. de verb. oblig. ſoci. cōſ. 15. col. 4. num. 15. lib. 1. Cæſar Lamber. in tracta. iuris. patro. 5. arti. 10. q. prin. primę par. primi lib. & melius 2. arti. 10. quæſt. prin. nu. 6. primæ par. 2. lib. Corne conſ. 165. nu. 6. lib. 2. & conſ. 121. nu. 5. eod lib. & conſ. 176. nu. 10. lib. 4. Hippo. in l. 1. nu. 67. C. de ſicari. Et huius regulæ rationem aſsinat Bal. qui in inquirē dis inueſtigandisq; rerum rationibus ingenio nunquam parcuit, is inquam in c. vlti. de præſump. quia mores, vt ille inquit inſunt a natura ab ea que ueniunt. Sed idem Bal. in l. 1. ad fin. C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. naturali, inquit ratione quilibet præſumitur bonus, ex bonis naturalibus principijs, quia qualia ſunt principia talia præſumuntur eſſe principiata, ſed natura eſt bona & ideo bonus quis pręſumitur, niſi offendiſſe probetur. Et idem Bal. in l. moueor C. de ſer. expor. dicit id procedere quia homi nis intellectus debet eſſe benignus. De quo etiam vide glo. in ca. ſi forte in verbo. ſciētiæ. de electione lib. 6. Lucā de Penna in l. quēadmodum col. pe. ver. Quarto quæro. C. de agri. & cens. lib. 11. Hiero. Grat. reſponſo 93. nu. 17. vol. 1. Aymo. Saui. in tract. de antiqui temp. 1. par. §. quæritur etiam. nu. 37. fo. 44. Thom. Gram conſ. crimi. 30. nu. 9. Hinc glo not. in c. ſuper literis in verbo, priori modo de reſcrip. ſcribit quod ſi quis reſcriptum impetrauit & falſum ſuggeſſerit non id præſumitur dolo feciſſe quam glo. pro ſing. allegat Barba. in l 2. §. ex his. col. 17. ff. de verb. obliga. Et ex his quoque egregie Petrus de Anc. conſuluit in conſ. 169. col. fin & conſ. 253. circa fin.

quod

quod si testes deposuerint accusatum esse diffamatum dicunt que se credere illum esse malum: alij vero deponunt illum esse bonę famę & quod credunt esse bonum magis his quam illis credendum est. quia cum iuris præsumptione consentiunt. quem sequitur Deci. cons. 448. nu. 12. Hiero Grat. resp. 6. nu. 27. & respon. 50. nu. 14. vol. 2. Ias. immemor tamẽ Anch. conf. 63. circa fin. lib. 3. Marc. Anto. Nat. conf. 42. nu. 10. vol. 1. & conf. 362. nu. 11. vol. 2. Et vt dicit Inno. in c. auditis. de præsc. cum testes sunt cõtrarij illi vincunt pro quibus facit tunc præsuntio. sequitur Feli qui alios allegat in cap. in nostra num. 3. de testib.

Quia testes deponentes secundum ius commune præferuntur alijs, qui præsumptioni iuris communis aduersantur cap. fi. de præsump. Præferuntur etiam hi, quoniam veri similiora deponunt l. ob carmen. §. fi. ff. de testib.

Primo igitur limita dictam regulam, vt non procedat quando agitur de aliquo promouendo ita Feli. in c. cum in iure. nu. 3. de offi. delegat. And. Alcia. in tract. præsu. Reg. 3. præsump 2. num. 6.

Secundo limita, vt non procedat quando agitur de aliquo prejudicio tertij, quia in alterius damnum non debet quis bonus præsumi. glo. in c. statutum. §. cum vero. ver. ab aliquo. de rescrip. in 6. & facit quod not. glo. fin. in c. si quis præpostera. so. dist. quod nõ debet quis statim bono viro credere quam sequitur. Fel. in d. ca. cum in iure. Et secundum hac limitationem interpretandum est. quod voluit glo. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demonst. quo loco scribit, quod bono viro credendum est. est sanè intelligenda vt minime procedat quando tractatur de prejudicio alterius.

Tertio fallit, quando agitur de vtilitate animæ. glo. in ca. fin. de seru. not. Petrus de Ancha. conf. 189.

Quarto limita, quando talis præsumptio, vr get in damnum illius pro quo præsumitur. Sic notat Felin. in c. fin. de offi. de leg. per glo. in l. qui iurasse. §. Si pater. ff. de iure iurãd. quia inducta vt prosint nocere non debent. l. legata inutiliter. cum similibus ff. de leg. 1. sed hæc limitatio displicet Alcia. in d. præsump. 2. & merito quia quilibet debet esse bonus etiam si de bono opere lapidaretur cap. qualiter & quãdo in 2. de accusa. vnde cum deb eat esse bonus merito pro eo præsumitur. Nec obstat d. l. legata in vtiliter, quia præsumptio de qua nunc loquimur inducta non est in fauorem alicuius, sed generaliter ex ipsa natura procedit cum naturaliter quis bonus esse præsumatur vt supra scripsimus.

Quinto limita, vt non procedat regula, quãdo ex necessitate precedentis vitæ aliud induceretur reg. Semel malus. de regul. iur lib. 6. l. de minore. §. pen. ff. de quæst. not. egregie Bal. in l. 1. ante fin. C. si quis omissa causa test. vbi dicit quod quando ex actibus præcedẽtibus oritur coniectura doli & ea prępondcrat regula hæc locum non habet. Et viginti. & tres casus in quibus capitur pręsumptio doli vel fraudis scripsit Lucas de Pẽna in l. quemadmodum. C. de agri. & cens. lib. 11.

Sexto limita, vt hæc regula non procedat quo ad facultates. secundum glo. in l. Si vero. §. qui pro rei qualitate in verbo, dubitetur. ff. qui satis d. cogan. & ibi Ias. nu. 15. quam dicit esse approbatam communiter Petrus Duẽnas in reg. 75. limi. 2.

Septimo limita, nam licet quis pręsumatur bonus non tamen pręsumitur optimus: & propterea si statutum requirat ad probationem alicuius negocij testes optimos siue optimę opinionis, debet illa qualitas articulari & probari. secundum. Ang. in l. 2. §. diem ff. quemad. test. aperi. quem sequuti sunt Deci. cons. 321. nu. 11. Alex. con. 82. num. 3. vol. 1. & consi. 43. num. 24. vol. 4. Ang. Areti. in §. item verborum. Iusti. de inuti. stip. Soci. consi. 274. col. 9. ver. Postremo dico. lib. 2. Ias. conf. 153. col. 7. lib. 2. & consilio 13 col. fi. lib. 3. Deci. in c. post cessionem col. 3. post. medi. de prob. & in consi. 37. col. 4. versi. Quãdo testes. & cõs. 575. col. 2. circa medium. Hippo. in l. nec quæstio. col. pen. ff. de quæsti. & in sing. 187 Thom. Gramm. conf. crimi. 35. Ludo. Car. in practi. crimi. fol. 72. nouissimæ impressionis Purpuratus in l. admonendi. nu. 165. ff. de iureiur. Quamuis opinionem contrariam tenuerit Ioan. de Lign. vt refert Imo. in l. 1. §. si quis neget. col. 7 ff. quem. test. ape. Alex. conf. 122. col. 4. ve. Imo quidam sunt testes. lib. 7. Cur. Sen. conf. 56. col. 4. in fine. vbi voluit pręsumi quem optimę opinionis & Soci. consi. 54. col 2. lib. 3. Barb. in c. tertio loco. col. pen. de prob. Fran. de Curt. in tract. de test. cõclu. 35. Et vide Grego. Lup. per. l. ibi in l 3. in verb. *Ante si omes buenos.* ti. 2. part. 6. Primam tamen opinionem ipse sequor, quã esse veriorem & communiorem fatetur Alcia. in d. præ

sum

ſumptione.2. numero 9. ex qua infero ſequen tia.

Primo infertur,quod cum in caſu. l. ſcriptu ras.C. qui potior. in pigno. ſcriptura requiritur quod ſubſcripta ſit a tribus teſtibus integræ & probatæ opinionis.iſta qualitas articulari & probari debet ita in terminis illius legis probat eleganter Soci. conſ.274. col. 9. verſi. Poſtre mo dico.lib.2. ſequitur Purpuratus in d.l: admonẽdi nu. 165. Aymõ Sauil.in tract. de antiquitate temporis.1. parte §. quæritur etiã. nu. 57. fol.44.

Secundo deducitur declaratio ad tex.in ca. licet ex quadam. de teſtibus qui in teſte qui caſu illius cap.de auditu deponit requirit quod ſit perſona grauis eſt ſane neceſſarium qꝫ illa qualitas quod teſtis ſit perſona grauis probari, Ita conſuluit Corne.conſ. 78. col. 4. poſt mediũ ver. Omitto.quod tex.lib. 3.& idem voluit Alex. conſ.82. lib. 1. Deci.conſ.321.col.5.poſtmedi.idem ſentit Areti.conſ.83.incip. Quia multa.col.pen.in fine. verſi. Vltimo videndũ eſt. vbi generaliter voluit quod vbi in teſte requiritur qualitas peritiæ vel alia, illa probari debet & ſic Areti loquitur in omni qualitate.Idẽ clariuſ voluit Soci. conſ.136.col. 4. ad fin.verſi. Præterea poſita.lib. 1. vbi ſcribit,quod quando exigitur in perſona legalitas debet intelligi de legalitate vltra quam ius præſumit.Alias dicit Socy.diſpoſitio faciens mentionem de legalitere nihil operaretur, cum ſit ſemper neceſſaria bonitas & legalitas.

Tertio hinc procedit notanda interpretatio ad l.41. Tauri quæ bonam famam exigit in teſtibus qui de immemoriali conſuetudine circa maioratum deponuntibi, *y que los teſtigos ſeã de buena fama*, et ſic qualitas bonæ famæ probari debet vt notat doctiſsimus Petrus Auendañus in lib. 1. de exequendis mandatis cap.6. numero 11.

Quarto ex hoc emanat, quod cum in matrimonij contractu, non quibuſlibet danda ſit fides: ſed illis tantum, qui ſint legales & omni exceptione maiores. vt in. c. 1. & ibi not. glo. de conſ. & affini. & tradit Deci.conſ.63. & conſ. 183. & conſ. 310. Alex.conſi.119.& 152. & 153.vol. 3. D. epiſcopus Couar. in 4. lib. decretalium 2. par. c. 8 §. 12. nu. 7. iſta qualitas quod teſtes ſint omni exceptione maiores, cum ſit fundamentum agentis pro matrimonio allegari & probari debet per doctrinã Bar. in l. 1.§. ſi quis neget. nu. 12. ff. quemad. teſt. aperi. vbi ſcribit,quod cum ad reprobationem inſtrumenti requirantur teſtes omni exceptione maiores. vt in l. optimam.in fine.C.de cõt. & com. ſtip. iſta qualitas probanda eſt & ſic docet aduocatos,vt ſint multum cauti in faciendo articulos de fidelitate teſtium.quem ſequitur ibi Ang. Iaſ. conſ. 153. col. 5. vol.2. & Bar. doctrinam fatetur eſſe communiter approbatã Hiero. Grat. reſp. 2. num.35. vol. 2. & eam ſequitur Alex. conſ.44. nu. 24.vol.4. Et hoc habet locum in quacunque materia, vbi teſtes requiruntur omni exceptione maiores vt per Deci.conſ.3.col. 4. Sic in teſte, qui depoſuit in matrimonij contractu:in facti contingentia interrogatus conſuluit Hiero.Grat.in d.reſpõſo ſiue conſilio.2.

Quinto ex ſuperioribus infertur,quod licet bona fides in præſcribẽte de iure præſumatur ex glo.ſententia in l.ſuper.in verbo,probetur. C.de præſcrip.longi temp. & in l. 1. C. de euicti. & in l. ſi quis emptioni titulo.in verbo, tenuerunt.C.de præſ. trigi.anno. quorum opinio communis eſt vt conſtat ex Tiraq. in tract. preſ.in prin.fol.6.& ex Alci.in tract preſumption.reg. 3. præ. 5. tamen ſi ſtatutum requirit bonam fidem ea probanda eſt ne ſtatutum cẽſeatur ſuperfluum ita conſuluit Barb inter conſilia Calca. conſ. 28. col. 3. in fine licet iſtam doctrinam non admittat Aymon.in d. §. quæritur. nu. 41.

De litera C.

REGVLA. LXVI.

Calore iracundię dictũ vel factum nõ imputatur facienti,vel dicẽti not. Speti. de accuſa.in ver. Quid ſi te vocaui. & ibi. Bal. in addi. in. 2. charta quos refert Iaſ. in l. ſi filiam. C. de inoffi. teſt. in col. fin.

Limita tripliciter, vt per eundem Iaſ. in d. col. fin. quem vide quia aliqua cumulat, quæ propter iracundiæ calorem non operantur effectum quæ alias operarentur.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. quicquid. calore. ff. de regu.

iur

iur. l. 3. ff. de diuor. l. si filiã. ibi. *Si nõ inconsulto calore*. C. de inoffi. test. l. famosi. versi. lubricũ linguæ. ff. ad leg. Iul mai. l. si nõ conuincã. C. de iniur. cap. si quis iratus. 2. q. 3. facit tex. in arg. in l. Gracchus C. de adulte. l. 2. C. ad leg. Iuli. mai. l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. de adul. cap. sicut in. 1. de iureiu ra. cap. illa præpositorum. 11. q. 3. & de iure regio probatur in l. 16. ti. 8. par. 7. Circa quam Regulam lege. Dec. & Mayn. in d. l. quidquid calore. Rom. cons. 508. Hippo. cons. 80. nu. 56. vol. 2. & in fine. 626. Ias. in l. si duo patroni. §. fin. num. 1. ff. de iuraur. Thom. Grãm voto 29. nu. 15. Alcia. resp 471. nu. 6. Mar. Anto. Nat. cons. 6. nu. 2. cum seq. volumine. 1. & latissime And. Tiraq. in tract. de pœnis causa prima per totam.

Hanc regulam, vltra autorem nostrum, cũ nouem ampliationibus & quinque limitationibus scripsit Petrus Dueñas in reg. 292.

REGVLA. LXVII.

Calumnia euidens de dolo actoris in litigando vitat ipso iure transactionem. Istam conclusionem tenet Bar. post Iacob. Butrig. in. l. sub. prætextu. la. 1. C. de transact. sequuntur ibi. Ang. Saly. & Alex.

Limita quinque modis, vt per Ias. ibi. col. pen. ad fin. & sequeti.

REGVLA. LXVIII.

Calumniator dicitur quis eo ipso q̃ non probat quod intendit glo. est in l. Athletas. §. calumniator. in verbo, ex vtraque. ff. de his qui notan. infami. & in cap. calũniam in glo. 2. de pœnis.

Limita istam conclusionem sex modis, vt per Felinum in d. cap. calumniam col. 3. prope fin. cum seq. vbi prius asseuerat supra scriptam regulam esse communem opinionem. licet fuerint opiniones in materia.

REGVLA. LXIX.

Canonicus receptus vltra numerũ, habet iura canonicalia ita concludit post multas opiniones Felinus in cap. cum M. col. 9. in fin. de consti. vbi Cal. & Imo. probant hanc conclusionem.

Limita tripliciter, vt per Fel. ibi col. 11.

REGVLA. LXX.

Carceratus ad meam petitionẽ non potest per iudicem relaxari, nisi mecitato: secus si esset carcerat⁹ motu proprio. Ita firmat Bal. in ca. 1. in 1. lectura de iudi. in col. pen. allegat tex. in l. si quis vxor. §. Si fugitiuum. ff. de furtis.

Limita nisi esset de facto carceratus, quia tunc esset de facto excarcerandus. Ita restringit Barb. in d. cap. 1. col. antep. ante medium: motus per glo. fing in l. minor ff. de euiction. Adde quod posui in meis doct. mag. in doct. incip. Factum de facto.

Casus omissus &c. vide infra in reg. Prouisio.

ANNOTATIO.

Adde quod huius regulæ doctrinam sequutus fuit, quondam meus præceptor, nũc vero in dominicæ dictionis sumo prætorio dignissimus senator doctor Anto. de Aguilera in illis additionibus, varia eruditione refertis, qs ad lectura Rod. Suar. elucubrauit in l. 2. infinali additione titulo *delos emplazamientos*. lib. 2. foro legum. Et nota quod eodem modo non est in partis solius potestatis quẽ aliquem in carcere facit, cum de carceribus extrahere. sed faciẽdum hoc est præcedente iudicis mandato: ita tenet Bart. & Alex, per tex. ibi in l. neque. §. quin ius. ff. de in ius vocan. vbi dicit Ang. q̃ practicatur, quod custos carcerum non relaxet captum pro debito ad instantiam creditorum, nisi primo habeat vultam iudicis (ita ille loquitur) quia eius est relaxare cuius est incarcerare. Quibus adde Anchar. cons. 340. incip. Viso themate. dicentem non esse incarceratũ relaxandum absque iudicis facultate quem sequitur Hippo. in sua practi. crim. in. § attingam

gam.nu.22.Et vide etiam quæ ſcribit Didacus Perez in l. 7. in glo *que lo no ſuelten*.ti.14.lib. 2. ordi.& Fran. Auiles in capit1. prætorum c. 35. in verbo,*El mandamiento*.

Et adde, quod vnicam limitationem quam huic regulæ noſter autor aſsignauit bene cõprobat in debitore iniuſte incarcerato Mar.Anto Nattę con. 429.n.25.cũ ſeq. vol. 2. probans in iuſtam incarcerationem ante omnia retractandam eſſe,ita vt non detur locus nouis probationibus, vt iuſtificetur.

REGVLA. LXXI.

Cauſa vna ceſſante, non ceſſat conceſsio, vbi aliquid conceditur ex duobus cauſis, vt not. in §. affinitatis de nupt. Inſt.& in l. liberorum § 1.ff. de his qui not. infam.

Limita tribus modis, vt per Ripam in l. Si ventri.§. in bonis.ff.de priuile. credi. col. pen. in fine.

REGVLA. LXXII.

Cauſa iuſta in dubio præſumitur in principe aliquid præcipiẽte, vel reſcribente: voluit Bal.in l.reſcripta in 3.& 4. quęſt.poſt Cyn. C. de precib. Impera. offeren. Anto.& Imo.in c. cũ in ter. R. de electi. quam dicit eſſe communem regulam Canoniſtarum & legiſtarum Iaſ. in l. ſi teſtamentum. col. 1. C. de teſt. Propter quod dicit ſingulariter Abbas. referendo Cyn. in ca. cum olim col.6.de re iudi. quod ſi princeps iubet alicui ſine cauſę cognitione, vt ſuſpẽdat aliquẽ ille poteſt ſine peccato exequi.

Limita ſupraſcriptam regulam quatuor modis,vt per Iaſ.in d.l.ſi teſtamẽtum. vbi eam optime declarat & ponderat ibi eam legem contra eam.

ANNOTATIO.

Adde late.Aym. Sauili. in tract de antiqui. temp. 1. par.in prin. nu. 18,fol. 5. Ioã. Staph. in tracta. de literis gratiæ de modo proui. nu. 11. & vide quæ ſcripſi infra in reg. 209.

REGVLA.LXXIII.

Cauſa omnis regulariter eſt plenaria & ſic requirit plenum ordinem iudiciarium.Firmat hãc regulam glo. in l. iudices.C. de iudi. ſequitur Bar. in extrauagan. Ad reprimendam.in verbo,de plano. & dicit eam menti tenendam. Abb. in c. dudum.el 2. de electi. in col.8.quia allegat tex. pro ea in ca. quoniam frequen . in prin. vt lite non conteſt.

Limita iſtam regulam duobus modis, vt per Abb. vbi ſupra.

Primo, vbi ſententia modicum præiudicium affert.

Secundo, etiam ſi afferat magnum Prejudicium, dummodo ſit reparabile per aliud remedium citra appellationem.

REGVLA. LXXIIII.

Cautio idonea vbi requiritur,nõ ſufficit nuda cautio, ſed intelligitur cum pignore vel fideiuſſore, tex. in l. ſi mãdato Titij eſt. §. fin.ff. mãd. & ibi glo. tex. melior de iure in l. 4. §. ſi ſub conditione. ver. addici.ff. de fideicõmiſſa.lib.tex. iuncta glo.in verbo, idoneè in ca, felicis. de pœnis in 6. glo. in l. ſancimus. C. de verb. ſignifi. in glo. fin. glo. in c. ad noſtram lo. 1. de iure iurand. alia in c. quanquam. in verbo, idoneè.de vſuris in 6. & in c. fin. de pig. & in c. fin. de ſent, excommuni. reprobata glo. quę contrarium voluit in c. prima igitur, de cõſecra.diſt. 4, quam reprobat Iaſ. in d. l. Sancimus. col. 2. in prin. Sed illa glo. non meretur damnari, quia licet eliceat argumentum ex tex. ibi cõtra ſupra ſcriptam concluſionem, tamen non reſidet in eo, imo idem videtur tenere al legan-

legando d. l. 3. in d. ver. addici.

Amplia idem esse si requiratur plena cautio, vel si dicatur, quod debeat competenter caueri: vel si requiratur sufficiens cautio, vel si debet recte caueri. Ita ampliat Iaſ. varia ad hoc referendo in d. l. Sancimus. col. 2. & ex his ampliationibus posuit tres Soci. in reg. 44. incip. Cautio. quando lege ciuili. in tribus vltimis limitationibus.

Limita prędictam conclusionem sic extensam, sex modis notabilibus, vt per Ias in d. l. sancimus. in d. col. 2.

ANNOTATIO.

Adde glo. in c. 1. in verbo, sufficientem. de sequest poſſ. & fru. glo. in c. qua fronte in verbo, cautione. de appel. & in c. quoniam frequenter. §. in aliis in verbo. cautione. vt lite non contest. Bar. in l. si prius. num. 23. ff. de noui oper. nunt. & conclusionem huius regulæ communem esse fatetur D. episcopus Couar. lib. 3. vari. resolu. ca. 3. num. 6. quā cū vnica limitatione tantum scripsit Catel. Cotta in Memor. iuris. in verbo, Cautio idonea. Et vide l. 7. ti. 18. lib. 3. for. legum. & regiam. l. 20. in fine titulo. 31. par. 3. Si autem cautio simpliciter à lege profereretur, de nuda cautio ne intelligeretur tex. est in l. sancimus. C. de verbo. signi. vbi doctores maxime. Iaſ. idē in l. diuortio. nu. 8. & in §. interdū. nu. 8 ff. solu. matri. Hiero. Cagno. in l. plus cautionis. nu. 6. ff. de regu. iur. Anto. Corse. in sing. incip. Cautio. Petrus Dueñas in reg. 86. vbi doctrinam hāc ampliat dupliciter, & limitat quinque modis.

REGVLA. LXXV.

Cesio bonorum, non habet locum vbi ex delicto imponitur pœna pecuniaria. Ita Iaſ. per illum tex. in l. si quis id quod. ff. de iuris. omn. iud. col. 6. nu. 27.

Limita quadrupliciter, vt per Iaſ. vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde Fab. & Iaſ. nu. 13. in §. fin. insti. de actī. Henri. in c. Odoardus. de solution. Saly. in l. 1. q. 6. C. qui bon. ceder. poſſ. Aufre. in capella Tholosana q. 61. Quam regulam fatētur communiter approbatam Albe. in rub. C. qui bon. cede. poſſ. Cępola consi. 9. criminali. idem sentit glo. in reg. Peccatum. de reg. iur. lib. 6. in verbo, peccatum. & in d. c. Odoardus. Ex qua ibi Abb. notauit clericum ob crimen conueniri quatenus facere possit, non deductis sibi necessarijs alimentis, Quæ communis & recepta opinio, probatur ex eo quod in pœnis pecuniarijs ratione criminis infligendis, qui non habet vnde eas soluat, corporali pœna est animaduertendus. tex. est not in l. 1. ad fin ff. de pœnis quem vltra interpretes ordinarios ibi not. Ang. & Iaſ. nu. 43. In §. pœnales. Insti. de actī. idem Iaſ. in l. si quis id quod. nu. 28. ff. de iur. omni iudi. poſt glo. & doct. vbi est optimus. tex in l. vlti. ff. de in ius vocand. Tradit Felin. in c. ad liberandum de iudæis. Hippoly. in l. 1. nu. 63. C. de ficcar. Ioan. Lup. in repe. Rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 9. nu. 19. Et facit tex. in l. illicitas. §. vlti. ff. de offi. prę si. & in l. vlti. in fine C. de sepul. vio. tradit latè Boer. decis. 349. nu 8.

Amplia tamen singulariter hanc regulā, vltra auctorem, vt non tantum procedat quādo quis ob crimen pecunia multatur, in veram & propriam delicti cōmissi pœnam, sed & si pœna ea sit satisfactio dāni ipsi crimine proximo illati: siquidem ea pœna alterius respectu sit interesse damni illati, tamen ob ipsius delinquentis culpam vera & propria pœna esse cēsetur: & ob id in corporalem mūtatur prętextu inopiæ tex. est not. in c. finem litibus de dolo & contu. quem ibi Abb. col. 2. adnotauit eum dicit esse sing. Fran. in c. reprehensibilis. de appel. col. 3. quo loco glo. in verbo, pprium hoc ipsum voluit. & Iaſ. in d. l. si quis id quod. nu. 28. Hodie tamen, lata pragmatica sanctione à Carolo cæsare olim inuictiſsimo Romanorum Imperatore & Hiſpaniarum rege cōstitutum est vt damnatus ob crimen pecuniaria pœna accusatori soluēda pro damni æstimatione possit bonis cedere, eo que beneficio cessionis à carceribus liberari, ac si ea pecunia ex cōtractu & ciuili obligatione deberetur ita Princię decretum fuit anno. M D. tricesimo octauo. & iterū Arandæ anno M, D, quadragesimo septimo. quod summæ pietati catholici principis tribuēdum est. Sepe tamen regiarum curiarum iudices, non obstante pragmatica constitutione, solent

lent delinquentem inopem pecuniaria pœna in ſatisfactionem priuatę lęſionis condẽnatum, ad cæſionis beneficium non admittere, ſed eũ damnant mittuntq; ad Regias & publicas triremes, vt ibi laboret donec ex mercede ſuſcepta damnum ſarciatur. vt teſtatur D. epiſcopus. Couar. lib. 2. vari. reſo. c. 1. nu. 8. Quãuis nõ me prẽterit, apud Gallos lata ſentẽtia in Picta vienſi conuentu anno M.D. triceſimo primo pronunciatum fuiſſe quod in dicta pragmatica fuit decretum teſte Ioãne Rupellano lib. 4. Forenſium inſtitutionum c. 6.

REGVLA. LXXVI.

Citari non poteſt re nec verbo, exiſtens extra territorium citantis. Hanc regulam deſcripſit Ang. in ſua diſputatione incipiente Bononiẽſes. in 4. col. quem refert Felin. in c. fi. de foro competenti in col. 2.

Limita decem modis, vt per eundẽ Felinum in d. col. 2. & ſequen. quorũ ſex habuit ab Ang. vbi ſupra vt ipſe fatetur. *Io. Imol. ponit Rebuffus 2 tom. ad l. gallus de liberis exheredandis glo. 3. ex. 11.*

ANNOTATIO.

Adde tex. in Clemen. paſtoralis. §. deſuper. de re iudi. Paul. Guilel de monte Haudibi & Imo. n. 43 l. fin. ff. de iuris di. omni iudi. Ioan. And. in c. Romana §. contrahentes de foro compe. lib. 6. Old. conſ. 88. At contrariã opinionem quo ad verbalem citationem, tenẽt Cyn. & communiter legiſtę ſecundum Ang. in d. l. fin. per tex. in l. omnes. §. ſi vero apparitor. vbi Bar. & Bal. & doctores. C. de epiſco. & cleri. Cepol. in l. quis ſit fugitiuus. §. idẽ. Cælius. nu. 3. ff. de ædili. edicto. Quæ quidẽ quæſtio adeo iuris Cæſarei interpretibus. difficilis viſa fuit, vt conſtanter Ang. in d. l. fin. col. 2. ver. Circa autem hęc dubia. affirmauit, Cęſaream deciſionem eſſe neceſſariam. Alij autem diſtinctione quadam, has controuerſias cõponere conantur: aſſeuerantes ita licere citationem fieri extra territorium citantis, ſi ciuitates & vtrumq; territorium ſub eiuſdẽ principis imperio eſſent. alias ſecus Bar. in l. 1. §. 1. ff. de acqui. rer. domi. & in extrauag. Ad reprimendam. in verbo edicta. cuius diſtinctionem communem eſſe fatetur Ias. in d. l. fin. nu. 24. ff. de iuris. omni. iudi. idem etiam fatetur eam ſequutus doctor D. Perez. in l. 1. glo. 1. q. 3. lib. 3. ordin. & Montal. late in l. 4. ti. 3. lib. 2. foro. leg. in verbo. *Fagan del juſticia.* col. 2. Et in hoc ſenſu declarari poteſt Regia l. 5. ti. 2. lib. 3. ordi. ibi, *Mandamos que el Alcalde en todos los pleytos que a el pertenecieren de librar q̃ pueda yr por ſi, o embiar por ſu carta a emplazar ala parte auſente aunque eſte en lugar de otra iuriſdicion.* vbi not. D. Perez. in verbo, *aunque eſte.* & Montal. in reper. legum ordinamenti. fol. 18. col. 4. Quamuis diſtinctionem hanc minime admittat Iacobus de Belouiſo qui in rep. §. cõtrahentes. cap Rom. de foro cõp. lib. 6. nu. 131. poſt lõgã diſputationẽ reſpõdet & probat nõ eſſe hanc citationem permiſſam in alieno territorio licet vtrunque territorium ſub eiuſdem principis imperio eſſet idq; Ioan. Faber probat in §. vlti. Inſt. de pœna temere liti. Saly. in l. omnibus. §. exequtoribus. C. de epiſco. & cleri. Mari. Soci. in c. poſtulaſti. nu. 13. de foro compe. D. epiſcopus. Couar. in practi. quęſtionibus cap. 10. nu. 7. Quidquid autem ſit, ſiue de iure communi, ſiue Regio, praxis forenſis in hoc Hiſpaniarum regno, Iam pridem opinionem hanc recepit. Quamobrem iudex loci cõtractus debet requirere iudicem domicilij vt faciat citari & reuocari reum ad tribunal cõtractus. Quod ſi iudex requiſitus nolit executioni demandare iudicis requirentis decretum Iudex ſuperior omnino eſt adendus ab eo que poſtulandum, vt iudicem requiſitum cogat, vt requirẽtis iuſta decreta executioni tradat. tex. eſt not. in ea. nullus. de iure patr. & in l. ſi tutor. pupillo. ff. de aut. tuto. glo. in Clem. paſtoralis. in verbo, de more. & ibi Ioan. Imo. & docto. de re iudi. Felin. in c. vlti. col. 3. & 4. de foro compe. Saly. in auth. ſi vero. C. de adulte. Soci. in cap. poſtulaſti. num. 14. de foro cõmp. Ioan. de Ana. in cap. 1. de raptor. num. 8. Boer. decis. 29. col. 1. ſic apud nos cum querelæ deferuntur ad ſuprema Hiſpaniarum prætoria, iudicum inferiorum negligentiam incuſantes, eo quod noluerint requiſitorias literas, quas appellant, executioni tradere prævia cauſæ cognitione, dantur Regiæ literę, quibus mandatur iudicibus requiſitis, vt decreta iudicum requirentium exequantur Sępiſsimeq; ſi notabilis culpa pręceſſerit in expenſis multantur.

REGVLA. LXXVII.

Citari ſi quis faciat aliquem ſimpliciter, eo ipſo intelligitur eius perſona habilita, ita quod ſi eſſet filius familias qui non poteſt eſſe ſine cõſenſu patris in iudicio, vel ſeruus, vel alias inhabilis, videtur eius perſona habilitata: doctrina eſt Inno. in c. cũ inter. d excepti. quam tenet not. Bal. in l. cum mulier. in 2. col. ff. ſol. matri. Imo. & Moder. in l. Si per luſorio. §. fi. ff. de appella. quos refert ſequendo Iaſ. in l. fi. C. de edicto diui Adri. toll. antep col.

Limita ſingulariter, quando talis eſſet citatus, cum clauſula: ſi ſua putauerit intereſſe. Ita tenet Bal. in d. l. fin. quinta queſtione. quod ibi refert & cõmendat Iaſ. in d. col. & hoc dicit ſeruari per procuratores practicos, & refert Paul. & Ro. idẽ tenẽtes, & eundẽ. Bal. in alio diuerſo loco. Et idẽ tenent Cepola in caut. 203 incip. Si feçit.

ANNOTATIO

Adde Hippoly. in rub. ff. de fideiuſſor. nu. 7. & in l. ſi quis ne queſtio. nu 39 ff. de quæſti. Bartho. Chaſſ. in ſuis commẽt. in conſuet. Burg rub. 13. §. 6. glo. Ou *paſſer procuratiõs.* nu. 1. pagi. 1474.

REGVLA. LXXVIII.

Citari ad vnumquenque actum debet is, cui prejudicari poteſt. tex. eſt in l. de vno quoque. ff. de re iudi. tex. eſt etiam in l. nam ita Diuus. ff. de adoptioni.

Hanc reg. Iaſ. pro ſegr. Ins. gabue. declarat. concluſ. 1. vbi ponit 115 ampliat. et 121. limitat.

Amplia iſtam regulã vnico modo, & limita nouem ſignandis modis, vt per Vldari. Zaſi. in d. l. de vnoquoque. 4. col. ad finem cum tribus ſequẽtibus.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. fi. C. de legi. hæredi. l. Si quãdo. C. de teſti. l. tres denuntiationes. C. quomodo & quãdo iud. c. dilecta de ſent. excõ. c. Romana. de appella. lib. 6. c. conſtitutionum. de ſent. excomm. eo lib. Clem. paſtoralis. de re iudi. Clem. Sæpe. de verb. ſignif. cap. nos in quemquam cap. deus omnipotens. 2. q. 1. c. porro. de diuor. glo. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. & in capi. quoniam contra. de proba. & in capi. primo. de cauſa poſſe. & propi. Circa quam regulam lege late Frã. Nicon. in rep. cap. quoniam contra. in verbo, Citationes. nu. 49. de proba Petrum Paul. Pariſi. conſ. 1. nu. 32. vol. 2. Sebaſ. Vãti. in tract. de nulli. Rub. 12. de nullitate ex defectu citationis per totã. Petrum Dueñas reg. 91. Tho. Gram. deciſ. 65.

Hanc regulam, vltra autorem noſtrum, cũ vndecim limitationibus conſtituit Soci. reg. 20. in poſterioribus. Eandem regulam cum 4. ampliationibus & totidem limitationibus ſcripſit Inſignis doctor Petrus Rebuff. Super regias leges Galliæ, tract. de citationibus. in prę fa. nu. 30. pag. 50. tomo. 3. conſtitutionum Franciæ. Eandem regulam cum 12. ampliationibus & 40. limitationibus aſignauit Hippo. in l. de vno quoque. a nu. 8. vſque ad numerum. 113. ff de reiudi. Eandem regulam cum. 6. limitationibus tradit Rom. ſing. 364. Eandem regulam cum. 7. limitationibus ſcripſit Anto. Corſe. in repet. Abb. in verbo. ſententia. Eãdem regulam cum. 19. limitationibus conſtituit Ant. Nicel. in d. glo in verbo, Citationes. nu. 54. Eandem regulam cum aliis. 7. limitationibus explicauit Catel. Cotta in Memor. iuris in verbo, Citatio. Eãdem regulam cum 47. ampliationibus, & 35. limitationibus interpretatus eſt Mari. Soci. in tract. de citationibus. arti. 7. per totum. Eandem regulam cum 43. limitationibus poſuit And. Tiraq. in tract. res inter alios acta per totum. Eandem regulam cum 115. limitationibus declarauit Anto. Nicellus in cõcord. gloſſarũ concor. 52. nu. 224. Quamuis curiæ Franciæ vbi partis periculum imminet, etiam in dictis caſibus a iure exceptis citationẽ omittere non ſolent, vt teſtatur Rebuff. in d. præfa. nu. 44. pag. 53.

REGVLA. LXXIX.

Citatio prima cauſæ poteſt incipere á procuratore: tenet Bar. & cõmuniter doctores in l. eum qui. C. de procura. Idẽ Bar. in l. ſolent. in vltimo not. ff. de alim. legat. & in l. meminerit per illum tex. C. vnde vi. & in l. quãuis. in vlti. col. ff. de dam. infecto.

Limita, niſi dominus eſſet præſens in ciuitate, quia tunc citatio prima

debet abeo incipere. l. 1. §. ff. 1. de liber. agnos. Ful. Paul. & Iaſ. in d. l. eũ qui. Secundo limita, in his quæ ſunt magni prę iudicij tunc citatio prima debet ab eo incipere ſecundum Ang. in. §. hinc nobis. in 3. not, per illum tex. in auth. de hęredi. & Falci. quem refers Iaſ. in d. l. eum qui. in 1. col.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. aut quia liter. §. & ſi forte. ff. quod vi aut clam. cap. cauſam. de dolo & contum. Clem. cauſam de electi. Inno. Abb. & doctores in c. dilectus. de procura. Guid. Pap. ſing. 370. Bar. Ba. conſi. 18. col 3. vol. 1 And. Tiraq. lib. 1. de Retractu. §. 9. glo. 3. nu. 7. fol. 162. col. 2. petrum Rebuff. ſuper regias leges Galliæ in tract. de citationibus articu. 2. glo. 1. tomo. 3. conſti. Franciæ.

REGVLA. LXXX.

Citatio ſi fiat edicto, vel nũcio, ad hoc vt intelligatur peręptoria, requiritur quod illud exprimatur. hanc regulã reaſſumit Feli. in ca. cauſam quę col. 2. de reſcrip. vbi allegat Bar. in l. ad peręptorium. ff. de iudi. Abb. in c. conſulorit. de offi. delega.

Limita dupliciter, vt per Felin. vbi ſupra.

REGVLA. LXXXI.

Citatio non preſumitur facta de cõmiſſione iudicis: ita eſt communis ſententia ſecundun Aret. conſ. 33. incip. Conſultatio pręmiſſa. in col. antep. & ſecundum Felin. in c. quoniam contra falam. in col. 5. de prob.

Amplia tripliciter, & limita tribus aliis modis, vt per Ioan Fran. de Ripa in c. 1. de iudi. in col. 43.

ANNOTATIO.

Adde Ioan. And. in addi. ad ſpeculũ de citatione. §. 1. ver. ſed nunquid credatur. Bal. in l. his ſolis. C. de reuo. dona. ſentit Bar. in extraua. Ad reprimendum. in verbo, Nũtium. in fine. Ioan. de Imo. in l. ex conſenſu. §. eum qui. ff. de appellat. Rom. & Alex. in l. ſciendum. ff. de verb. obliga. Roma. conſ. 497. num. 9. Alex. con. 123. lib. 2. Abb. conſ. 42. vol. 1. Ang. Areti. vbi late Auguſt. Arimenẽ. in tract. maleſi. in parte Iudex commiſit. nu. 10. Quã regulam fatentur eſſe communiter receptam. Sebaſtianus Vantius in tracta. de nullitatibus. Rub. de nullitate ex defectu citationis nu. 41. & Additionator Ang. in d. nu. 10. quam etiam tenent Ioan. de Imo. poſt glo. & doctores ibi in ca. compareat. de appellati. vbi dicit. Quod commiſsio citationis debet per notariũ in actis ſcribi, & hoc eſſe contra quam plures curias, quarum proceſſus ex hoc, niſi ex conſuetudine ſuſtinerẽtur corruerent Et vide Caro. Rui. conſ. 66. nu. 1. cum ſeq. vol. 5.

Quamuis contrariam opinionem, imo quod citatio præſumatur facta præcedente iudicis cõmiſsione, poſt plures iuris vtriuſque doctores quorum bonam partem allegat dicens eſſe magis communem opinionẽ tenuit Iaſ. in §. quadrupli. ver. Refert etiam circa. Inſti. Actioni. eandem fatetur eſſe magis cõmunem opinionem teſtatur Sebaſt. Vanti. in loco nouiſsime allegato. Eam eſſe de conſuetudine receptam fatetur Bal. in l. vlt. C. de exhib. reis licet dicat eſſe iuri cõtrariam. De qua lege Bal. Ang. & latiſsime Saly. in l. tres denuntiationes. & in l. conſentaneum. C. quomo. & quando iud. Anto. Corſe. in repertorio Abbatis in verbo, citatio. Verum eum in Hiſpania coipſo quo quis creatur ad citandum, ſine alia iudicis facultate, citare poterit, prout in regno Francię teſtatur Petrus Rebuff. ſuper regias leges Galliæ in tract. de citationibus arti. 2. glo. 4. nu. 8. pag. 76. fere nullius momenti hæc quæſtio in his regnis erit, in cæteris vero curiæ conſuetudinem vbi fueris obſeruabis.

REGVLA. LXXXII.

Citatio trina vbi requiritur, iudex poteſt facere vnam pro omnibus, ſi hoc exprimat. Iſtam regulam tradit. Soci. per l. nonnunquam. ff. de iudi. in ſuis fallentijs. in reg. ſi. quam ſolum limitauit duobus modis vide Alex. qui illam limitat quinque modis

in l. contumacia. ff. de re iud. in 2. col. & sequenti.

REGVLA. LXXXIII.

Citatio trina requiritur, ad audiendam sententiã, necsufficit vnicatrad. istã regulam Felinus in c. cõsuluit. de offi. delega. super. glo. in verbo, terminũ.

Limita eam undecim modis, vt per eum ibi, col. 4. vbi eam tertiam limitationem quę cõmuniter damnatur, duobus casibus saluat.

REGVLA. LXXXIIII.

Citati ad locum non tutum, vel si bi inimicum, non tenentur comparere tex. est in c. accedens. el. 2. vt lite nõ cont. tex. & doctores in c. ex parte de appella. & in Clem. pastoralis de reiudi. & in l. recusare. §. si quis alio. cum l. sequenti. ff. ad Trebel. vbi Bar. & doct. maxime Alex.

Amplia sex modis, vt per Feli. in c. cum R. canonicus. de offi. delega. quẽ vide in materia. Limita. 5. modis, vt per Hipp. in l. 1. §. præterea. ff. de qq. col. 11.

Citatio vide supra Absolutione & infra Dominus qui litig. & in verbo, Multa. & in verbo, sententia. lo. 5.

ANNOTATIO.

Adde late & singulariter materiam huius regulæ interpretantem Sebastianum Vantium in tract. de nutillitatibus, Rub. de nullitate ex defectu iuris ordi. num. 165. pagi. 243. paruæ impressionis.

REGVLA. LXXXV.

Clausula siue posita in principio siue in fine, trahitur ad omnia capitula, præcedentia & sequentia tex. est & ibi not. Bal. in l. quisquis. C. si cert. petaponunt Bar. & alij in l. talis scriptura. in prin. ff. de lega. 1. tex. in c. Secundo requiris. & ibi doctores. & in c. inquisitioni. de appel. & vide Celsum Hugonem in tract. clausularum c. 2. quod incipit Clausula. in prin.

Limita duodecim modis, vt per Iaf. in l. 1. C. de lib. præt. in col. 2. Et vide Felinum in c. causam quę. in col. 4. de rescrip. vbi ponit octo casus fallentiæ in quibus clausula non refertur ad præcendentia.

ANNOTATIO.

Adde Bar. & Bal. in l. quisquis. ff. de lega. 3. Bar. in l. auia. in prin. ff. de condi. & demõst. & in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. col. 1. ff. de edendo & doctores omnes maxime nouissimos in l. si idem cum eodem. §. 1. ff de iuris. omni. iudi. Rom. cons. 112. nu. 3. & cõs. 480. nu. 7. D. Dida. à Segura in eleg. rep. §. fi. nu. 97. l. 3. ff. de lib. & post.

REGVLA. LXXXVI.

Clausula generalis posita inter aliqua capitula, refertur ad omnia præcedentia & sequentia. text. est in l. 3. §. filius inter medias. ff. de lib. & posthu. & in l. fin. & ibi not. Bar. ff. de reb. du. tex. in l. talis scriptura. ff. de legat. 1. vbi glo. Bar. & doctores.

Limita hanc regulam septem modis vt per Iaf. in d. l. talis scriptura. col. 6. num. 37. cum tribus sequen.

ANNOTATIO.

Adde doctorẽ D. à Segura in celebri rep. §. fi. l. 3. ff. de lib. & posthu. num. 86. fol. 12. col. 2. ad finem.

REGVLA. LXXXVII.

Clausula derogatoria ad alias sequẽtes vltimas volũtates: posita in testamẽto, videlicet si testator dicat: quod si cõtingerit eũ facere aliud testamentum, nõ vult eũ valere nisi talis clausula esset specialiter in eo adiecta operatur, vt tale testamẽtũ, per secundũ nõ tollatur not. plene Bar. in l. si quis in prin. ff. de leg. 3.

Limita quatuor modis vt per Bal. in l. sancim⁹. C. de test. quos ibi refert & exa

& examinat Ias. in col. 2. & seq. quibus ipse addit alios septem. & sic prædicta regula restringitur per eum vndecim modis, quem vide ferè per tres col. optime loquentem.

REGVLA. LXXXVIII.

Clausula hæc quantum de iure poterimus non habet vim perẽptorij. tenent Anto. in c. sepe. col. 8. de appella. quem sequitur Feli. vbi alios allegat in loco statim allegando.

Limita tripliciter, vt per Feli. in ca. causam quæ col. 2. ad fin. de rescrip.

REGVLA. LXXXIX.

Clausula, non obstante aliquo, non tollit determinationem legis antiquæ glo. 2. in auth. de hæred. ab. intest. veni. in prin. Bar. in l. Sciendũ. in prin. ff. qui satisd. cog. facit tex. in l. ita pudor. C. de adulte.

Limita dupliciter ut per Fel. in ca. non nulli. col. 23. de rescrip.

ANNOTATIO.

Adde Bal. in l. 4. §. quęsitum. 10. fallentia. ff. si quis cauti. Ioan. Imo. in l. si vero. §. de viro. col. 6. ver. item an dicatur. ff. solu. ma. Hip. sing. 558.

Hanc regulam, vltra autorem nostrum cũ duobus limitationibus, quarum vna differt a limitationibus Felini. in loco ab autore allegato scripsit Rod. Suar. in proem. legum Fori fol. 5. ver. Extende prædicta.

REGVLA. XC.

Clausula non obstãte, nunquam tollit actum iuratum, vel constitutionem iuratam. glo. est sing. in ca. cum non deceat. in glo. fin. de electi. lib. 6. probat tex. in c. constitutus. de rescrip. tenent Anto. Imo. & Abb. in c. 1. de his quæ fiunt à maiori parte capi. cõmendat etiã illam glo. Cels. Hugo in tract. clausularum in c. de clausulis rescripto. in prin. Et vide infra in litera P. in reg. incip. Principis rescripto. in prima fallentia.

Limita istam conclusionem duobus modis, vt per Ias. in l. fi. in fine C. si cõtra ius vel vtili. pub. qui reputat vtrunque mirabile pro restrictione dictę regulę Vide melius & latius per Feli. in c. cõstitutus. 2. col. in fine cum duabus sequen. vbi ampliat dictam regulã & eam quinque modis restringit.

ANNOTATIO.

Adde glo. not. in Clem. dudum. §. pen. in verbo, pacta. de sepul. Petrum de Anchar. cõs. 308. incip. Nisi legibus Roni. cons. 379. col. 4. & cons. 393. nu. 13. & con. 436. col. 3. & in sing. 7. vbi Addi. Genn. in cons. 8. in fine Alex. in l. 1. col. pen. ff. ad leg. Fal. Felin. in c. 2. nu. 20. de sponsa. Albert. in. 1. parte sta. q. 15. incip. statuto alicuius ciuitatis sic cauetur. Feli. in c. qualiter & quando in. 1. col. 11. circa fin. de accusa. Anto. Corse. in Rub de iureiur. priuile. 22. Mar. Ant. Baue. in tract. de iuramẽto in prin. nu. 27. Vital. de Gan. in tract. clauf. in clausula. Non obstantibus &c. Cagno. in l. Si quis maior. nu. 176. C. de trans. Ludo Gome in c. 1. de const. lib. 6. nu. 286. Alex. in cons. 27. col. fi. nu. 8 lib. 1. & ibi Caro. Moli. in addi. Ioan. Staphi. in tractat. de literis gratiæ & iust. fol. 99 Bartho. Chassa. in consuet. Burg. rub. 13. §. 8. nu. 12. Dæpiscopũ Couar. in 2. par. Rub. de testamen. nú. 19. Catel. Cot. in Memor. iuris. in verbo juramẽti religio. Ex quibus hanc esse cõmunem opinionem cõstat. quod asseuerat Cur. Iun. cõs. 67. nũ. 7. & cõs. 98. nu. 7. Anto. Padilla in l. clari. nu. 4. C. de fideicõmi. vbi dicit sic in Pintiano prætorio fuisse iudicatum.

REGVLA. XCI.

Clausula codicillaris, apposita in testamẽto etiã nullo, virtute prętertionis, vel ex hæredationis operatur vt ipse filiꝰ prætertus, vel exhęredatus, vel alij succedẽtes abintestato teneãt pfidei cõmissũ hęreditatẽ restituere hęredi, dtracta. quarta Trebellianica, & quarta legitima si fuerit filiꝰ, vel Trebelliani ca tãtũ si alius successor. Ista est cõmunis conclusio doctorum cõtra glo. ibi in auth. ex causa. C. de liber. præter. secundum Ias. ibi col. antep. in fin. quem etiam vide in l. filius qui in potestate. 3. col. ff. de lib. & posthu. vbi

etiam hãc concluſionem deſcribit. Sed quo ad illud de quarta dicit, quod tunc fideicõmiſſum debeat ſtatim reſtitui, non detrahetur niſi vna quarta allegat Bar. expreſſe in l. Papinianus. §. memi niſſe. ff. de inoffi. teſt. ad fin. Bal. in l. filium quem habentem. C. fami. ercis. & Ang. in l. 1. ff. de iure codi.

Limita ſupra ſcriptam regulam, tripliciter, vt per Iaſ. in d. auth. ex cauſa. col. antepe. vſque ad finem.

ANNOTATIO.

Adde Guil. Bene d. in repiti. cap. Raynuntius. in verbo, Teſtamentum. 3. num. 17. de teſt. & latius in eadem rep. in verbo, in eodem teſtamento relinquit. 1. nu. 229.

REGVLA. XCII.

Clericorum appellatione in materia reſtringibili, non veniunt canonici, vt per Abb. in rub. de vita & hones. cleri. latius in ca. bonę. lo 1. de poſt. præla. Vide Felin. in c. nõ dubium in 1. col. de ſent. excommu.

Limita dupliciter, vt per eũdem Felin. in ca. ad abolendam. in glo. 2. de hæreti. qui pro principali regula plures alios refert.

REGVLA. XCIII.

Clericus regulariter coram ſuo epiſcopo debet conueniri tex. eſt in c. 1. & in c. ſi diligenti. de foro comp. & in c. in olita, & in c. placuit. 11. q. 1.

Amplia iſtam regulã viginti & quatuor modis, & limita triginta & duobus modis, vt copioſiſsimè per Marian. Soci. in d. cap. 1. de foro compe. 1. col. in fine vſque ad finem. vbi hoc per. 14. col. pulchrè deſcribit, & vide not. per Stepha. Aufrer. in rep. Clem. 1. de offi. ordi. in additionibus per eum factis ad dictam repetitionem in Regula 1. vbi ponit viginti & vnũ casum, longa manu in quo clericus poteſt conueniri de crimine coram iudice ſeculari, & in regula 2. in dictis additionibus vbi ponit triginta & tres caſus, in quibus, etiam poteſt coram eo conueniri clericus in ciuilibus.

ANNOTATIO.

Adde. quod hanc regulam, vltra autorem noſtrum, ſcripſit etiam Bartho. Chaſſaneus in cõſuetud. Burg. Rub. 1. §. 5. glo. *Silna grace*, nu. 47. pag. 192. vbi viginti limitationes ei aſsignauit eamque non vulgariter interpretatur a dicto numero vſque ad numerum 88. Eãdem regulam cum 32. limitationibus, tradit Gab. Sar. vir ſane doctus & diligens, in additionibus ad Ludo. Roman. in ſing. 419.

REGVLA. XCXIIII.

Clerici conſilio, ſi ſequitur, homicidium vel mutilatio membri, eſt irregularis clericus tex. eſt in c. ſicut dignũ. de homi. & in c. 2. ad fin. de cleri. pug. in duel. & in c. ſi quis uiduam, 50. diſt. & in c. ſi quatuor. 23. q. 8.

Amplia iſtam regulam quadrupliciter, & limita tribus modis, vt per Felin. in cap. ſit dignum col. 3, poſt medium & eaſdem ampliationes reſcribit idem Feli. in cap. 1. de offi. deleg. in col. 5. & ſeq. limitat eandem regulam quinque modis.

ANNOTATIO.

Adde quod regula hæc ex coſulcitur quia regulariter quis in delictis ex cõſilio tenetur. canuper. de ſen. excom. l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto l. ſæpe. ff. de verb. obliga.

Primo tamẽ amplia not. hãc regulã, vt nõ ſolũ proceda t quãdo ex cõſilio ſequitur homicidiũ velmẽbri mutilatio. vt in c. ſicut dignũ ḋ homi. c. ſi qs viduã. 50. d. cũ ſimilib⁹, ſed etiã ſi cõſulu it cõſtructionẽ alicui⁹ bellici inſtrumẽti, vel dicit tale inſtrumẽtũ bellicũ aptũ fore ad pugnã dũ in tali loco, & res ſeliciter ceſſerit, ita vt eo inſtrumẽto plures fuerũt interfecti. cler. q tale cõſi. dedit irregularitatis labe afficit. vt egregie

not

not Inno. vbi Abb. in c. ad audientiam. de homi. Nicol. Plo. de irregularitate reg. 12.

Secundo amplia, etiam si solum consulendo obstēdat vtilitatē ex homicidio proueniētē Secundū Ioā. And. in c. felicis de pœnis. lib. 6.

Tertio amplia, vt nō solū procedat quādo ex iniquo ad homicidium consilio, fuerit occisus is aduersus quem tractatus præcesserit, sed ipse met, cui consiliū datū est, nihilominus cōsules à nota irregularitatis non liberatur. ex Card. sententia in d. c. ad audiencia de homi. nu. 3. Ioan. And. Domi. Franc. & doctor. in cap. vltimo. de homi. lib. 6. D. epiſco. Couar. in Clē. si furiosus. 2. par. relectionis. §. 2. nu. 1. fol. 43. de homi. Alber. Troti. in lib. 2. de vero & perfecto clerico. c. 21. nu. 9. Ludo. Carer in practi. crimi. fol. 158. nu. 9. Nicola. Plo. in tract. de irregularitate reg. 14. quam opinionem veriorem esse censet Maria. Socin. in d. ca. ad audienciam nu. 80. Quambis speculator reffragetur in titulo de dispēsatione. §. Iusta. nu. 43. præcedens tamē opinio cōmunis est & verior.

Quarto amplia, vt non solū precedat præcedens regula: quando quis consuluit alicui homicidium, vel membri mutilationem, sed aliā rem turpem atq; illicitam, quia si ex eius perpetratione homicidum fuerit commissum irregularis est. Secundum speculatoris sententiam in d. §. Iuxta. quem sequitur D. Ludo. Car. in d. fol. 158, nu. 7.

Primo tamen vtiliter limita dictam regulā, vt nō procedad quando ipse cui cōsulitur alias esset facturus. vt notat Abb. post Hosti. in cap. ex literis. per tex. ibi de excessi. prælat. Felin. nu. 12. in c. sicut dignū de homi. & in c. 1 nu. 13. de offi. delegati Mariā. Soci. in d. c. ad audiē tiā. nu. 70. de homi. Albertus Trotus lib. 2. de vero & perfecto clerico ca. 21. nu. 7. quam opinionē cōmunē esse fatet D. episcopus Couar. in d. §. 2 nu. 1. Quod si quis consilium dederit alioqui facturo, ita vt is deterior factus sit: forte qui sic consuluit ab irregularitate nō excusatur secundū D. episcopū ibi cuius opinioni suffragatur q Inno. & ceteri doctores tradiderunt in c. nuper de sent' excom. affirmātes hoc consiliū sufficere ad iuris pōtificij excōmunicationē idē asseuerat Siluest. in sūma in verbo, excōmunicatio. 8. q. vltima. & in verbo, Excommunicatio vltimo q. 4. & facit tex. in c. Sicut dignū. §. qui vero. in eius priori parte de homi.

Secundo limita, nisi clericus suaderet licitā occisionē, vt pro patria, pro Christo, vel pro Ecclesia, vt tenet specul. in d. §. Iuxta. versi. sed queritur. Nicol. Plo. de irregularitate q. 14.

Tertio limita & intellige, si post consilium prestitum homicidium secutū fuit: secus alias nam ex nudo consilio irregularitas non cōtrahitur. vt speculator in d. §. Iuxta adnotauit. quē sequitur Ludoui. Car. in d. fol. 158. cuius ratio ea est potissima, quia sola voluntate irregularitas non contrahitur. vt optime probat. D. episcopus Couar. in d. relectione Clem. si furiosus in initio. 1. par. nu. 4.

Quarto limita, nisi per clericum fuisset dissuasum homicidium nisi dubitans astaret indicto homicidio, vt per Felin. in d. c. sicut dignum versi. septimo & vltimo de homi. sequitur Ludo. Car. d. fol. 158. nu. 17.

Quinto limita nisi clericus interogatus tanquā iurisperitus cōsuluerit aliquod crimen generaliter dignū esse morte, & eius consilij ratione aliquis fuit vltimo suplicio punitus. nam hoc casu nō efficitur irregularis nisi specialiter super illo casu interrogatus fuisset & consulto responderet. vt not. speculator in d. §. Iuxta tradit Abb. in c. 1. de fur. doctores in c. ex literis de excessibus prela. Bal. in auth. habita in prin. C. ne filius pro patre Nicola. Plotus in tractatu de irregularitate regula. 39.

REGVLA. XCV.

Clerico violentiam inferens in vestibus, vel eum detinens inuitū, est excōmunicatus: tenent Inno. in c. nuper de sent. excōmu. notat glo. in c. si quis suadente. 17. q. 4. in verbo, Manus.

Limita octo modis, vt per Felin ibi, circa finem versi. tex. videtur. Et adde septē casus, quos ponit Bernar. Lauren. in tractatu quem ēdidit de casibus vbi iudex secularis potest imponere manus in clericorum personas, in fol. 3. in quibus quis potest verberare clericum sine metu excommunicationis.

ANNOTATIO.

Adde huiꝰ regulę doctrinā multū esse notādā circa declarationē dicti ca. si quis suadēte. 17. q. 4. cuius decisionē 14. modis limitauit Ioan. de Lignano in tractatu de censura ecclesiastica. §. 6. nu. 1. Et cum alijs 14. modis limitauit Nicola. Plotus in tract. de excōmunicatione in

prin.nu.23. Et alias.14. limitationes ponit Regal.3. ti. 9. par. 1. Et decē tradit glo. in d. c. si quis suadente. Et dictum tex. cum.20.amplia tionibus & 22. limitationibus eleganter declarauit Stepha. Auf. in tract. de potestate seculari super ecclesiasticas personas in reg.3. per totā. & vndecim modis eius decisionem ampliauit Petrus Dueñas in reg.99. vbi tres tantum limitationes scripsit. Et alias optimas interpręta tiones diligenter tradit D. Perez. in l. 1. glo. 1. ver. Preuilegiatus titulo. 3. lib.3. ordi. Quæ etiam notanda sunt ad tex. in ca. & in c. non. dubium. & in ca. ex tenore. de senten. excom mu. & in c. religioso. eo titulo lib.6. & ad regiam l. 3. ti. 9. par. 1.

REGVLA. XCVI.

Colectiuo nomine, quando plures sunt vocati simul cum alio tertio, regulariter in quacūque materia, illi plures habentur loco vnius tantum istam regulam ponit Ias. in l. fin. C. de impub. & alijs subst. col. pen. in prin. quam ibi pluribus notandis, exemplis ornat fere per totam col. & eā postea limitat septem modis.

REGVLA. XCVII.

Collegium, seu vniuersitas, si congregatur vt singuli consentiant, vel dissentiant, si tacent habentur pro consentientibus. Hāc doctrinam dicit Feli. resultare ex positis ibi per eum in c. cum omnes. coluna. 6. de de consti.

Limita tripliciter vt ibi per eum.

REGVLA XCVIII.

Condēnatum, vel condemnandum, cum iam esset confessus crimen, de carceribus eximens tenetur crimine lęsæ maiestatis. tex est quem ibi, dicit mē tit tenendum Bar. in l. cuiusque. ver. pen. ff. ad legem Iuli. maie.

Limita tripliciter, vt per Ias. in §. pę nales. col.17. fere per totam institu. de actionibus.

Primo, in eo qui exemit captum ab alijs iudicibus quam ab Imperatore secundum Fabrum ibi de quo tamen dubitat.

Secundo limita, si amici & consanginei iuste appellassent, & iudex vellet exqui: quia tunc licet impedire executionem & resistere. Sed hæc limitatio relata ad regulam non videtur esse vera, quæ loquitur in damnato, qui fuerat confessus crimen, pro quo appellatio interponi non potest vt releuetur.

Tertio limita in Cardinalibus, qui possunt ex priuilegio damnatū obuiantem eximere & à morte liberare.

ANNOTATIO.

Adde Hippo. in sing.273. & in l.1. in prin. ff. de siccar. & in l. 1 in prin. ff. de quæstio. & in Rub. ff. de fideiusso. nu. 16. Alex. & Ias. in l. 1. §. prætor. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat Ang. Areti. in tract. malefi. in parte Fama publica. nu. 55. Cepol. cautela. 1. Bar. Chassa. in consuet. Burgūd. tit. *Des iustices*. Rub. 1. in prin. fol. 19. nu. 68. Gome. in §. pœnales nu. 48. Inst. de action. Dueñ. in reg. 281. Bened. in c. Raynūtius in verbo, Mortuo itaq; testatore. in 1. nu. 180. Et uide Regiam. l. 14. titulo. 29. par. 7. & in l. 5. tit. 12. lib. 8. ord. & l. 11. ti. 13. lib. 4. Fori.

Primo tamen limita dictam regulam, vltra autorem, vt non procedat in eximente clericū à manibus familię iudicis secularis. ita tenent sing. Felin. Bal. allegans in c. 1. in fine de offici. deleg. Guid. Pap. quęstione. 73. in fine. quod tamen dictum tanquam cogitandum reliquit Bar. Chasan. in d. tit. rub. 1. §. 7. nu. 34. vbi dicit apud Gallos non seruari.

Secundo limita, vt non procedat quando ille qui eximitur iniuste fuisset condemnatus vt probat tex. in l. omnes. C. de decuri. lib 10. & in auth. quomodo oporteat epis. §. fin. col. 3. glo. in c. ex literis in verbo, denuntietis. de offici. deleg. vbi dicit quod iudici male exequēti, violenter resisti potest, etiam per alium cuius nihil interest. Vnde dicit Psal. 80. & Pro

ber

ber. c. 24. & 81. quod quis autoritate propia potest iniuste condemnatum ad mortem cripere. facit glo. fin. in ca. non inferenda 23. q. 3. & tex. in l. contra præcepta nostra. C. de exc. & exactorib. li. 12. De quo lege Felin. in d. c. ex literis. Barth. Chassa. in d. §. 7. nu. 5. Matth. de Affict. in constitu. Neapol. lib. 1 Rub. 8. nu. 78. Tho. Gram. cons. crimi. 56. nu. 26. Deci. cons. 479. nu 3. Autorem nostrum in practica. c. 95. nu. 1. & ibi dixi in additi. litera. A. Nec obstat quod ista regula loquatur in eximẽte damnatum iam cõfessum, quia nihilominus locus erit huic limitationi quando inspecta circumstantiarum qualitate iudex notorie de facto, excedẽs iuris metas ad iniustissimas pœnas procederet.

REGVLA. XCIX.

Compensatio quantitatis ad quantitatem, recte procedit l. quęcunque. ff. de compens. l. si constat & in l. fin. C. eo. §. in bonę fidei. Inst. de actio.

Limita hanc regulam, vt per Vldar. Zasi in d. §. in bonę fidei col. 225.

Primo si actor contra quẽ obijcitur compensatio deberet decem aut homines, & esset sua electio: secus si electio esset rei, quia alternatiua obligatio nõ potest compensari cum pura, si actoris electio est, secus si rei.

Secundo limita notabiliter hãc regulam, si actor vel creditor, cui obiicitur compensatio, haberet facultatẽ soluendi speciem pro quantitate, sicut cõtingit in actione noxali: & ibi Vldar. ponit dissimilitudinẽ inter casum istiꝰ Fallentiæ & prioris.

Tertio limita, quando pecunia caperetur, vt species & vt corpus sicut numi qui includuntur in cistinam, vel alias in sacculum, tunc enim cessat cõpensatio, quia illa pecuna non debetur tanquam quantitas sed tanquam corpus. Ista est sententia glo. in cap. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. pet. & in §. in bonæ fidei. Insti. de action. Sed contra tenent Vltramõtani quos sequitur referens Bar. in d. §. seruum tuum imprudens. & alij relati per Iaſ in d. §. in bonę fidei. Concordat opiniones contrarias Vldari. Zazi. vbi supra quem vide col. 225.

Compensatio, vide infra reg. Debitor necessarius.

ANNOTATIO.

Adde & limita primo, vltra autorem nostrũ vt ista regula minime procedat in decimis, quæ deo debentur: quia in eis nulla compẽsatio admittitur iuxta glo. in ca. decimæ. 16. q. 1. quam sequitur Roma. sing. 551. & doctores in ca. tua nos. de decim. Iaſ. in §. in bonę fidei. nu. 13. Inst. de actionibus Petrus Rebuff. qui alios idẽ tenentes allegat in tract. de decim. vltima parte. 16. pœna qua afficiuntur non soluentes decimas. Guid. Pap. sing. 456.

Secundo limita vt non procedat, in tributis fisco debitis nam in illis non est locus compensationi. l. 3. C. de compen. l. aufertur. §. compensationem. ff. de iure fisci.

Tertio limita quando quis debitum creditori negauit, & postea de mendacio conuictus sit nam non poterit compensationem opponere. Secus si per creditoris confessionem conuictus quis fuerit vt probat tex. iuncta glo. in l. fi. in verbo, conuicta. C. de compensa. glo. in l. nemo ex his. ff. de regu. iur. quod reputat valde notandum Gulielm. de Ludo in sing. 96.

Quarto limita vt nõ procedat in causa dpositi, quoniã contra depositũ minime cõpẽsatio recipitur, vt in l. fi. C. de cõpensatio, l. pen. C. depositi. §. in bonæ fidei Inst. dactio. q procedit etiã si vtraq; parte factum sit depositum vt in d. l. pen. & notat Tindarus in tract. de compensationibus. arti. 5. nu. 41. Et vide l. 5. ti. 3. & l. 27. ti. 14. par. 5.

Quinto limita in casibus enumeratis in l. in ea C. de compens.

Sexto limita, vt non procedat, quando quis iurauit se centum creditore Soluere, quia propter iuramenti religionem soluere tenetur nec audiendus est si compensare vellit. vt tradiderunt. Inno. Hosti. Ioã. Andreas Collect. & Anto. & in specie Imo. in ca. ad nostram. de iure iurand. Areti. cons, 100. col. 2. Matthe. sing. 54. Steph. Bert. cons. 154. num. 2. lib. 1. & cons. 305. col. 1. eod. lib. Iaſ. cons. 41. col. 2.

lib. 3. & in l. eum qui. §. 1. col. 1 & 2. ff. de iureiurand. & in l. si pecuniam. in principio. col. pe. ff. de cõd. ob cauſ. & in §. in bonæ fidei col. pen. & ibi Zazi. col. vlti. Inſt. de actionib. Matth. de Afflictis deciſione Neapo. 164. & decis. 381. col. 1. Corſe. in rep. rub. de iure iurando. 15. priuilegio Boeri. cõſ. 14. quam opinionẽ fateſ eſſe cõmunẽ laſ. & Zazi in loco nouiſſime allegato & Alex. cõſ. 91. col. 2. lib. 2. Felin. in d. c. ad nr̃am col. vlti. Soci. in l. Iul an⁹. ff. de cõdi. & demõſtra. Ludo. Gozad. conſ. 69. col. 1. D. epiſcopus Couar. in ca. quambis pactum. 1. part. §. 4. nu. 8. de pact. lib. 6. And. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 3. glo. 3. nu. 6. Et apud canoniſtas opinio iſta eſt communiter recepta, vt teſtantur Tindarus in d. tract. de compenſati. arti. 7. nu. 10. Carol. Molin. in tract. de contractibus. q. 43. & Mar. Anton. Nattæ conſ. 54. nu. 5. volu. 1. vbi dicit opinionem iſtam ſequẽdam eſſe, tum quia melioribus rationibus fundatur, tũ quia eſt approbata à canoniſtis, quib⁹ magis ſtandum eſt in materia iuramenti quam legiſtis. Huic opinioni ſuffragatur quod iuris eſt apertiſsimi, & ſupra in 4. limitatione tradidimus, nempe compenſationem opponi non poſſe aduerſum eum qui depoſitum repetit, vt probant iura iam allegata. & eſt tex. in c. vltimo §. ſanè. de depoſito. ob maximam fidem quam depoſitarius tenetur deponenti ſeruare, eo quod plurimum ei crediderit. glo. in l. negocium. ff. de compẽſat. igitur & ratione iuramẽti, mirum non eſt idem ſtatui. propter maximã eius religionem. Secundo præcedẽtem opinionem non vulgariter confirmat, quod iuramentum in ſpecifica forma ſit ſeruandũ. c. debitores de iure iurando. Compenſatio autem nõ eſt vera ſed ficta ſolutio. l. ſi cum filio. ff. de compenſa. tex. in l. 3. ff. eo. Ideo inquit iuriſconſultus compẽſatio neceſſaria eſt, quia intereſt noſtra potius non ſoluere, quam ſolutum repetere. Igitur qui compenſat minime ſoluit ſaltim vere. & ad hoc facit tex optimus in d. l. Iulian⁹ ff. de cond. & demõſtra. ibi, *quaſi dederit*. Tertio conducit tex. egregius q⁹ in d. ca. ad noſtrã. qui probat, eum qui datis creditori pignoribus, iurauit quantitatem debitam mutuo datam ſe ſoluturum teneri preciſe ad eius ſolutionem, nec poſſe obijcere fructuum ex pignoribus perceptorum computationẽ in principalem ſortẽ. Quarto rem hanc manifeſte comprobat, quia æquitas compenſationis eſt fundata ſuper regula dolo facis, quia petis quod reſtituturus eſt. vt dicit glo. quam ibi approbat Ioan. Faber in d. §. in bonę fidei. Sed iuramentum non patitur talem exceptionẽ opponi. c. debitores. de iureiurand. & volunt Bal. in auth. ei qui. col. penul. ver. Occurrit caſus. C. de bonis auth. iudi. poſſid. Quinto prędictã cõmunem opinionẽ corroborat, quod iuramentũ principaliter dirigitur in deum & deo obligat. c. & ſi Chriſtus. cap. debitores. de iureiurando. Modo ſic licet creditor videatur preſtare aliquod impedimentum debitori, quia nõ ſoluit, quod debitori ſuo viciſsim debet. tamen tale impedimentum ceſſat ex parte dei, quia ipſe nihil homini debet, ergo ſequitur quod deo ſeruandum eſt juramẽtum per naturalem ſolutionem. Sexto ſententiam hanc fulcit, nã ſi is qui cum iuramẽto ſoluere promiſsit, poſſet aliud ſubijcere loco ſolutionis (id eſt) compenſare, ſequeretur quod poſſet propria authoritate cõmutare ſibi iuramẽtum: quod tamẽ non licet etiã ſi cõmutare vellit in meli⁹: vt tradit Inno. in c. ſcripturę de voto. Anto. & Abb. in c. peruenit. in 2. de iure iurando. & vltra ſupra allegatos hanc dicit cõmu. Grat. conſ. 121. in ptin. vol 1.

Ceterum contraria opinio placuit Bar. in l. amplius. ff. rem rat. habe. col. fin. vbi quoque Ang. Raph. Com. & Alex. in addi. ad Bar. ſibi contrarius idem Alex. conſ. 12. col. fin. lib. 2. Bal. in d. c. ad noſtram ver. Quęro an qui iurauit, vbi dicit id procedere, etiam ſi quis iurauit ſe ſoluturum vere & non per iuris fictionẽ: quia iſta fictio idem eſt realiter quod veritas, & eãdem habet vtilitatem & ideo exorbitat ab omni regula fictionum. l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. & vide Abb. Bar. ſequentẽ in d. c. ad noſtram col. vlti. & in c. cum dilectus. col. 8. de ordi. cogni. & in c. cum inter. nu. 24. de exceptionib. tenet Faber in d. §. in bonæ fidei. ver, Qui dergo dices. vbi Ioã. de Platea. col. 1. Imo. ſibi contrarius in l. Iulianus. in 1. ff. de condi. & demonſt. Et iſtam opinionem veriorẽ eſſe & ſeruari in practica fatetur Carolus Moli. in addi. ad Deci. in c. 1. lectione. 1. litera y de iudi. licet primam cõmunẽ eſſe fateatur & Bar. opinionẽ late & ingenioſe defendit Aug. Bero. in c. 1. nu. 68. & ſeq. & nu. 78. de vſur. & ſecũ dũ eam olim fuit iudicatum in Regio. Neapo. Pretorio teſte Anto. cap. deciſi. 167. Rom. in l. eũ qui. §. 1. ff. de iureiurãdo. Sthã. Ber randus male ſibi conſtans conſi. primo in fine lib. 1. & conſ 94. col. 2 nu. 7. vol. 2. & conſi. 153. col. 2. nu. 11. vol. 2. Soci. qui rem iſtam late examinat in d. l. Iulianus. col. pen. ver. vltimo quærit. & Aufr. in ca. Tholo. q. 2. & 139. Et

opinio-

opinionem iſtam dicit eſſe de iure veriorē Tin darus in d. arti. 7. nu. 13. Et apud legiſtas fatē tur eſſe communiter receptam D. epiſcopus in d. §. 4. nu. 8. & Carol. Molin. de contractib. q. 43. His authoribus plura adſtipulantur primum tex. in l. 4. §. ſoluiſſe ff. de reiudi. Soluiſſe, inquit Iuris conſultus, accipere debemus nō tantum eum qui ſoluit, verum omnem omnino nō, qui ea obligatione liberatus eſt: quo loco tex. innuit eum omnino ſoluere, qui liberatus ſit ea obligatione: idq; vere ac ipſo iure. iuxta glo. de dictione omnino, in l. 1. §. ſi pecuniam ff. de poſit. glo. in l. obligatione. C. de ſolu. not. Bar. in l. 1. ff. iudi. ſolui. ſed qui compenſat liberatur. l. Si ambo. ff. de compenſat. ergo is omnino, ipſo iure, & vere ſoluiſſe intelligitur. Secundo opinionem iſtam comprobat, quod compenſatio quantitatis cum quantitate ipſo iure fiat l. verum. l. ſi ambo. ff. de compēſa. l. ſi conſtat. & l. fin. in prin. C. eo tit. §. in bonę fidei. Inſt. de action. & ſic cum tempore contractorum debitorum liberationes hinc inde cōtingerint clare apparet quod iuramentū remanet ſine vlla cauſa. Imo plus quod cum hoc caſu debitor ſit iam à debito liberatus, & ſic fundamentum per hanc viam ceſſet: fortius liberatus erit à iuramēti vinculo, quod eſt quid acceſſorium. arg. tex. in reg. acceſſorium. de regul. iur. lib. 6. Nec ille in cuius fauorem iuramentum præſtitum fuit, petere poteſt in iudicio: quod ſibi adimpleatur, quia tanquam ſine actione agens à limine iudicij repelleretur, per prædicta. Tertio, idem comprobatur authoritate tex. in l. ſi debitor. ff. qui potior. in pigno. habe. Nihil enim, inquit, intereſt compenſare, an ſoluere. Quarto, idem conſtat ex l. dediſſe. ff. de verb. ſigni. & in l. vel permutauit. ff. de liber. cauſa ibi, *Dediſſe intelligendus eſt qui compenſauit*. Quinto, opinio hæc ea ratione iuuatur, eo quod debitor facto creditoris, qui quod debet non ſoluit impeditur: immo iam impeditus fuiſſe videtur quo minus ſua die ſoluat: & ſic inutilis eſt actio ei per quem ſtat. l. potior in fine. ff. qui potiores in pign. habe. Sexto, eadē opinio potiſſimè ex eo inſtruitur, quod licet iuramentum ſit ſtrictè & in ſpecifica forma ſeruandum: nihilominus iuramentum de ſoluendo ſatis per compēſationem obſeruatur, quia conditiones vt apertiſſimi iuris eſt ſunt in ſpecifica forma obſeruandę, nec per ęquipollēs ſatis eſt eas ſeruari. l. Meuius. l. qui hæredi. ff. de condi. & demōſtrati. tamen ſoluendi conditio impletur per compenſationem d. l. Iulianus. ff. de condi & demōſt. l. ſi peculium. §. de illo. ver. Quod ſi hæredi. ff. de ſtat. lib. Quibus rationibus ſatis dfenſa videtur Bar. opinio quam ipſe veri orem eſſe de iure exiſtimo.

Ea verò quę priorem opinionem probare vidēbantur, poſſunt abſq; difficultate tolli: nam quod de depoſito primum dicebamus, ob ſpecialem fidem quam depoſitarij ſeruare tenentur: illud ex mente contrahentium à iure indu ctum eſt. Et quia depoſitum ea ratione non fit, vt res depoſita in dominiū depoſitarij trāſmittatur. Non ſic in iuramēto ſimpliciter præſtito, quod ſecundum ea quæ actui iurato conueniunt, aut à iure conuenire poſſunt eſt interpretandum.

Secundo minime obſtat, quòd in ſecundo fundamento adducebamus: nam licet compenſatio ficta ſolutio ſit, non tamen ſequitur eam fictam ſolutionem non ſufficere ad ſatisfaciendum iuratæ promiſſioni de ſoluendo: cum hęc ficta ſolutio, quæ per compenſationem fit à rea li ſatisfactione æris alieni procedat. Habuit ſane creditor quantitatem quæ debitæ pecuniæ æquiualens eſt: atq; ea ratione etiam ſi iuramē tum ſit in ſpecifica forma ſeruandum, ſatis per compenſationem quæ realis eſt quædam ſatiſfactio ſeruatur. Nec aliunde differt à vera ſolutione, quam quod tempore compenſationis vera numeratio nō fiat, quę tamē in effectu prius facta fuerat.

Tertio nec ſuperiori opinioni aduerſatur tex. in d. c. ad noſtram. quia omiſſis multis interpretationibus, quæ ad illum tex. adduci ſolent: conſiderandum eſt, id circo ibi fructuum cōputationem admiſſam non fuiſſe ante veram debitæ quantitatis ſolutionem: quia nondum erat liquidum quantum creditor ex fructibus percepiſſet. Compēſatio vero nuſquam admittenda eſt. niſi ea de quantitate liquida fiat. l. ſi debeas. ff. de compenſa. not. Bar. in l frater à fratre. ff. de condi. ind. quod autem in d. c. ad noſtram non fuerit liquida quantitas percepta à creditore ex fructibus pignorū, ex eo manifeſte conſtat, quia expenſę ex fructibus erāt deducēdæ vt inibi ſignificatur ibi deductis expenſis. l. fructus. ff. ſolu. matri. l. ſumptus ff. de rei vendi. Et ſi quis ſecundum iſtam conſiderationem dixerit, nuſquam locum fore compenſationi fructuum in debitam quantitatem: cum expenſæ ſemper ſint deducendæ: reſpondebimus hoc modo ſcilicet, quoties ſolutionis promiſſio abſque iuramento præceſſit, compenſationem opponi poſſe: ſi breuiter & ſine longa

onga mora iudicis arbitrio ad liquidum possit deduci, quid ex fructibus deductis expēsis creditor perceperit. sed si iuramentum præstitum fuerit, tunc nullo modo compensatio opponi potest, nisi statim appareat liquidò quod ex fructibus creditor perceperit. & istum existimo verum iuramēti effectum ad intellectum tex. in d. ca. ad nostram.

Quarto minimè refragatur quod de compēsationis ratione, in quarto fundamento pro ca nonistarum opinione adducebamus, nam licet cōpensationis æquitas sit fundata sup regula do lo facis, qa petis q̄ restituturus es: hęc sola nō est ratio cōpēsationis sed ratio vera ex eo procedit, præsertim circa nostrū institutū. quia cum cōpensatio quantitatis cum quantitate ipso iure fiat, vt supra scripsimus creditor qui petit à debitore quantitatem aliquam, cuius ipse illi debitor est: vere iam non petit quod sibi debetur etiam si statim restituturus sit cū iam debitori suo plenissima per compensationem contigerit liberatio.

Quinta etiam ratio minime obstat, nam licet iuramentum in deum dirigatur & deo obliget: tamen si ipse in cuius fauorem iuramentum præstitum sit eius vinculum remitteret, Deus quoq; remittit. ita vt is qui iurauit, nulla ad iusiurandum adimplendum obligatione teneatur. ca. 1. de iureiuran. ca. 2. de spōsal. quibus in locis latè hoc ipsum tradit Feli. Oldra. optime consi. 241. Diuus Thom. 2.2, q. 89. art. 9. & Ioan. Lup. in rub. de donati. inter vir. & vxo. §. 45. vnde cum ex mente contrahentiū debitor per compensationem, à principali obligatione sit liberatus: ita etiam ex coniecturata mente creditoris a iuramenti vinculo erit liberatus, & ea ratione nec apud deum tenetur.

Sexta & finalis ratio ex eo tollitur, quod is qui compensat minime subijcit aliud loco solutionis cum ipse soluat. l. si debitor. ff. qui potio. in pigo. habe. nihil enim (inquit) interest compensare an soluere. Si tamen lector candi de primam opinionem veriorem esse existimaueris, limita vndecim modis, vt per Hiero. Gratum consi. 121. vol. 1.

Et alias limitationes huic principali regulæ scriptas reperies apud Tindarum in d. tract. de compensati. art. 5. nu. 32. quas vide circa istā nostram regulam.

REGVLA. C.

Compositum, seu mixtum, ab eo debet nominari, quod est dignius not. in c. quanto de iudi. facit l. cum diuersis. ff. de religios. & sumpti. fun.

Limita nouē modis, vt per Gaspa. Velas. Lusitanum in rep. l. imperium ff. de iuris. omni iudi. in col. 3.

REGVLA. CI.

Compromissum factum in arbitrōs vel arbitratores, data eis potestate pronunciandi de iure tantum, intelligitur non solum de iure communi, imo statutario, vel consuetudinario, etiam si statutum vel consuetudo derogaret iuri communi. Ita Paul. de Castro in l. præscriptione. pen. col. C. si cōtra ius vel vti. pub. motus per glo. ibi, licet aliqui contrarium teneant, quos ipse refert: & ita firmat Abb. qui bene loquitur in quæstiō. in rub. de cō suetudine. & ista est magis communis opinio secundum Ias. in d. l. præscriptione. 5. col. vbi per totam col. describit assertores huius opinionis & contrariæ & in huius corroborationem ipse aliqua subiungit. Et faciunt ea quæ not. idem Ias. in l. de quibus in col. an tep. ff. de leg. ubi vide quando appellatione iuris veniat consuetudo & cō tra.

Limita supra scriptam magis communem conclusionem dupliciter, vt per Ias. in d. l. præscriptione in col. 6.

ANNOTATIO.

Adde quæ ipse post authorem nostrum infra in regula. 103.

REGVLA. CII.

Compromissum transactionem vel pacem facere, non cogitur quis per iu iudicem d̄ iure communi, & si cogatur à iudice, nihil valet. glo. & ibi Bar. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui not. in famia tex. quem ibi cōmendat, Ang. in au

in auth. vt litigantes iurent. col. 9. §. quia vero. tex. in ca. fin. vbi Bal. 3. col. de reſcrip. Bar. in l. congruit. ff. de offi. prę ſi.

Limita hanc regulam tripliciter, vt per Iaſ. in l. quidam exiſtimauerunt col. 3. ff. ſi cert. peta. latius vt per Felin. in rub. de tregua & pace. vbi limitat ſeptem notandis modis, per quinque fere col.

ANNOTATIO.

Adde glo. & doctores in l. prima §. & poſt operis. ff. de noui operis nunti. Bal. in proęmi decretali. nu. 28.

Amplia ſing. dictam regulam, vt procedat etiã inter cõſanguineos. vt deciſum eſt in pragmaticis Segobiæ celebratis anno. 1534. ca. 25.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum, cũ tribus notandis limitationibus, ſcripſit Iacobi. de S. Georgio in l. ſi vero, nu. 2. C. de iudi. Eãdem regulam cum duabus limitationibus in cauſis criminalibus & cum 3. limitationibus in ciuilibus conſtituit inſignis Padilla in rub. C. de tranſact. nu. 4. cum ſequen.

REGVLA. CIII.

Compromiſſum ſi fit in aliquem, vt pronunciet de iure poterit ſecundum conſuetudinem, & loci ſtatuta pronũciare. iſtam concluſionem ponit Abb. vbi poſt Anton. per eum relatum, per multa in hanc partem cõcludit, in rub. de cõſuetudine cuius potiſsimum fundamentum eſt: quia cõſuetudo & ſtatutum dicitur ius. §. conſtat. Inſt. de iure natur. facit glo. in proęmi. Clem. in verbo, iuris. Hanc concluſionem egregiè defendit, & confirmat, & communem demonſtrat Rochus Curtius in rep. Rub. de cõſuetudine. fol. 8. parvo. col. 3. vbi dicit erraſſe Barba. in conſ. 66. incip. Illud in medium referam col. 3. vol. 3. firmando contrariã opinionem huic regulę communẽ eſſe: ipſe tamen Rochus ſeq. col. in fine dicit diſputãdo poſſe teneri partẽ Barb. vt ibi per eum.

Amplia hanc cõcluſionem vno modo, & limita quinque modis, vt per Rochum Curtum vbi ſupra fol. 9. parvo, 2. col.

Amplia ſcilicet, vt maxime procedat quando in caſu, circa quem fieret compromiſſum, eſſet conſuetudo generalis totius orbis, quia ius cõmune appellatur. ita inquit Bal. decidens pulchrum caſum in l. 2. C. de bonis quæ lib. refert & ſequitur Barb. in ca. 1. de conſt. 2. col.

Limita primo, niſi capiendo illud verbũ de iure, pro iure communi, cauſa citius expediretur. Ita Rom. in rub. de arbi. col. 6. quem ſequitur Feli. & Iaſ. in locis per Rochum relatis, vbi ſupra.

Secundo limita, niſi cõpromiſſum fiat de iure communi. Ita do. Alex. in l. poſt dotem. char. antep. ff. ſolu. matri. & tradunt iuniores in d. ca. licet cauſam. & licet mordeat hanc limitationẽ Iaſ. in l. prę ſcriptione. C. ſi cõtra ius vel vtili. publi. tamen rationabilis videtur ſecundum Rochum Curti. vbi ſupra.

Tertio limita, non procedere in cõmiſsione facta per principem alicui delegato, quia ille non tenetur ſeruare ſtatuta loci in quo eſt delegatus. Ita Bal. in ca. licet in fine de offi. ordi. ſequitur Felin. in ca. cum dilecta. col. 19. verſi. Quarto limita. in fine de reſcrip. Rochus tamen vbi ſupra non ſequitur hanc concluſionem, motus rationibus de quibus per eum. Iſta limitatio eſt impertinẽs reſpectu regulę, vt conſtat.

Quarto limita, niſi compromiſſum fieret per aliquem forenſem, qui veri ſimiliter ignoraret tale ſtatutum, vel conſuetudinem. Barb. in d. rub. in diſtin.

ſtin. ſua, col.13. addẽs pro ea illud vulgare: quod verba ſunt intelligenda ſecundum qualitatem proferentis. per l. plenũ. §. equitij. ff. d̃ vſu & habi. idem tenent Felin. in ca. ius naturale. 1. diſt. alia adducens in fauorem.

Quinto & vltimo limita, procedere dictam concluſionem, reſpectu conſuetudinis prę ſcriptæ, vel iam firmatæ quia de ea cẽſetur intellexiſſe compromittẽs, non autem de ea, quę non tranſiuiſſet in formam conſuetudinis. glo. & Bar. in l. Labeo. ff. de ſupel. leg. vbi dicunt quod cõmunis vſus vtendi debet eſſe præſcriptus ſpatio decem annorum.

ANNOTATIO.

Adde circa iſtam regulam Abb. in ca. Cumana. nu. 11 de electione & in ca. licet cauſam nu. 2. de proba. & in prooemi. Clemen. in prin. & in c. cũ veniſſent. nu. 4. de eo qui mitti. in poſſe. Roma. conſ. 251. nu. 5. & in l. poſt dotem. nu. 43. ff. ſolu. matri. Felin. in ca. 1. n. 1. de ſponſali. quam communem eſſe fatentur Iaſ. in d. l. præſcriptione. nu. 18. Claudi. de Seyſſel. in l. ius pluribus nu. 4. ff. de iuſt. & iure. Ioã. Crottus in l. omnes populi. 1. not. vbi Baptiſta de S. Seuerino 1. col. ff. de iuſt. & iure Dec. in ca. licet cauſam. nu. 20. de probation. Petrus dueñas in Reg. 56. Et ſecundum iſtam regulam conſuluit Corneus conſ. 114. col. 1. vol. 1. & Fra. Cur. cõſ. 46. incip. Super controuerſiam. & Maria. Soci. con. 9. incip. proſequendo. col. 5. vol. 1.

Hãc regulam vltra authorem noſtrum, conſtituit Marcus Antonius Pataninus in ſingulari tractatu de compromiſſis faciendis inter conſanctos 1. q. nu. 19. quam multis iuribus & rationibus confirmat, dicit q; eſſe magis communẽ opinionem quam duobus modis limitat.

REGVLA. CIIII.

Compromiſſum factum in arbitrum vel arbitratorem, poſt ſententiam quę tranſiuit in rem iudicatam, valet ſi in eo apponatur clauſula: nõ obſtãte ſententia. Ita tenet Bal. quem ibi ſequitur Alex. in l. ſi diuerſa. C. de trãſacti. Pau. de Caſtro in l. cauſas ad finem eod. ti. Limita notabiliter vnica reſtrictione, vt p̃ Iaſ. poſt. Fulg. in d. l. ſi diuerſa. fi. col. quẽ vide quia refert plures principali regulæ aſſentientes.

REGVLA. CV.

Cõmunem rem cum alio legãdo teſtator, intelligitur ſolum legare partẽ quam in ea habet: & ſic nõ videtur gra uaſſe hęredem in redimẽdo partem ſocij. tex. eſt in l. ſerui electione. §. cum fundus ff. de leg. 1. vbi Iaſ. in prin. ponit duplicem rationem.

Amplia quatuor modis, vt per eum ibi col. 2. in prin. & limita totidem modis, vt per eum col. fi.

ANNOTATIO.

Adde ſingulariter circa iſtam regulam Anto. Gome. 1. tomo variarum reſolutionum. c. 12. delegatis. nu. 15. vbi eam quinque modis ampliat, caniq; non vulgariter interpretatur.

REGVLA. CVI.

Communem rem habentes, vt ſingulli, nõ poſſunt ſuper illud diſponere regulariter, niſi omnes conſentiant. tex. eſt in l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. prędio. glo. in c. cum omnes de cõſti. vbi Feli. col. 7. corroborat hanc concluſionem, & infert ex ea duo dicta notanda ex Old. & Ant. de but.

Limita. 7. modis, vt per Felin. ibi, 8. col.

REGVLA. CVII.

Communem opinionem tenetur iudex ſequi in iudicando probat tex. in c. nouimus. de verbo. ſignifi. l. 1. ff. de offici. quæſtoris & in prin. Inſt. de hę red. inſt. ponunt Bar. & doctores in l. 2. C. de pœna iudi. qui male iudi. latius per Iaſ. in auth. nouiſsima. 6. col. de inoffi. teſta.

Amplia

Amplia sex modis,& limita alijs de cē, vt vberrimè per copiosum & fidū modernorum relatorem Ioan.de Neuizanis in sua Sylua nuptiali.fo.19.col. 2.cum.15.colūnis sequentibus in impressione magna. In alia vero parua impressione vide fol.105.vsq; ad fol. 131.

ANNOTATIO.

Adde Bal.in l.1.ad finem per illum tex.ff. de senator.& in l.fin.C. de inst.& subst.vbi dicit quod in iudicando a communi sententia propter nouas fantasias Bar.recedendum non est.& vide ibi Paul.de Castro.Ias.in l.vt vim. nu.34.ff.de iust.& iure Hierony.Cagno.in l.2.nu.141.ff.de origi.iur.vbi elegantissime Vidari.Zazi,nū.78.Deci.cons.366.col.4. nu.7.Hierony.Gratum responso.77.nu.4. vol.2.Gome.in.§.in personam.nu.24.Inst. de actioni.And.Alcia.in tract.prēsum.reg.1. præsumptione 51.nu.2.cum seq.& lib.9.iuris pareg.ca.14.Raben.in alpha.aureo in verbo,Opinio communis.fol.97.Ias.in §.sed iste.nu.55.Inst.de actionibus Anto.Corse.in not.in verbo,opinio.2.

Hanc regulam,vltra authorem nostrum, cū duabus limitationibus tradit Catel.Cotta Mediolanensis in Memo.iuris in verbo, Opinio communis. Eandem regulam cum quinque alijs limitationib⁹ scripsit Petrus Sanct.Vascol. in tract.de indiuiduis.fol.34.

REGVLA. CVIII.

Communia,si quæ sint pluribus,vt singulis,in his quo ad dispositionē partis meę tantum illud quod est commune dicitur meum. Conclūsio est Bar. in l.serui electione.§.Labeo.quam ibi sequitur Ias.ff.de lega.1.

Limita dupliciter,vt peundē ibi col.2.

REGVLA. CIX.

Concessa intelliguntur omnia sine quibus illud explicari non potest, quandocunque alicui aliquid concedi tur. Probat hanc regulam tex.in c.prę terea.de offici.deleg.& in l.2.ff.de iurisd.omni.iudi.& in l.fin.in fine.ff. de offici.eius cui mand.est iurisd.& in l.3.§.fin.ff.de penu.lega.& in l.veteris.ff.de itine.actu que priua.& ibi glo.& Bar.

Limita quinque modis,vt per Ias. in d.l.2.de iuris.omni.iudi.2.& 3. col.quam prius ornat septem conclusionibus notandis,in proposito huius regulę,& vnica ampliatione.

REGVLA. CX.

Concessio rei,quæ fit ad vsum certum,est commodatum: si vero ad inde terminatum vsum,est precarium.tex. est in l.in commodato.§.Sicut.ff.cō modati.glo.magistra.in l.1.ff.de precario.

Limita hāc regulam duobus modis notabilibus,vt per Ias.in l.2.§.mutuū, damus.2.col.ff.si cert.peta.

REGVLA. CXI.

Condemnatus ad mortem regulariter nō deducitur ad suppliciū,nisi post decem dies.Hanc regulam expluribus ibi traditis per eum Felinus elicit in c. quærēti,col.2.d offi.deleg.post Abb. in c.2.de re iudi.facit glo.in c.quam periculosè de pœni.dist.1.de consuetudine vero seruatur contrarium secundum Bar.in l.qui vltimo.fin.verbis. ff.de pœnis.

Limita eam tripliciter, vt per Felin.vbi supra,& ibi colligit duodecim casus notandos,in quibus executio in criminalibus vel differtur, vel aufertur.

ANNOTATIO.

Adde glo.in l.vni.in verbo,nouare.ff.nihil noua.appell.pend.quæ probat executionē sententiæ minime faciendam esse intra tempus concessum ad appellandum.glo.in c.non solum

solum in verbo, innouata. de appella. lib. 6. Et vide Regiam l. 5. ti. 27. par. 3. & l. 7. ti. 15. lib. 2. foro leg. Et vide circa regulam istam aliquos casus, in quibus executio sententiæ differtur, quos congessit Antoni. Gom. in tract. de delictis. ca. 13. nu. 35. Et. 17. cumulauit specul. titu. de executione sentẽtiæ. §. Postremo a numero primo vsque ad numerum. 7. Et tradit alios Petrus Rebuff. super regias leges Galliæ in tract. de sentẽ. exec. art. 17. glo. 1. tomo. 1. consti. Fran.

REGVLA. CXII.

Condemnati plures in vna summa, non tenentur nisi in virilem portionẽ. tex. est vbi not. in l. Paulus respondit eos &c. ff. de re iudi. facit l. reos. §. cũ in tabulis. ff. de duob. reis. & in l. si mandato Titij. §. Paulus respondit. 3. ff. mandati & in l. si pluribus in prin. ff. de legi. 1. tex. qui probat conclusionẽ supra dictam. in l. si qui separatim §. quoties. ff. de appella. quibus etiam iuribus posset ampliari hęc regula.

Limita hanc regulam sex modis, vt per Vldari. Zazi. in d. l. Paulus respõdit eos &c. 1. & 2. col.

REGVLA. CXIII.

Conditio omnis, & dilatio atque grauamen reijcitur de legitima ipso iure Regula est, quę colligitur ex tex. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffici. testam. Videt. 11. ti. 4. par. 6.

Amplia eam dupliciter, & octo modis restringe vt per Ias. ibi. Et vide Roder. Suarez. in rep. d. l. quoniam in prioribus. vbi ponit. 16. ampliationes & 17. restrictiones à fol. 6. vsque ad 55.

ANNOTATIO.

Adde Guil. Bened. in rep. cap. Raynuntius. in verbo, Relinquit. num. 30. de test. quo loco regulam istam cum duodecim limitationibus interpretatur. Eandem regulam scripsit Ferdinandus Mench. de succesi. creatione. §. 10. lib. 1. primę partis vbi ampliat eam 100. modis, & alijs. 100. modis limitat ipsamq; egregie; pro eius insigni eruditione interpretatur. à nu. 196. cum multis seq.

REGVLA. CXIIII.

Conditio voluntaria debet pręcise & formaliter impleri. Fuit sententia Bar. in l Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth col. 3. motus per l. qui hęredi & per l. Meuius. in prin. ff, de condi. & demonst. quam ibi Ias. examinat in col. 6. per totam & licet Aretin. dicat quod ista doctrina est nimis generalis. Ias. tamen sequitur eam.

Limita istã regulam dupliciter, vt per eundem Ias. in d. 6. col. in fine.

ANNOTATIO.

Adde circa istam regulam Deci. conf. 11. col. 6. ver. Solum contra testamentum. vbi dicit quod conditio formã inducit. & Catel. Cotta. in Memo. iuris, in Memora. incip. Conditio, quę apponitur. & iterũ in Memo. incip. Lex quæ loquitur. Matth. de Afflic. decis. Neapo. 355. nu. 4. Ludo. Gozad. con. 73. nu. 13. Et conditio habet vim causæ finalis, vt dicit Bar. in l. 2. §. fina. col. 1. ff. 1. de dona. & probatur in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de condi. &. demonst. Eaq; est de substantia probationis, vt dicit. Bal. in consi. 122. col. 1. ver. al legatur tertio. lib. 3. Et in conditionibus non admittitur purgatio more. tex. in l. Thais. §. in tra. ff. de fideicommissa, liber. l si super. vbi doctores. C. de transact. l. si intra. ff. de sta. lib. l. 1. cum glo. vbi doctores nouissimi. C. de inst. & subst. not Cyn. in l. si maior. annis. C. de transacti. Bar. & Imo. in l. hæc conditio, si in capitolium. ff. de condi. & demõst.

REGVLA. CXV.

Conditio de nubendo arbitratu tertij, cum à lege reijciatur, tanquã præstans inpedimentum matrimonio, et inductiua viduitatis, si deficiat multo minus perimit legatum eius defectus.

tex.

tex. eſt. in l. turpia. §. 1 ff. de leg. 1. & in l. filiæ. ff. de condi. & demonſt.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. in d. l. turpia. §. 1. col. 2. quarum ſecunda limitatio eſt ſingularis prima tamen nō videtur proprie limitatio.

ANNOTATIO.

Adde omnino quæ ſcribit Emanuel ab Acoſta Luſitanus, vir ſane ingenij acrimonia inſignis quiq; apud ſuos rude iam donatus, cū Salmanticę magno nomine ius ciuile interpretaretur cum maxima iuris vtriuſq; iactura obijt (is inquam.) in l. cum tale legatum. §. reſcriptum. ff. de condi. & demonſt.

REGVLA. CXVI.

Conditio retrotrahitur retro in cō tractibus, ad tempus celebrati contractus, vt in l. ſi filiꝰ in prin. ff. de verbo obliga. & in l. potior. & in l. qui baleum. ff. qui potio. in pig. hab. & in l. quæ legata. ff. de regu. iur.

Limita nouem modis, vt per Ioan. Crot. in rep. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſu capi. pro emptore. col. 33.

ANNOTATIO

Adde tex. in l. neceſſario. §. ſi petendę. ff. de peri. & comd. rei vendi. Et ſic in contractibus conditionalibus inſpici debet tempus contractus & non conditionis. l. ſi filius familias. & ibi Bar. & doctores. ff. de verb. oblig. l. 2. §. ea quoque. ff. de colla. bono. l. vltima. ff. de ſtipul. ſeruor. l quæ legata & l. ſeq. ff. de regu. iur. & vide glo. & doctores in l. ſi vxorem. C. de condi. in ſer. & Bar. in l. ſi in rem meam. ff. de verb. obliga. tex. in l ſub conditione. ff. de ſolu. tex. in l. nec emptio. ff. de contra. em. Vtique etiam locum contractus non vero conditionis implendæ inſpiciendū eſſe ſcribit glo. in l. ſi vxor. ff. de iudi. quam eſſe communiter approbatam fatetur. And. Tiraq. lib. 1. de retra. §. 1. glo. 10. nu. 43.

Ex quo primo fit quod eleganter not. Bal. in l. 1. ad fin. C. de nundi. quod ſi ex ſtatuto non debeat ſolui gabella ex cōtractu celebrato in nundinis: ſi in illis conditionalis contractus fuerit celebratus, cuius cōditio extet poſt nundinas, gabella non debetur, inſpecto tempore contractus non conditionis. quem ſequitur Fran. Areti. conſi. 11. incipi. Procedendū eſt breuiter. col. 1. & in l. hæres quandoque col. vlti. ff. de acqui heredi. & Firmi. in tract. de gabellis. 5. par. prin. quæſt. 11. & iterum par. 6. quęſt. 1. & 3. par. 8. par. prin. q. 27.

Secundo ijſtęre ſimile eſt, quod licet cō ditione pendente, gabella ex conditionali contractu ſoluenda non ſit vt in l. 2. C. de eunuchis. & ibi Bal. & in l. ea quidem. C. ſi mancipi. ita fuerit aliena. vt manu. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quis que iuris. tamen verificata conditione, gabella pertinebit conductori gabellarum illius loci, vbi contractus fuit celebratus: non vero loci in quo conditio verificata fuit. ita ſcripſit Bar. in l. cum Titio. ff. ad lege. Fa'. vbi Paul. de Caſtro Bal. in l. diuortio. col. fin. ff. ſolu. matrimo. & ibi Paul. idē Bal. in l. vltima. ff. de iuriſ. omni. iudi. Rom. in l. ſtichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. Anto. Gome. 2. tomo reſolutionum. cap. 11. num. 3.

Tertio ex his quoq; fit, vt creditor conditionalis tenęatur ius ſuum opponere aduerſus ſubhaſtationes intra tempora ſtatuti faciendas conditione non expectata, ne poſtea aduenię te conditionē, excludatur. ita ſingulariter not. Iaſon poſt alios in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cū ſtipulamur. ff. de verbor. obliga. quod dicit eſſe fin. Cateli. Cotta in Memor. iuris in verbo, ſtatuto, vel decreto.

Quarto hinc emanat, quod ſi quis pecuniā alicui ꝓmiſerit, ſub cōditione, & bona ſua obligauit & poſtea cū alio pure cōtraxerit cui ſimiliter bōa ſua obligauit: poſteaq; acōditio prioris cōtractꝰ verificet, ꝙ ſi ambo creditores ꝓ ſuis debitis cōcurrāt, erit tamē prior creditor cōditionalis prędferendꝰ. l. potior ver. Iudicamꝰ. ff. ꝙ potiores in pig. hab. vbi Bar. et doct. tradiderūt et idē diſponit regia l. 32. ti. 13. par. 5. Quę in re legēdꝰ eſt Ant Fan. de pig. 5. par. ver. 6.

Quinto hinc ꝓcedit, ꝙ a Bal. memoriæ ꝓditū eſt in d. l. 1. C. de nudinis, ꝙ ſi ſtatutū prohibet cōtrahi ſuper bonis rebellionū, etiā ſi cōtratꝰ cōditionalis celebret firmitatē nō obtinebit: licet cōditio exiſtat poſt rebannitionem, (ita ille loquitur) quē ſequitur Iaſ. in l. filius fami. in prin. ff. de verb. oblig.

Hanc etiam regulam vltra authorē noſtrū, cum tribus alijs limitationibus ſcripſit Anto. Gom. 2. tomo reſolu. c. 11. nu. 30.

REGVLA. CXVII.

Conditio impoſsibilis vitiat ſtipulationẽ. tex. eſt in l. impoſsibilis. ff. de ver. obliga. & in §. impoſsibilis. Inſt. de inutili. ſtipul. & in l. certi conditio. §. quoniam. ver. item quęri poteſt. ff. ſi cert. peta. & vitiat omnem contractum etiam bonę fidei: vt in l. non ſolum. ff. de acti. & obliga.

Limita quinque modis, vt per Iaſ. in d. l. impoſsibilis. col. 1. & 2.

REGVLA. CXVIII.

Conditio purificata in legatis ſub ea relictis, nõ retrahitur retro ad tẽp' mortis, vel aditę hęreditatis, not Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſu. capi. pro empt. in col, 14. alleg tex. in l. 1. §. ſerui appellatione. ff. ad Sylla. & in l. Si mater. §. eandem. ff. de excepti. rei iudicatę. idẽ. Bar. in l. ſi filius. ff. de ver. obliga. & ibi doctores ſequuntur communiter.

Limita ſex modis, vt per Ioan. Crotum in rep. d. l. ſi is qui pro empore. in col. 36. quem primo vide in col. 34. & 35. vbi conatur ſuſtentare opinionem Dini qui cõtrarium voluit: & respondet ad fundamenta Bar. & tandẽ ſequendo eius opinionem, quam dicit communem, ponit ſeptem differẽtias inter legatum cõditionale, & contractum conditionalem.

ANNOTATIO.

Adde circa iſtam regulam And. Tiraq. in. tractatu de priui. præ cauſe in priuilegio. 59.

REGVLA. CXIX.

Conditionem ſufficit ſemel fuiſſe impletã, dato quod eius implemẽtum non duret. tex. eſt in l. in ſubſtitutione. ff. de vul. & pupi. vbi doctores. & in l. cum. vxori. C. quando dies leg. ced. & in l. ſi quis hęredem. C. de inſti. & ſubſt. vbi Iaſ. pro declaratione & extẽſione huius regulæ vltra 4. col. conſumit.

Limita quatuor modis notabilibus, vt per eundem Iaſ. vbi ſupra in col. pen. & finali.

REGVLA. CXX.

Conditionem & diem vbi conuentio habet, & ſic duplicem dilationem, non ſufficit conditionem impleri, ſed requiritur quod dies expectetur tex. eſt ex quo ibi Iaſ. 3. col. in princip. ver ſi. Tertio nota. colligit iſtã regulã. in l. in illa ſtipulatione. ff. de verobliga.

Limita hoc non procedere in contractibus bonę fidei, quia in his quam primum conſtat, quod promiſſum eſt non poſſe ad impleri, ſtatim poteſt agi non expectata die, vt probat tex. in in l. ſi in lege. §. ſi domus. vbi Bar. & Fulg. hoc not. ff. locati. & iſtam limitationem ſequuntur. Imo. Raph. Cuma. & Alex. prout eos refert Ias. in d. 3 col. & ſecundum eum eſt vera, & cõmunis opinio, licet Paul. ibi & Areti. aliud dicant.

REGVLA. CXXI.

Conducens rem ſuam, vt ſuam, non perdit dominium: tenet glo. in l. ei à quo. ff. de vſu capi. & in l. qui rẽ. C. loca. quam ibi approbant Cynus Bal. & ſaly. & hanc dicit communem ſententiam Alex. in l. ſi aliquam rem. ff. de acqui. poſſe. licet glo. ibi quã ſequũtur Imola & Areti teneat contrariũ.

Limita duobus modis, vt per Ripiã in rep. l. ſi aliquam rem. col. 10.

REGVLA. CXXII.

Confeſsio facta in vno iudicio probat in alio. tex. eſt & ibi notat Bal. in l. iubemus. C. de lib. cauſ. Et ratio huius regulę ſummitur ex l. generali-

ter

ter. C. de non num. pecu. & ex ca. per tuas. de proba.

Amplia iſtam regulam quinque modis, & limita alijs ſeptem, vt per Purpuratum in l. is. apud quem. C. de edē. col. 21. & 22.

Primo amplia, etiam ſi cōfeſsio fiat coram arbitro, per l. pe. C. de arb.

Secundo amplia, etiam ſi confeſsio ſit facta in iudicio ſūmario: quia probat in plenario allegat Inno. Abb. & Alex.

Tertio, etiam ſi iudicium in quo eſt facta confeſsio ſit nullum.

Quarto, etiam ſi quis confeſſus fuit in iudicio, non vt principalis, ſed vt teſtis: quia poterit contra eum adduci illa confeſsio in alio allegat Alex. ibi & vtrunque Raphaelem.

Quinto amplia, vt confeſsio facta in ciuili probet in criminali & ecōtra allegat Bar. & Alex. ibi.

Limita primo, reſpectu prēiudicij ad tertium.

Secundo, fallit in confeſsione ficta, quia illa non egreditur cauſam, in qua facta fuit, etiam inter eaſdē perſonas. vnde, ſecundum eum licet confeſsio ficta noceat ſucceſſori, intelligitur in eadem cauſa, & non aliter: quod not. pro illo qui nō reſpōdet poſitionibus.

Tertio limita, in cōfeſsione procuratoris, quia non prēiudicat in alia cauſa ſicut confeſsio domini.

Quarto limita, in confeſsione quę eſt reprobata à iudice, ꝓnūciādo cōtra illam: quod amplia etiam ſi reprobatio fiat in fauorem confitentis.

Quinto fallit, quando cōfeſsio eſſet facta corā incōpetenti. Aduerte tamē, quia tūc talis cōfeſsio faceret indiciū ad torturā, niſi in quatuor caſib⁹ deſcriptis per Iaſ. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſ. omni iudi. 2. col.

Sexto fallit, quando confeſsio eſſet tacita allegat Imo. in Clem. conſtitutionem. de electione.

Septimo fallit, quando confeſsio eſſet facta coram iudice nō ſedēte pro tribunali. allegat glo. & doctores in d. l. iubemus.

ANNOTATIO.

Adde quod primam huius regulæ ampliationem, nempe quod procedat in arbitro. tenet & ſequitur Bar. in l. 1. in fine. C. de confeſſ. Imo. in c. preſenta. de teſti. Rober. Maranta in ſpeculo aduocatorum. 6. par. 5. actu. nu. 31. Sed eam non admittit Cynus in l. 1. C. de cōfeſſis quo loco cenſet, q̄ ea cōfeſsio quæ coram arbitris fit nō habet vim cōfeſsionis iudicialis, ſed extraiudicialis. & ita interpret l. pen. C. d' arbi. quā hic autor allegat. & idē videt fuiſſe ex mēte Bal. in d. l. pen. in fine, licet loquat ſolū quo ad effectū infamiæ, & ſecundum opinionē Cyni contra Bar. olim iudicatum fuit in regio Neapo. prętorio. vt teſtatur. Mat. de Afflictis illius ſenatus conſiliarius non indignus decis. 178. n. 10. Sed ego Bar. opinionem eo caſu veriorē eſſe exiſtimo, quando conſtat ordine iuris ſeruato proceſiſſe arbitrū, & adinſtar iudicis cōfeſsionē recepiſſe: cū arbitria ad inſtar iudiciorū ſint redacta. l. 1. & ibi Bar. ff. de arbi. Quāuis nō me latet Alex. ſecūdū Cyni opinionē cōſuluiſſe cō. 13. nu. 4. & 7. vol. 1. ſed merito eū reprehēdit Carolus Mo. ibi in addi. litera A. & vide Feli. & doctores in d. c. preſen. de teſtibus & quæ infra dicā in ſra 8. limitatione.

Secundā ampliationē approbat Imo. in c. 2, de ordi. cogni. vbi dicit q̄ integritas cōfeſsionis nō lędit ur ex qualitate iudicij Deci. in l. 2. nu. 62. C. de eden.

Tertiā vero ampliationē intellige, quando iudiciū in quo cōfeſsio facta eſt fuerit inualidū propter ordinē iuris nō ſeruatū, vel propter alias nullitates, ſecus vero ſi iudicij nullitas ex defectu iuriſdicti. ꝓcedat, qa tūc talis cōfeſsio corā cōpetenti iudice probationē nō inducit & ita ꝓcedit quinta huius regulæ limitatio.

Quintā ampliationē ſeqtur Inno. in c. per inqſitionē. de electione & Feli. late in c. q̄liter & qndo. in 2. nu. 47 de accuſa. Petr. Fol. in pract. crim. iii prima par. 3. pa. prin. in verbo, Et ſi cōfitebū t. in nu. 142. pag 326.

Primā hui⁹ regulæ limitationē ſeqtur Spec. in tit. de confe. §. Nunc videndum. ver. Quid de confeſsione. & doctores maxime moderni in c. cauſam que de teſt. & in le. 2. C. de æden.

Corne. conſ. 229. lib. 2. qui omnes cõmuni cõ ſenſu hãc regulã intellexerunt inter eaſdẽ p ſonas, non vero inter alias, cũ quibus iudicium à quo confeſsio emanauit agitatum non eſt.

Secundam limitationẽ ap, robat Bal. in d. l. 2 col. viti. C. de eden. vbi Alex. col. 5. con. 7. & Dec. nu. 64 Cæpol. conſi. crim. 64. col. 4. Corne. conſi. 42. col. fin. lib. 2. Bar. in l. cum filius. in prin. col. 3. ff. de verb. oblig. & late congerit Fel. in cap. cum Bertholus de re iudi. qui omnes ex eo cenſent, quod ille qui propter cõtumaciam habetur pro confeſſo in cauſa ciuili non ex ea confeſsione, iudicabitur confeſſus in criminali iudicio.

Tertiam limitationem ſequutus fuit ſpeculator in tit. de confeſsione in d. §. Nunc videndum reſtat. ver. Sed nunquid confeſsio procuratoris. & Alex. in conſi. 13. volu. 3. Quod procedit in procuratore, ſecus vero in nuntio, quia confeſsio facta per nuntium videtur facta ab ipſo domino, vt dicit eleganter Bal. in l. 1. col. 16 ver. Quero nunquid per nuntium. C. de conſe. & facit quod notat Bar. in lege qui autem. § qui conſtituere. ff. de cert. pec.

Quartam limitationẽ ſcripſit glo. not. in auth. item ſi poſſeſſor. C. qui potiores in pig. hab. quam ſequitur Petrus Rauen. in fin. 79. de quo per Bar. in l. Papinia. § ſed nec in pu. ff. de inoffi. teſt. Bal. in auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui male iudi.

Quintam limitationem approbant multi quos allegat Ludo. Care. in pract. folio. 55. nouiſsime impreſsionis.

Septimam limitationem proprie huic regulæ non conuenire ex eo cenſeo, quod talis confeſsio: quæ fit coram iudice pro tribunali non ſedente, nec in eo iudicio in quo fit plenã probationem inducit ita tenent Bar. in l. 1. in princi. C. de confeſsi. Bal. in l. 2. not. 2 C. de ſi deiuſſo. glo. in c. dudũ in 3. ver reſponſionẽ. de elect. Iaſ. in l. magiſtratibus. colu. 2. ff. de iuriſ. omn. iudi. Qui opinionem fatentur eſſe communẽ Boeri. dec. 90 nu 8. Petrus Foll. in pract. crim. 1 par. 3. par. nu. 7 quã etiã ſequitur Hip po. in l. de minore §. plurimũ quoq; nu 11. ff. de quæſt. qui tamẽ effectũ ad torturã operari cẽſet, ſtatuitur nirũ non eſt quod talis confeſsio in alio iudicio non probet. Ipſe tamen illud notare nõ prętermitta quod ſi talis confeſsio coram iudice & tabellione publico fiat in forma iudicij, etiã iudex pro tribunali non ſedeat, iudicialis cenſetur: & pleniſsimã probationẽ inducit, nõ enim ſemper iudicibus propter multitudinem litium pro tribunali ſedere vacat. & ita in Hiſpania viſus obſeruat.

Octauo vltra authorẽ noſtrũ, limita dictã regulã vt non procedat in confeſsione facta coram arbitratore quia talis confeſsio cum iudicialis non ſit in iudicio non probat, niſi tantũ, vt ex tra iudicialis. ita egregie conſulit Alex. conſ. 15. nu. 5. vol. 1. Rebuffus. qui Bar. allegat. ff. 146. nu. 6. quam dicit communem ſententiã. Bob. Mara. in ſpeculo aduoca. 6. par. actu. 5. nu. 31. ſed quid ſi à partibus facultas data fuit procedẽdi, vt arbitri vel arbitratores, vt ſemper clauſula hęc in compromiſsis ponitur, vtrũ confeſsio facta coram illis cenſebitur iudicialis vt in alio iudicio probationem inducat. certe ſi de modo procedendi cõſtat huius rei veritas ex his quæ prima ampliatione & hic diximus colligi poteſt. ſed ſi dubium eſt de modo & ordine procedendi, quid iudicãdũ breuiter Alex. in d. cõſ. 13. exiſtimauit præſumendũ eſſe ſemper, quod vt arbitratores proceſſerint ad quod allegat not. per Bar. in l. ſi ſocietatem. § arbitrorũ, col. 1. ff. pro ſocio. & clarius voluerunt Bar. et Ang. in l. ſi ſeruus plurũ. ff. de lega. 1. arg. l. ſi mihi. § fin. ff. pro donato. Ioã. de Imo. in l. nemo poteſt. 4. & 5. col. ff. de lega. 1. vbi dicit ſe alibi non legiſſe quod de cõſuetudine ſeruatur, vt teſtatur Bal. in l. non cõdicillum. C. de teſtamentis & ſecundum opinionem iſtam fuit iudicatum in Neapolitano prætorio teſte Matth. de Afflict. decis. 168. nu. 10. & hoc ſequitur Fran. Creſc. fing. 148. Cat. Cot. in memo. iuris in verbo ſententia arbitri.

Nono limita vt non procedat, quando talis confeſsio facta fuit per verba enũciatiua per ea quæ not. Anto. de Butrio in c. illud de præſum. ad declarationẽ l. optimã C. de cõtra & com. ſtip. & per notata p Dec. in auth. ſiquis in aliquo documento. col. antep. C. de edendo.

REGVLA. CXXIIII.

Cõfeſsio facta ab aliquo in iudicio quod hominẽ occiderit, ſed ad ſuã defenſionẽ, poteſt à iudice in parte acceptari & ſic q̃ten⁹ cõfitetur ſe occidiſſe & poterit illiũ cõdẽnare, niſi p̃bet defẽſionẽ not. Bar. in l. Aure. §. idẽ quęſijt. ff. de libera. le. & ſequitur Iaſ. verbis latioribꝰ eiꝰ dictũ referendo in l. vt vim col. 3. ff. de iuſt. & iure de quo vide copioſiſsimè remiſſiuè per Hip. in fin. 185. incipit confeſsio.

Limita valde singulariter, nam licet possit ex tali confessione condemnari, non tamen poterit capitaliter puniri. ita not Panor. in c. auditis de præs cri. in col. pen. vbi vide. Feli. in col. 19. qui hoc dicit nō reperiri alibi: & refert Ang. in tract. maleficiorum ita tenentem, & dicit quod aliquibus rationib⁹ posset cōtra illud instari: cōmendat etiam idē Feli. in c. significasti. lo. 2. de homi. 6. col. in prin. & in ca. cum venerabilis. de excepti. in col. 5. in prin. vbi hoc dicit singulare. Commendat etiam Alex. in l. non solum. §. sciendū ff. de noui. oper. nun. & illud dicit signandum & not. Soci. in l. 1. 7. col. ff. de vulgari. & pupi. dicit etiam egregiū Ias. & in practica magnum sibi honorem comparasse in d. l. vt vim in d. 3. col. & asserit hoc esse in magno cultu apud practicos aduocatos. Hippo. vbi supra. Cōmendat idem Hippo. in l. repeti. col. 8. ff. de quæst. Thom. Ferra. in cautel. vltra Cępol. in caut. 5. circa prin. vbi hoc dicit stupēdum dictū, & refert aliquos ex supradictis doctoribus. Et Bertach. in suo reper. in verbo, Confessio habet vim sententiæ. in versicul. 22. & in verbo, Inquisitus. lo. 8. vbi hoc etiam sequitur & dicit etiā illud dictum Abb. (nihil aliud allegando) singulare Petr⁹ Raue. in alphabeto aureo. in litera. c. in verbo, Cōfitetur.

ANNOTATIO.

Adde Bar. qui huius regulæ doctrinā amplectitur in l. eū qui col. 2. ver. ex eo. ff. de iureiu rā. Alex. in l. non solum. §. sciendum. nu. 5. ff. de noui oper. nun. Feli. in ca. cum venerabilis. nu. 15. de excepti. Socin. in. l. 1. nu. 33. ff. si cer. peta. Parisi. cons. 78. col. 2. nu. 16. vol. 4. Ba. in c. dudum. de electi. col. antep. n. 35. Imo. in l. decem. col. pen. in fine. ff. de verb. obliga. Alex. in l. 1. §. si quis simpliciter. 2. col. nu. 7. ff. co titulo Abb. in c. cū veniissent. 2. col. nu. 7. de iudi. Ang. Aret qui fatetur se in practica ita vidisse seruari in tract. malefi. in parte, Comparent. inquisiti. nu. 1 vbi Aug. Ari. in addi. laūissime Ludo. Care. in pract. cri. fol. 183. col. 2. Thom. Gram. voto 2. nu. 1. Alcia. in d. §. si quis simpliciter. nu. 76. Petr. Fol. in pract. crimi. in parte, Et si confitebuntur. nu. 46. pagi. 306. Rob. Marāt. in speculo aduoca. 6. par. §. quartus actus. nu. 27. pag. 447. Anto. Gome. in tract. delictorum. c. 3 nu. 6. Quam fatetur esse communem opinionē Ioā Lup. in alleg. hæris. §. 7. verli. Ad cuius confirmationem. Claud. de Seysello in l. vt vim. nu. 76 ff. de iust. & iure. Aug. Bero. in c. at si clerici. n. 73. de iudi. Boeri. decis. 339. n. 3. & decis. 164. nu. 10, D. Perez. in l. 1. ti. 4. lib. 3. ordi. in glo. in verbo Por confiesso. Quę cōmunis opinio ex eo probatur, nā cōfessionis natura est nocere, non autem prodesse confitenti. l. de ętate. §. 1. ff. de interrog. actioni. glo. in l. vni. C. de confess. & in c. 1. 2. q. 1. & ideo non sufficit allegare qualitatem, scilicet homicidium esse commissum ad propriam defensionē, absq; alia probatione: quia sequeretur quod ratione proprię confessionis, quis a pœna delicti liberaretur. Quod etiam nōn vulgariter confirmat iiā eū null⁹ in causa propria testimoniū dicere possit. l. omnibus. C. de test. l. nullus. & l. non est ideo. eod. ti. sed si de dicta qualitate proprię alicuius confessioni staretur, is enim in propria causa testimoniū diceret, q manifeste prædicta iura prohibent. quibus & alijs multis rationibus, quas missas facio, opinionē istā veriorē & cōmuniorē esse cēseo. Quā uis cō trariā opinionē tenuerit Sali. in l. 1. C. de cōfess affirmās, q talis cōfessio debet tota aceptari vel tota reijci & eius opinionē magis cōmunē & equitati magis consonā esse testatur Hippo. in consi. 136. nu. 31. & 44.

Et vnicā huius regulę limitationē, vltra doctores ab autore allegatos sequuti sūt Deci. n. 20. Mari. Salā. n. 26. Claudi. de Scyse. n. 77. et Frā. Curti. co. si. in l. vt vim. ff. diust. & iur. Deci. in l. 1. co. 6. n. 16. ff. si cert. pet. Hippo. cōs. 53. n. 37. Alex. in d. l. 1. n. 28. Ant. Ca. decis. Neap. 155. n. 11. ubi dicit doctrinā istā esse in solēni cultu apud pract cos. Fer. de Loazes in rep. §. ijs igitur n. 23. Inst. de iust. & iur. Petrus Fol. in pract. cri. 1 par. 3 par. prin. n. 46. pag. 306. Ant. Go. in tract. de dict. c. 3. n. 26. vbi dicit ita obtinuisse in pract. Gom. Arias in l. 43. n. n. in legibus. Tau. & in practica. semper fuit obseruata teste Thom. Grā. cōs. 69. n. 13. in criminali. & de. is. 5. n. 14. & esse singulare ꝓfitet Nico. Boc. decis. 164. n. n. Doct. Petr. Auē. in c. 16. n. 14. in capitib⁹ prę. & esse cōmuni omniū cōsensu approbatā asseuerat Lu. Car. in pract. fol. 185. n. n. Quā uis eā impugnet So. in l. 1. n. 33. ff. si cert. peta. et in

l. non vtiq; nu. 7. ff. de exception. cuius tamē fundamētis satisfacit Decius in c. cū venerabilis. col. 11. ver. Et retēta illa limitatione. de excepti. Sed an is qui sic fuit confessus possit torqueri colliges ex Gram. voto. 2. nu. 12. Thom. Ferra. caut 3. vltra Cæpol. & ex Boerio Careri. & Fol ler. in locis nouissime allegatis. Et vide AEgi. Bossi. qui sex huic limitationi declarationes cō stituit in tract. delictor. titulo de cōfes. nu. 20.

REGVLA. CXXIIII.

Confessio non requirit telā iudicij, nec curat de ineptitudine ꝓcessus, ideo confessus potest cōdemnari etiam da ta ipsius processꝰ nullitate, doctrina est Inno. in c. qualiter in 2. de accusa. quā ibi sequuntur doctores & voluit Idem in c. per inquisitionē. de electi. probat tex. vbi not. hoc Abb. antiquus in ca. Pisanis. de restr. spoli. descripsit Mat thēsi. in sing. 53. incip. Nota vtilem re gulam, pro qua doctrina vide omnino Hippo. in sing. 201. incip. In confes sum. vbi plures refert illam sequentes & aliqua not. in proposito iungit.

Limita prędictā conclusionē duode cim modis, vt per Feli. in d. c. qualiter §. licet autem. in col. 2. & seq. quē vi de, quia his limitationibus pulchre de claratur præfacta regula, quarū limita tionū septē descripsit etiā idē. Feli. in c. at si clerici de iudi. 1. col. & sequenti.

ANNOTATIO.

Adde quod regula hæc vbique à docto. ap probatur maximè à Bar. in l. si confessus ff. de custo. reor. vbi Ang. Bal. in l. 1. ff. de iurisd. omni. iudi. lectura 1. col. fi. q. 8. & in l. 1. C. de cōf. col. pen. n. 97. Ange. in l. 1. ff. de confes. col. 1. nu. 6. & in l. denuntiasse. col. 1. nu. 5. ff. de adulter. Sali. in l. 2. C. de custo. reorū. fin. col. quæsti. pen. Paul. de Castro in l. si ita stipulatus. §. Griso. col. 2. nu. 4. ff. de verb. obliga. Florian. in l. proinde in 2. §. fin. ff. ad leg. Aqui. Abb. in c. dilectus. col fi. nu. 14. de capell. monachor. Feli. in c. cū dilecta. nu. 14. de rescrip. Ias. in l. cū te transigisse. nu. 5. C. de trāsactioni. Abb. in c. at si clerici. col. 2. n. 5. de iudi. Guid. Pap. decis. 120. Curti. in l. manifeste num. 14. ff. de iureiu. Hippo in rep. Rub. C. de proba. nu. 88. & in l. 1. § Diuus Ant. nu. 12. ff. de quæsti. vbi hanc dicit esse communem opinio nem & consi. 46. nu. 17. & consi. 48. nu. 3. lib. 1. Guil. Benedi. in ca. Raynuntius. in ver bo, Mortuo itaq;. in 1. nu. 161. de testament. Ant. capi. decisi. Neapoli. 179. nu. 6. Thom. Gram. consi. crimi. 4. nu. 27. Bertran. consi. 211. lib. 1. Angel. Areti. vbi August. Arimi. in. tract. malefici. in parte, comparuerunt dicti in quisiti. nu. 4. Alex. consilio 34. vol. 3. & in cōs. 127. col. 1. vol. 4. Bal. in l. edita col. 5. ver. Sed pone quod reus. C. de edendo Ang. cons. 178. Petr. de Anchar. cōsi. 23. & in Clem. 1. de ho mi. Barba. in c. testi. col. vlt. ver. Nam cōfes. de testi. Roma. cons. 149. & consi. 167. Per Fol leri. in practi. crimi. in prima par. 3. par. in ver bo, Et si confitebuntur. nu. 65. pag. 312. vbi doctrinam istam communem esse fatetur. Lu do. Car. in practi. fol. 75. nu. 13. Roderi. Suar. in l. post rem iudicatam. not. 3. nu. 5. de re iudi. ff. quam fatetur esse communem regulā asseuerat Fran. Areti. in c. qualiter & quando in 2. nu. 31. de accusat. idem etiam fatetur D. Perez in prin. lib. 3. ordi. in glo. in verbo, *Iuyzios*. ver. Contra istam diffinitionē. eam esse communem sententiam legistarum & canoni starum testatur. Anto. Gome. in tract. de licto rū. c. 12. nu. 8. fol. 73. Circa quam lege etiam Catel. Cottam in memorialibus iuris, in verbo, Confessio. ver. Quintum.

Hanc etiam regulam cum nouem limitatio nibus. scripsit Petrus Folleri in loco nouissime allegato, quas tamē habuit à Felino in d. c. qua liter & quando. hic ab Authore allegato.

REGVLA. CXXV.

Cōfessio facta ꝑ aliquē spōte & in iudi cio, ꝙ occiderit vnū hominē, qui nō ap pet, nec reperit occisꝰ, nō valet nec li gat cōfitentē. not. Ang. in l. 1. 2. col. ff. de cōfes. & in l. certū in prin. ff. eo. & vide Cep. in rep. aut. sed nouo. iur. C. de fer. fu. in co. 15. & sequē. in impres. par. Limita primo sing. nisi cōfitēs esset ali qs assassinꝰ, malę cōditionis & famæ, ꝙ cōfite. se occidisse certos mercatores & eorū corpora in mari ꝓiecisse, ꝙa tūnc dato ꝙ illa corpora nō reperiāt, si ille erat publice diffamatꝰ, et ꝓpe litꝰ maris latrocinia exercebat tūc ꝓter cōfessio nem debet puniri. Ita limitat Angel. not. vbi supra quod sequitur & cōmen

dat

dat Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. fi. col. 7. infine. ff. de iure iur. ſtante tamen maris diſtantia, vel bona fama confitentis, nõ poſſet ex cõfeſſione puniri, corporibus nõ apparẽtibus ſecundum eum.

Secundo limita, niſi ſaltim per famam probaretur mors, licet corpus nõ poſſet inſpici. Ita not. Bal. in addi. ad Specu. ti. de ſenten. antep. col. ver. Titius fuit confeſſus. q̃ refert & cõmendat Iaſ. vbi ſupra in corroboratione doctrinæ Ang. ſupra ſcriptę. Vide tamen ſing. per Feli. in c. auditis. de prę ſcripti. col. 18. ne decipiaris cum hac doctrina Bal. Et nota quod non eſt neceſſe, quod conſtet de nomine mortui. vt voluit Bal. in c. at ſi clerici. 8. col. de iudi. qui allegat glo. ſing. in c. libellorum. 2. q. 8. & refert Iaſ. vbi ſupra: & ibi alia loca deſcribit, vbi idem firmat ipſe Bal. pro quo etiam vide nota ta per Feli. vbi ſupra.

ANNOTATIO.

Adde circa iſtam regulam Parid. de Puteo in tract. ſindicatus in verbo confeſſio. Ang. Areti. in tract. malefi. in parte. Et veſtem cœleſtem abſtulit. ver. ſed ſi quis confitetur. vbi Aug. Arimi. in addi. Thom. Gramma. in cõſ. crimi. 60. nu. 10. Ludo. Car. qui multos allegat in pract. crimi. fol. 237. nu. 10. Bartho. Chaſſ. in comment. in conſue. Burg. rub. 1. §. 5. in glo. *Silua grace*. nu. 40. Iacob. Nouel. in tract. de defenſi. reorum. in verbo, Ad defenſam. in prin. qui tractatus hodie habetur poſt practicam crimi. Petri Follerij fol. 700. Aegidi, Boſsi. in delictorum tract. titu. 1. de delicto num. 16.

REGVLA. CXXVI.

Confeſſus de crimine extra iudicium nõ punitur glo. & ibi not. Abb. & doct. in c. de hoc. de ſimonia. Rot. in deciſi. nouis, in deciſi. 180. incip. Licet cõfeſsio ſub. Rub. de cõfeſ. Et nota q̃ dicitur extra iudicium fieri confeſsio, licet fiat coram tabellione ſine iudice, vel coram iudice & non in figura iudicij. glo. eſt ſing: & menti tenenda ſecundum Bal. ibi in l. iubemus in glo. fi. C. de libe. cauſa de qua meminit Iaſ. in l. videamus. § deferre. 1 col. ff. de in litẽ iurando. vide aliam glo. quam ibi cõmendat Bar. in l. cũ ſcimus. C. de agri col. & cenſi. lib. 11.

Limita primo, quia licet vigore talis cõfeſsionis, non puniatur, poteſt tamẽ poni ad torturã. not. Abb. in d. ca. de hoc. per glo. ſing. & ibi Bar. in l. capite quinto. ff. ad leg. Iuli. de adulter. probat etiam glo. in l. ictus. fuſtium. ff. d̃ infami. quas ad hoc allegat Alex. in l. magiſtratib⁹. ver. 2. quęrit Bar. ff. de iuris. omni iudi. tenet Rot. vbi ſupra. & ſeq̃tur Feli. in d. c. d̃ hoc. in prin. qui plures ad hoc refert: ponit etiã idẽ Feli. in c. at ſi cle. col. 7. d̃ iudi. in prin.

Sublimita primo hãc fallentiã, niſi de crimine ageretur ciuiliter. ita tenet Abb. in c. olim de reſcrip. col. vltima & ſeq̃tur Feli. in d. c. at ſi cleri. col. 7. Sublimita ſecũdo, niſi ille qui extra iudiciũ fuit cõfeſſus, poſtea cõfeſsionẽ reuocet, etiã nõ docto errore tenẽt Bal. in l. vni. C. de cõf. col. antep. ſeq̃tur Fel. in vtroq; loco ſupra relato in prima limitatione. & in c. olim. in col. 3. de reſcriptis ex quó cõſuluit Bal. q̃ torquẽd⁹ reuocet cõfeſsionẽ ſuã, & impediet torturã: nec habet neceſſe ꝓbare errorẽ, ex ratione de q̃ ꝓ eũ: q̃ nota q̃a ſingulare eſt. et hoc etiã dicit ꝓpetuo notãdũ Iaſ. in l. magiſtra. in 2. cõ. ver. 2. ſingulariter limita. ff. de iuriſ. omni iudi. cõmẽdat etiã Tho. de Ferrara in cautel. vltra Cępol. in cautela 27. vbi ex hoc ponit cautelã pro confitẽte extra iudiciũ vt euadat torturã reuocãdo cõfeſsionẽ. Sublimita tertio, niſi talis cõfeſſ⁹ eſſet cleri. quia niſi eſſet infamat⁹ ex ſola cõfeſsione extraiudiciali nõ torquei, ꝓpter ſingulare dictũ Abb. antiq̃ in c. grauis. de depoſito. vbi voluit, q̃ clericus ex ſolis indicijs non torqueatur, niſi ſit

infamatus: cum quo ſimpliciter tranſit Feli. in d. c. de hoc. de ſimonia vbi refert Paulum de Eleazaris & Ioã. And. & Antoni. & Abb. & Anani. in diuerſis locis, idem ſequẽtes. quod etiam dicit ſing. idem. Feli. vbi refert prędictos doctores in c. cum oporteat. pen. col. de accuſa. & in c. veniens. lo. 1. de teſti. in 2. col. & ſequitur etiam ipſe Feli. in ca. vniuerſitati de ſenten. ex com. & illud etiam ſequitur & cõmendat Iaſ. in d. l. magiſtratibus. in col. 2. ff. de iuris. omn. iudi. vbi dicit quod Abb. Sicul in d. cap. grauis reprobat iſtud dictum, tamẽ quod nihil adducit, quod vrgeat & dicit quod poterit multum facere ad euadendum quem à tormentis, quia vt plurimum Riualdi noſtri temporis ea ratione ſefaciunt clericos, quod dictum ſumme cõmendat Hippoli. & dicit ſe obtinuiſſe inpractica in ſig. 55. incip. Aduertas. vbi refert Alex. & Barb. idem tenere, commẽdat etiam idem Hippo. in l. pen. col. fin. ff. de qq. & in l. ędictum. col. 3. eod. ti. & in ſua practi. crimin. in. §. Nunc videndum. in col. fin. & vide Bonum de Curtil in tract. nobilitatis. fol. 15. col. 4. in fine vbi hanc etiam ſententiam ſequitur, dicendo quod etiam ſi ſint contra clericum mille indicia, niſi eſſet infamatus non poſſet torqueri. & ſequitur etiam Steph. Auf. in addi. ad repeti. Clem. 1. de officio ord. per eum editã in reg. 3. in fol. 6. in impreſsione Pariſienſi facta in paruo vol. licet Felin. in d. c. at ſi clerici in d. 7. col. dubitet de illo dicto ſingulari. Abb. antiqui & in d. ca. olim. in d. col. 3. aliter teneat cum dicta opinione Panormitani. in d. c. grauis.

Sublimita quarto, quando talis confeſsio extraiudicialis eſſet iuncta cũ veriſimili cauſa, ratione loci & temporis, quia tunc eſſet ſufficiens indicium ad torturam: Secus ſi eſſet informis & nõ certa & qualificata cõ cõtinẽs locũ cõmiſsi criminis, nec tẽpus, quia tunc nõ ſufficit. Ita intellexit illam glo. Bal. in l. admonendi. ff. de iureiuran. quem ad hoc refert Paris de Puteo in tracta. ſyndica. fol. 95. in cap. incip. Quia cõmuniter dicitur.

Sublimita quinto, quando illa confeſsio non eſſet veriſimilis & hoc per notata per Bal. in l. 2. prope fin. C. de aut. præſtan. quod refert Paris de Puteo vbi ſupra. Adde quod not Hippo. in rep. rub. C. de proba. in col. 24.

Secundo fallit noſtra principalis regula, niſi in tali cõfeſsione extraiudiciali facta cã de crimine, concurrãt omnia requiſita ad cõfeſsionem extra iudicialem facta in ciuilib⁹. Ita ſingul. Inno. in cap. per inquiſitionem. 1. col. de electione cuius doctrinam commẽdat Feli. in d. c. de hoc & refert Abb. de prędicta concluſione exclamantem.

Tertio fallit, quando talis cõfeſsio de crimine eſſet geminata: quia tunc poſſet puniri, ac ſi eſſet in iudicio cõfeſſus. ita tenent Felin. in d. c. de hoc. ad quod refert Bar. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſi. quem dicit referre Rom. in l. nuda ratio. ff. de dona. Paul. in l. Publia. in §. Titius Sẽpronio. ff. de poſiti. Et adde quod vltra Feli. & prędictos, dictam doctrinam Bar. Sequitur Abb. in c. ſi cautio. de fide inſtrumento. in fin. ver. & Iaſ. in rub. ff. de verbo. obliga. in col. 4. & in §. in perſonam. in col. 8. de actioni. Inſt. et in l. ſi pacto quo pœnam. in 2. col. C. de pactis et in l. 1. in col. 6. eod. ti. tenet etiam Hippoli. in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſti. in col. 2. qui ad hoc tantum refert Cynum. perquem vide in d. col. 2. et ſequenti vltra viginti effectus geminationis. Sed tu aduerte quod Bar. vbi ſupra loquitur in ciuilibus, et do-

ctores eum referentes, & ideo ex ſola predicta ſua doctrina, non eſſet tutum hoc firmare in criminalibus, prout firmat Felin. maximè quia ipſemet Fel. in d. c. olim in col. 4. in alio propoſito dicit, quod non eſt bona ęquiparatio de confeſsione in ciuilibus, ad confeſsionem in criminalib⁹, & ponit ibi triplicem inſtantiam inter vtramq;, in quibus apertè conſtat diſsimilitudo Et nota in hoc multum, quod ad hoc quod confeſsio dicatur geminata, requiritur interuallum & non ſufficeret quod pluries vno & eodem tempore: aliquis fateretur & hoc ex eo quod not Bal. in proęmi. C. in col. fin. & ex eo quod latius poſui in meis doctrinis magiſtralibus, in doct. incip. Actus vt dicatur.

Quarto fallit, in delictis quę pertinent ad iudiciũ eccleſiæ fauore animarum quia tunc confeſsio extraiudicialis legitimè facta probat: puta ſi quis moriens confeſſus fuit, ſe eſſe vſurariũ, ſpecificando perſonas à quibus extorſit vſuras. ita Bal. in l. 1. in col. 2. in fine. ver. Quidam confeſſus. C. de fal ſa cauſa adiecta leg. quem refert Felin. in d. c. de hoc. & in d. c. olim. in col. 3. in fine. verſi. Fallit ſeptimo. vbi melius loquitur, & in d. c. at ſi clerici. in d. col. 7. in quibus locis alia etiam cumulat ad hoc, & ſic reſtringit iſtam regulam. Sed aduerte quod iſta nõ eſt proprie reſtrictio ad eam, quia talis confeſsio non operatur vt ille confeſſus puniatur ꝺ crimine, ſed ut fiat reſtitutio vſurarũ, ideo ille nõ efficitur inteſtabilis virtute illius cõfeſsionis. ita intelligit Bal. vbi ſupra & ſic poti⁹ eſt extẽſio: ꝙ confeſsio extraiudicialis nõ ſufficit ad hoc vt poſſit puniri aliqs in ſola inhabilitate teſtandi, qua puniretur ſi illud quod ab eo eſt confeſſum, eſſet alias probatum.

Quinto limita, nam licet confeſſus extra iudicium nõ puniatur: iudicium tamen ex confeſsione ſumptum eſt tãtę efficacię, vt confeſsio facta in tormẽtis, quibus confeſſus eius vigore ſubijcitur, valet ſine alia ratificatione. ita Felin. in d. c. de hoc. per glo. ſing. in l. capite quinto. ff. ad leg. Iuli. de adulte. in verbo, accuſatori. quam glo. cõmendat doctores ibi, & dixit eam ſingula. Lanfran. in rep. ca. quoniam cõtra deproba. in col. 4. in princi. Et nota illa verba ſine ratificatione in iſta fallentia poſita, quia illa non ponuntur in glo. & ſunt ſingularia: & eadem verba poſuit Felin. in d. c. olim. de reſcriptis in col. 5. referendo Tindarum in tract. de teſte vari. & idem quod ſine alia ratificatione ſtetur confeſsioni in tormentis tenet Ias. in l. magiſtralibus in col. 2. ff. de iuriſ. omni iudi. & tenent etiam Hippoli. in ſua practica crimi. in §. Quoniam. in col. 6. ver. Vlterius teneas menti. qui dicit ita tenere Ioan. de Imo. in c. at ſi clerici. de iud. & illam glo. dicit ſing. Hippo. in l. 1. §. Diuus ſeuer⁹ in col. 3. & in. §. quęſtioni in prin. ff. de quęſtioni. vbi refert ſolum Feli. in d. c. olim. & ad idẽ commendat illam glo. Paris de Puteo in tract. ſyndi. fol. 95. in cap. incip. Quia cõmuniter. vbi etiam tenẽt ꝙ cõfeſsio facta in tormẽtis valet ſine perſeuerãtia ſi pceferit extraiudicialis cõfeſsio, cuius vigore fuit aliqs tortus. & vide etiam eundem fol. 101. in 1. col. vbi illa glo. dicit ſing. Certe durus eſt ſermo hic, quia videtur quod ſufficiat vt talis cõfeſsio extraiudicialis ſit ſufficiens indicium ad torturam, ſine eo ꝙ operetur ratificationem confeſsionis in tortura ſubſecutæ, & plures poſſent quotidie decipi, qui vigore talis confuſsionis torquerentur, quia exiſtimãtes parum ſibi nocere confeſsionem

in tortura factam facilimè faterentur, in ea animo non ratificādi poſtea: ideo memoriæ fige prędictam concluſionem.

Sexto fallit, niſi prædicta confeſsio extra iudicialis ſortiretur ſpecificum nomen delicti, quia tūc punitur de illo delicto: puta quia clericꝰ gloriatur ex tra iudicium, adulterium perpetraſſe, quia tunc de gloriatione punietur tex. eſt in c. quàm ſit. de exceſſi. pręla. vbi hoc tenet Abb. & in d. c. de hoc. vbi hoc ſequitur Feli. & in d. c. at ſi clerici. d. col. 7. & voluit Abb. in d. cap. olim. vbi hoc ſequitur Feli. in col. 4. & illum tex. dicit ad hoc ſing. Paris de Puteo in loco ſupra allegato in 1. fallē tia. in 4. ſublimitatione & etiam ponit Fran. Curt. in rep. l. admonendi. in col. 66. ff. de iureiu. in ver. Quarto limita.

Septimo fallit, niſi aliquis acceptet confeſsionem nomine fiſci. ita limitat Fel. in d. c. olim. de reſcrip. col. 3. ver. Fallit ſecundo. quem vide de veritate & intellectu. & in d. c. at ſi clerici. d. col. 7. & veritas huius limitationis ex decima fallentia infra ſcripta patet.

Octauo fallit niſi confeſſio extraiudicialis fiat parte pręſente, quia tunc probatur crimen & poſſet puniri, tenet Abb. in d. c. olim. & in d. c. at ſi clerici. in col. 5. ſic intelligens Inno. in c. per inquiſitionem: de electione, Sed cō trariam ſententiam tenet Areti. in d. c. at ſi. in col. 6. motus optima ratione: & dicit quod iſta eſt verior opinio & refert Bar. & Sali. tenentes quòd ſolum facit indicium ad torturā. Et huic etiam opinioni contra Abb. aſſentitur Feli. in d. c. olim in col. 3. verſi. Tertio fallit. qui aliqua pro ea adducit vbi vide bonam addi. in litera A. quæ incipit Confeſsio.

Nono fallit, niſi fiat coram multitudine perſonarum: quia tūnc tranſit in notorium & probat. ita limitat Feli. in d. cap. at ſi clerici. d. col. 7. verſi. Fallit tertio & in d. c. olim. col. 4. ver. Fallit quarto referendo Anto. in c. veſtra. de cohibi. cleri. & muli. & in ca. per inquiſitionem de electione.

Decimo fallit, niſi fiat coram ſyndico repręſentante populum, quia tunc plene probat, & confeſſus punitur ex ea. ita limitat Felin. in d. c. at ſi clerici. col. 7. ver. Fallit quarto. referendo Sali. in l. quoniam A. de infami. idē. Felin. in c. olim. col. 4. ver. Fallit quinto. vbi generalius dicit, videlicet, in publica perſona quę poterit recipere probationes ad vtilitatem fiſci.

Vndecimo fallit, niſi cum tali confeſsione extraiudiciali concurrant alię cōiecturæ, & veriſimilia veritatis: quia tunc plene probat & cum ſit plena probatio poterit confeſſus puniri. ita reſtringit Felin. in d. c. olim. col. 5. ver ſi. Fallit octauo. poſt. Tindarum quē ibi refert in tract. de teſtium veritate. & refert ad hoc eūdem Tindar. Iaſ. in l. magiſtratibus. in col. 2. in fine. ff. de iuris. omnium iud. & refert quoddā inconueniens, cui dicit quod non ſufficienter reſpondet Tindarus vbi ſupra.

Duodecimo fallit, quia talis confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenā probationem de crimine tenet Feli. in d. ca. olim. col. 5. verſi. Fallit nono. referendo Tindarum vbi ſupra. Quas limitationes nota, cum ſint in materia quotidiana, & libuit eas refere, quia, vt vides ſparſim ſunt à Feli. deſcriptæ. & nullibi ſic reperies, prę maxime cū aliqua addidi vltra ipſum Felinum, vt facile iudicabis.

ANNOTATIO.

Adde circa primam huius regulæ limitationem

nem Bar. qui eam approbat in l. fin. col ff. de quęſt. & in l. quoniã. ff. de his qui not infam. vbi Bal. 1. lect. pen. col. Ang. Paul. & Fulgo. & in l. ictus fuſtium. cod. ti. 1. col. nu. 2. Bal. in l. vni. nu. 20. C. de confeſſ. & in l. miles. C. de quęſti. 1 col. in fine. Salice. in l. fin. eo. ti. 3. col. Hippoli. in l. de minore. ff. de quęſti. col. 17. nu. 50. Fran. Brun. in tracta. de indicijs & tortura 3. q. ver. Aliud eſt dicendum. Abb. in c. at ſi clerici. de iudi. 7. col. nu. 16. & in c. quam ſit graue de exceſſ. præla. & in c. ſi quis de gradu. de purg. cano. & in c. olim. de reſcrip. col pen. vbi doctores. Thom. Grãma. conſi. crimi. 32. & conſi. 40. in fine. Hippo. in pract. §. Diligenter. verſiculo, Quæro vlterius. & in §. examinata. & in §. Quoniam. & in ſing. 310. & ſingu. 594. Ludo. Car. in practica crimi. fo. 56. AEgidi. Boſsi. in delictorum tract. ti. de confeſſ. nu. 57. Anto. Gome. in 3. tomo Suarum reſolu. c. 13. nu. 8. Petr. Folleri. in pract. cri. 2. par. 3. par. n. 22. pa. 332. quo loco teſtatur q̃ omnes doctores criminaliſtę (ſic ille loquitur) communi conſenſu opinionem iſtam receperunt. proqua communi ſententia facit lex Regia. 7. ti. 13. probãs extraiudicialẽ confeſsionem, in delictis non plene probare: ſed maximum indiciũ & præſumptionem inducere.

Primo ſingulariter amplia iſtam limitationem, vt procedat modo reus qui confeſſus fuit extra iudicium ſit maior: modo minor, dum tamen eius ſit ætatis, vt torqueri poſsit. ita Bal. in l. clarum. C. de auto. præſt. 1. col. nu. 4. Hippoli. in l. de minore. ff. de quæſt. col. 18. nu. 51.

Secundo amplia, modo confeſsio fiat pręſente parte, modo abſẽte: quia illa diſtinctio procedit in ciuilibus, quando agitur de totali pręiudicio. vt traditur et probatur in l. Publia Meuia. §. fin ff. de poſiti & in l. 1. §. fin. ff. de interrog. acti. & in l. vni. C. de confeſsis & in l. generaliter. C. de non num. pecun. Secus tamen eſt in cauſis criminalibus, inquibus extraiudicialia confeſsio non inducit plenam probationem cum exigantur probationes luce meridiana clariores. l. ſciant cuncti. C. de proba. cum ſimi. vnde tantum indicium ad torturam operatur. ita in his terminis tradiderunt Bal. in l. quoniam. col. pen. ff. de his qui not. infa. Luc. de penna in l. 1. col. 3. C. de numeratis. lib. 12.

Primam huius limitationis ſublimitationem, quã tradit author ſequutus eſt Petrus Folleri. in pract. crimi. 2. par. 3. par. nu. 22.

Secundã ſublimitationem ſequitur Brunus in tract. de indicijs. 3. q. 1. par. nu. 17. & plures quos allegat Carerius in d. pract. crimi. fol. 56. nu. 7. ſed ego minime ipſam approbo, quia nulla iuridica ratione fulcitur, imo iuri omnino cõtraria ex eo manifeſte videtur, quia ex ea cõfeſſione ius probationis parti vel fiſco quæſitum eſt: ergo non poteſt remoueri nec reuocari & effectus torturæ iam productus eis auferri vt egregie animaduertit Gomezius in 3. tomo ſuarum reſolu. c. 13. nu. 8. & vltra ipſum idem ſequitur Aegid. Boſsi. in tract. delictorum titulo de confeſſ. nu. 64. Eſt equidem omnino neceſſarium, ad hoc vt confeſſio extraiudicialis reuocari poſsit errorem probare. vt late tradit Areti. dicens opinionem hanc eſſe communem in c. cum dilecti. col. pe. & fin. de accuſa. per. glo. not. in c. Romana. §. ſi autem. in verbo, vel de quo. de appella. lib. 6. licet ea glo. de cõfeſsione iudiciali loquatur ſed poſſet authoris noſtri & aliorum quos ipſe refert ſententia procedere, quando reuocatio confeſsionis fieret in continenti. quia hoc caſu non requiritur probatio erroris. vt not. Iaſ. in l. error. col. 2. C. de iuris & facti igno. Vbi etiam ſcribit, quando dicatur in continenti reuocari.

Tertiam ſublimitationem confirmant quæ poſt authorem noſtrũ dixi in practica crimi. cano. c. 117. nu. 1. litera A. *incipit.*

Quartam ſublimitationem, ſequitur Fran. Brunus in tract. de indicijs. 3. quæſtione. 1. par. nu. 16. ſed in practica minime admitteretur, vt bene conſiderat Boſsi. in d. titu. de confeſſ. num. 45. quia nemo unquam ex extraiudiciali confeſsione torqueretur, Quis enim ille eſt qui dum extraiudicialiter delictum fatetur, rẽ ipſam à principio cõmemorat, ſpecificando locum & tempus criminis cõmiſsi: certe nullus. Poſſet tamen doctrina hęc procedere, quando confeſsio extraiudicialis eſt informis & incerta reſpectu criminis commiſsi puta, ſi quis confiteretur ſe occidiſſe quendam hominem, vel ſe ciſſe quoddam furtum, quia talis confeſsio indicium ad torturam nõ facit, niſi inſpecie & ſpecialiter facta fuerit. ita ſingulariter not. Bal. poſt Guill. in l. quoniam. ff. de his qui not. inf. pe. col. ver. Quinto & vltimo. Et vera ratio eſt, quia ſicut in delictis. ad hoc vt confeſſio vera & expreſſa facta in iudicio plene probet, requiritur quod ſit liquida & certa, & conſtet de re & perſona. vt in l. 1. §, item illud. ff. ad Syll. ita eodem modo confeſsio extraiudicialis, vt operetur indicium ad torturam: requiritur quod rẽ

vel

vel personam contineat, vt melius & apertius constet de veritate ipsa.

Secundam limitationem huius regulæ existimo veram non esse, quia non est bona aqui paratio de confessione facta in ciuilibus, ad cõfessionem factam in criminalibus, vt bene probat Felin. in c. olim. col. 4. de rescriptis qui ponit triplicem instantiam inter vtranque & istam sententiam videtur sequi autor noster sibi contrarius in tertia limitatione sequenti & cum Bar. & aliorum sententiam loquentium de confessione geminata fidem facienti in ciuilibus, minime eam admittit in criminalibus. Et apertius hoc sequitur autor infra ista regula. 8. limitatione cum contra Inno. & Abb. in locis ab eo relatis Areti. sequatur in c. at si clerici col. 6. de iudi. tenentem confessionem factam in criminalibus, parte præsente, plenam probationem non inducere, cum in ciuilibus causis dubium non est quin plene probaret.

Quintã limitationem sequuti sunt, vltra autorem Ludo. Care. in practica criminali fol. 56. nu. 12. Thom. Gram. conf. 40. in criminalibus. Petrus Folleri. in pract. crimi. in 2. par. 3. par. nu. 31. fol 333. Sed contrariam opinionem veriorem esse censeo quam cum autore sequor alijs tamen rationibus. Primo, quia hęc quinta limitatio, nullo jure probatur: & sic standum est regulæ & iuris dispositioni, quæ disponit, confessionem factam in tormentis ratificationẽ requirere. l. 1. §. Diuus seuerus. ff. de quæsti. l. 2. vbi glo. & doct. C. de cust. reorum & Regia. l. 4. titulo. 30. par. 7. secundo, quia vnus testis de visu fide dignus & omni exceptione maior, operatur maius & vehementius indiciũ quam possit in iure reperiri. Sed illud, nec aliud quodlibet indicium excludit prædictam ratificationem: ergo nec ista confessio extraiudicialis. Tertio, quia in proposito casu confessio extraiudicialis iam operata est effectum suũ scilicet quod eius ratione reus torqueri possit, ergo aliud effectum operari non debet, scilicet quod ratificatio non requiratur. Et opinionem istam nouissime sequuti sunt. Mar. Antonius Blan. in rep. l. fin. ff. de quæstionib. nu. 208. & Anto. Gome. 3. tomo c. 13. nu. 8.

Sextã limitationem sequitur noster autor in pract. crim. cano. c. iii. nu. 1. *c. 119.*

Septimam limitationem falsam & iuri contrariam esse existimo per ea quę in decima limitatione huius regulæ scribam.

Octauam limitationem non admitto & sic libenter autorẽ eam impugnantem sequor contra quã est tex. egregius in l. c. quinto ff. de adulteri. vbi secundum glo. maritus habebat adulterum in domo eius rei testandæ gratia. exponit sane glo. vt confessionem extra iudiciariam haberet, quæ facit indicium: & tamen maritus præsens erabat confessio solum dictum effectũ operatur, non tamen plenam probationem inducit.

Nonam limitationem non recipio, nec vt existimo, in practica seruaretur: durum sane & impium esset in criminali iudicio, ex sola extraiudiciali confessione, quantumcunque facta foret coram multitudine personarum, ordinariam dĩcti pœnam imponere: cum indelibe ratio mentis, & aliæ rationes quæ contingunt quando confessio extraiudicialiter fit corã duobus: vel tribus testibus, hoc etiam casu considerari possunt, nec personarum multitudo: maiorem firmitatem confessioni præstare posset, quam ipsa alias legitime probata haberet.

Decimam limitationem iuri consonam non esse censeo, & ideo iuris esse apertissimi, existimo iudicij præsentiam: seu alterius nomine publico interuenientis nihil operari, vt maius inducatur ex confessione, quam sit indicium: quteneo ea ratione innixus, quia confessio facta coram notario solo, vel corã iudice solo, tãtum facit indicium ad torturam, quia perinde habetur, ac si esset facta extra iudicium. glo. not. in l. iubemus. in glo. fin. C. de liber. caus. & in l. cum semus vbi Bar. C. de agrico. & cẽsi. lib. 11. Ias. in l. videamus. §. deferre. 1 col. ff. de in litem iuran. Autor noster hoc etiam tradidit in prin. huius regulę. Et nulli dubiũ est, quod notarius est seruus publicꝰ & potest stipulari alteri maxime publico & fisci nomine, vt in l. non aliter. ff. de adopt. vbi glo. & tradiderunt doct. in c. quamuis. iuncta glo. de vsur. lib. 6. not. Cardi. per illum tex. in Clẽ. 1. §. 1. not. 12. de excessib. præla. Iudex etiã qui publicas res pertractat & tuetur præsens, si non in forma iudicij confessionem recipit, non inducit aliam probationem nisi indicium, & eã accipit nomine publico.

Vndecimam limitationem approbant Hippo. in l. de minore nu. 25. ff. de quæst. Ant. Cadecis. Neap. 179. vide tamen quę dixi in præcedentibus limitationibus.

Duodecimam limitationem sequor tãquam communem.

Decimotertio, vltra autorem limita, vt nõ procedat regula hæc, quando lex vel statutum requirit probationem animi & de facto cõstat, vt si

vt si quis effugerit cum esset citatus, sed dubitatur an animo latitandi id fecerit, si probatur confessio extraiudicium facta quod animo latitadi aufugit confessio ista sufficit ad condemnandum. ita egregie cõsuluit Ang. cons. 10. et facit l. Fulcinius. § quid sit latitare. ff. qui ex caut. in poss. eatur.

Decimo quarto limita. vt is qui extra iudicium cõfitetur priuari possit ecclesiastico beneficio iam adepto, & etia abstinere debet ab alijs suscipiendis. vt ben. enot. Inno. in c. per inquisitionem. de electione. & ita consuluit Ang. in d. cons. 10. & plene per Oldr. cõs. 292. incipi. An negatio. Aber. in l. quero. ff. de ædil. edi.

Decimo quinto, limita, vt non procedat quãtum ad extraordinariam pœnã imponendam, quia is qui extraiudicialiter delictũ confessus fuit, pœna extraordinaria iudicis arbitrio punitur cap. quã sit graue. de excess. præla. per quem hoc ibi tradiderunt Inno. Abb. & doctores idem Abb. in c. de hoc. de simonia. & in c. olim. col. pen. de rescrip. Hippo. in d. l. de minore. col. 35.

Decimo sexto limita quando in confessione extraiudiciali iuramentum interueniret quia tunc præiudicat quo ad plenam probationem: & is qui sic fuit confessus ordinaria criminis pœna punitur. vt tradunt Bal. & Ang. colu. vltima in l. generaliter. C. de non num. pecu. sequitur Thom. Gram. cons. 40. nu. 19. in crimina. & in decis. 34. nu. 59. vbi allegat Bar. in l. cum quis decedens. § codicillis ff. de leg. 3. idẽ etiam sequitur Petrus Folle. in practica crimi. 2. par. 3. par. nu. 31. pag. 333. Aduerte tamẽ quod Bal. & Ang. qui etiam a Gram. & Follerio allegantur licet ipse post Bar. in d. § codicillis. loquantur in confessione extraiudiciali facta in ciuilibus, non tamẽ sequitur idem dicendum esse in criminalibus. vt colliges ex his quę dixi in 2. limitatione & nostri autor tradit. 3. limitatione. Vnde limitatio hęc non caret difficultate

REGVLA. CXXVII.

Confessus crimen, de quo excipitur contra eum contingens causam punitur ordinarie. tex. est secũdum expositionem glo. fin. ibi. & etiam omnes doctores in ca. 1. de excepti. vbi glo. allegat iura aliqua.

Limita hanc regulã. 4. modis, vt per Fel. in d. c. 1. 4. col.

Primo, nisi fiat cõfessio in foro mixto, inter pœnitentialem, & forum contentiosum glo. est quam ad hoc ibi extollit Domi. in c. ex pœnitentibus. 50. dist. in glo. mag. ad finem

Secundo, nisi confessio sit non simplex, sed quasi conditionalis, vel obijciendo crimen qnod quis tacite confitetur de se ipso. glo. magna ad finẽ in. c. siquis Papa. 79. dist. quã not. Domi. in c. 1. de test. in 6. secundum Felinum vbi supra

Tertio, nisi confessio fuisset in iudicio reprobata. Bal. in auth. nouo iure C. de pœna iud. qui male iudi. & cõfirmat Fel. in c. capitulum sanctæ crucis. 26. col. ver. confirmatur de rescrip.

Quarto, nisi causa principalis esset intentata ciuiliter Abb. in ca. cum super in 2. col. de cõcess. præb. Fe. vbi supra q in hac q̃rta limitatione vltra dictas, brevitatis causa perstrinxit alias tres limitationes. vide per eum.

REGVLA. CXXVIII.

Confirmatio Papæ etiam ex certa scientia non prodest in defectum substantialium: puta incompetentiæ iudicis, & falsitatis narratorum, sed solum in defectum solennitatis, vt in vocatione partis, & similibus. vt est decisio Rotę in nouis 230. incip. Papa confirmat. quam ad supra dictam regulã allegat Fel. in c. 2. de rescrip. in col. 22. in prin. qui in cõfirmationem huius decisionis allegat dictum Hosti.

Limita nisi interueniret certa scientia dicti defectus substantialis reddentis processum nullum, quia tunc si valeret confirmatio suppleret defectum potestatis gerentis actum. Ita limitat Domi. in ca. Zenomanensem.

56.

56. dist. quem refert Feli. vbi. supra p supra scripta verba pro limitatione dictę regulę. Et idē dicit ipse Feli. in omni simili defectu: quia eodem modo tunc suppleretur, data certa scientia illius.

ANNOTATIO.

Adde Sebastianum Vantium in tract. de nullitatibus Rub. quibus mod. sententia nulla repar. nu. 24. pag. 566. secundum paruam impressionem. ex quo duas limitationes huic regulæ colliges.

REGVLA. CXXIX.

Coniecturis legitimis quod appareret constare dicitur euidenter, licet nō fuerit expressum: tex. est secundum Iacob. de Are. Bar. & alios in l. licet Imperator. in prin. ff. de leg 1. facit tex. in l. si quis locu plex. in §. fin. ff. de manu. test. Et confirmat hāc regulam Ias. septem alijs conclusionibus. in d. l. licet Imperator. 1. & 2. col.

Limita dupliciter, vt per eūdem ibi d. col. 2. in fine.

ANNOTATIO.

Adde Hippol. in l. fin. num. 3. C. de Sicarijs.

REGVLA. CXXX.

Cōiuncta persona potest agere sine mandato cum cautione rati, vt est. tex. in l. sed hæ. ff. de procur. vide l. 10. tit. 5. par. 3. dicitur tamen impropriè procurator vt in glo. prima ibi posita per tex. qui ad hoc sōlet allegari in l. 3. §. 1. ff. iudica. sol. ubi vide duas notandas differentias inter coniūctum, & procuratorem, per Paul. de Castro. Et collige tertiam differentiam ex tex. in l. patri. cum l. seq. & quod ibi not. Bar. ff. de mino.

Limita vndecim modis, vt per Alex. in l. exigendi. 2. col. C. de procura. ubi vide Ias. 2. & 3. col. qui refert dictas limitationes Alex. & ipse addit alias sex & sic habebis. 17. restrictiones, in quibus includuntur quinque limitationes, quas huic regulę tradidit Feli. in c. coram. 2. col. de offi. de lega. & vide eundem Ias. in d. 2. col. qui ampliat quadrupliciter istam regulam.

ANNOTATIO

Adde circa istam regulam Hieroni. Cagnol. in l. nemo alieno nomine. ff. de reg. iuris. Aubero. q. 132. per totam Roma. in sing. 619. incip. tu audisti Matthe. de Affli. in tract. de iur. protomi. in Rub. nu. 15. And. Tiraq. lib. 1. de Retractu §. 10. glo. vni. num. 7. Petrum Rabe. in sing. 272. Guid. Pap in singul. 78. §. 2. Mar. Anto. Baue. in §. pater. nu. 37. Imol. de test. Rip. in ca. cum M. Ferrari nu. 60. de consti. Sebastian. Van. in tract. de nullitatib. Rub. 14. nu. 99. Catch. Cottam in Memor. iuris in verbo. Coniūcta persona.

Hanc regulam, vltra autorem nostrum, cū vnica ampliatione, & quatuor alijs limitationibus, scripsit Petrus Ducūas in reg. 123.

REGVLA. CXXXI.

Coniuncta persona non admittitur in casibus requirentibus speciale mandatum, etiam cū cautione de rato. tex. est in l. patri pro filio. ff. de minori. tex. & ibi Bal. in l. nec filius. C. de reb. credi. not. Abb. in c. constitutus. de in int. rest.

Limita septem modis, vt per Felin. in ca. coram dilecto. 2. col. de offic. legati.

ANNOTATIO.

Adde doctores maximè modernos in l. exigendi. C. de procur. & in cap. nōnulli. §. sunt & alij. de rescrip. Soci. cons. 120. col. 3. versi. Postremo. lib. 3. Ludo. Gome. in cap. si annum. num. 34. de iudi. lib. 6. late per Andre. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 13. n. 34. fol. 94.

Et cir

Et circa iſtam regulam vide. 47. caſus in quibus de iure requiritur mandatum ſpeciale quos diligenter ſcripſit Petrus Rebuff. in glo. Concordatarum titulo de electionis derogatione in glo. in verbo, ſpeciale. pag. 59. col. 1. cũ. 7. ſequentibus.

REGVLA. CXXXII.

Coniuncti verbis dicuntur plures vocati ad hæreditatem, vel legatum, per nomen collectiuum, & ſic omnes ſimul admittuntur ad vnam dũtaxat portionem, vt in l. Titius. & in l. interdum. & in l. liber homo. §. ſi Titius ff. de hæredi. inſti.

Limita quatuor modis, per Ioan. Crot. in rep. l. recoiuncti. ff. de lega. 3. in col. 2. & 10. Vide Iaſ. in l. fi. C. de impub. & alijs. col. antep. num. 5. vbi vnam ampliationem & ſex limitationes ponit.

REGVLA. CXXXIII.

Cõſentire in actibus capitularibus ſeu collegiatis non ſufficit canonicos, ſeu illos de collegio ſeparatim, ſed oportet quod ſint tanquam collegiũ cõgregati, & collegialiter conſentiant. glo. eſt in c. cum omnes. de conſti. quam ibi Cald. Bal. Ant. Cardi, Abb. Imo. & doctores indiſtinctè intelligunt, licet Ioan. And. in glo. ſua in verbo, Tractatus. in c. 1. de reb. eccleſiæ non alienand. lib. 6. poſt aliquos dixerit hoc ſpeciale in electione. per cap. in Geneſi. de electi. Cõfirmat hãc Feli. in d. c. cum omnes col. 13. vbi refert plures docto. Vide in propoſito doctrinam magiſtralẽ in meis doctrinis, in uerbo, Maior parſ.

Limita hanc concluſionem ſex pulchris modis, vt per Feli. ibi col. 14. & ſequen. num. 26.

REGVLA. CXXXIIII.

Conſenſus eius cui fit proteſtatio, requiritur regulariter in proteſtatione not. Bar. in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui operis nunt. in col. 5. Anto. in c. cum M. Ferrari. in 6. & 8. col. de conſt. facit quod not. Inno. in c. Cumana. de electi. & tex. in l. fin. §. item ſi prædixerit. ff. naut. cap. ſtab.

Limita duodecim modis, vt per Prę poſitum in c. ſolicitudinem. in col. 19. & ſeq. de appell.

REGVLA. CXXXV.

Conſilio alterius habens expedire actum ſi illud omittit, actus eſt nullus quaſi nõ ſeruata forma mandati. not. Vicentius relatus per omnes ſcribentes, ibi ſequentes in c. ex parte. de conſti. vbi circa hanc concluſionem late inſiſtit Feli. col. 2.

Limita tripliciter, vt per eum ibi, latiſsime per 4. fere col.

ANNOTATIO.

Adde Berth. in tract. de epiſcopo. 1. par. 3. lib. nu. 83. 4. volumine tract. diuerſo. doct. & latius iſtius regulæ materiam explicat Sebaſti. Vantius in tract. de nullitatib⁹, Rub. de nullitate ex defectu iuriſd. ord. num. 152. pagi. 234.

REGVLA. CXXXVI.

Cõſors eiuſdẽ litis. poteſt agere prõ conſorte, ſine mandato, pręſtita eius ſatiſdatione. glo. in c. cũ M. de cõſt. in glo. 1. vbi allegat iura ad hoc. glo. in c. cum dilecti. de dolo & cont. facit l. ſi petitor ff. de iudi. traditur in Cle. ſi religioſus. de procura.

Limita quadrupliciter, vt per Feli. in d. c. cum M. col. 4. cum duabus ſequent.

ANNOTATIO.

Adde tex in l. 2. C. de conſor. eiuſdem litis & le-

& lege de hac materia noſtrę regulæ Nicolaũ Bellonum in conſilio. 26. nu. 5. & 6.

Hanc regulam, vltra autorem noſtrum cũ 5. limitationibus conſtituit Fran. de Ripa in c. cum M. Ferrari. num. 53. de conſtitutionibus.

REGVLA. CXXXVII.

Conſtitutio futura reſpicit, non prę terita, niſi de pręteritis in ea caueatur probat tex. in c. fin. de cõſti. vbi glo. allegat concordantes. tradit Hoſt. in ſumma de conſtitutionibus. §. Quãdo conſtitutio. in fine.

Amplia quadrupliciter, & limita decem modis, vt per Feli. in d. c. fin. per. 14. col. vbi plures ex limitationibus ſublimitat.

REGVLA. CXXXVIII.

Conſuetudo & ſtatuta loci, in quo contractus matrimonij fuit celebrat' attenditur, quo ad diſſolutionem. tex. in c. 1. de ſponſa. & in l. ſi fundus. ff. de euictio. Bal. in l. ſi voluntas. C. de fidei commiſſ.

Limita dupliciter, vt per Feli. in d. c. 1. col. 2. num. 23.

REGVLA. CXXXIX.

Conſuetudo vel ſtatutum diſponẽs quod libri puta mercatorum, faciant fidem pro ſcribente valet & tenet: not Bal. Ang. & Alex. in l. quædam. §. nũmularios. ff. de edendo per illum tex. & Bal, in l. comparationes. 5. col. de fid. inſt. & in l. cũctos populos. in col. 14. de ſumm. tri. & fide Ca. & Inno. in c. 2. in col. 2. de fide inſtru.

Amplia adeo hoc procedere, quod ſtabitur dictis libris etiã ſi alibi & extra locum, vbi vixit talis conſuetudo, producatur. tenent Ioan. And. in addi. ad ſpecu. in titu. de fide inſtrum. in §. Nunc dicendũ. in addi. magna quę incipit Priuatorum. quod reputat ſin. laſ. in loco infra allegando.

Limita ſex notabilibus modis, vt p laſ. in l. admonẽdi in col. 17. in lectura. ff. de iureiurando vbi eorum vltimum ſublimitat.

ANNOTATIO.

Adde Fed. de ſen. in conſ 196. incip. Nulli dubium. circa finem. Cumanum cõſilio 136. incip. Viſis inſtrumentis. ad finem. Alb. poſt. Odo. in l. 2. in fine C. de conſt. pecu. Bal. conſ. 349. incip. ſi hoc quęritur. in 2. dubio vol. 5. & in l. 1 col. vlti. ante fin. C. de edendo Alex. conſ. 53. col. 1. ver. attamen. vol 1. Cateli. Cottã in memor. iuris in verbo, Cõſuetudo indiſcreta.

REGVLA. CXL.

Limita ſeptem modis, vt per Io. Crotum. in rep. §. Diui. l. filius familias. ff. de leg. 1. in col. 25. & 26. quē prius lege in duabus col. precedentibus pro ipſa regula vbi dicit quod licet omnes teneant hanc opinionem, tamen in puncto iuris credit contrariam opinionem veriorem, & diſputādo facile poſſe ſuſtineri, & aliqua fundamēta ſubiungit.

ANNOTATIO.

Adde Bart. Alex. & Iaſ. vbi etiam Claud. in l. ſi quis ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 10. vol. 1. Fran. de Curte conſ. 12. Fulg. conſ. 213. Rolan à Valle conſ. 6. nu. 25. Hiero. Grat. conſ. 95. nu. 2. vol. 1. Mar. Anto. Nattæ con. 474. nu. 15. vol. 2. & notabiliter Anto. Gom. in l. 40 nu. 13. Tauri. Quæ communis & recepta ſententia manifeſtè probatur in l. ea lege. C. de cond. ob cau. dū dicit poſt alienationem competere conditionem ob cauſam, ergo fuit tranſlatum dominium, quia conditiones abhorrent dominium l. fin. ff. vſus fructus quem. caueat. Et vrget ratio, quia pactum de non alienando nititur ſolo pacto: ſed alienatio nititur traditione & pacto, & quia eſt actus perfectior & ideo maioris valoris. Et alia ratio, quia ſicut per pactum ſolum non poteſt transferri dominum. vt in l. traditionibus. C. de pactis cum ſimili. ita nec per ſolum pactum impediri poteſt, ne transferatur. Et regula noſtra probatur in l. 43. ti. 5. par. 5. & ibi Gre. in ver. *Non uale*. Amplia regulam iſtam, vt procedat etiam ſi pœna appoſita ſit in prohibitione alienationis nefiat. ita dicit Bal. in l. vni. pen. col. in fin. C. de his qui pœnę non.

Primo tamen vtiliter limita vt nō procedat, in contractu principis vel alterius habentis poteſtatē legis condēdæ vt ſcribit Imo. in c. finalibus ver. de acc. ſequitur. Abb. in cap. Raynaldus. col. 5. de teſt. Rodo. Saur. allegatione. 9. ver. Primo contractus. fol. 141. quia talis contratus habet vim legis l. pen. C. de dona. inter vir. & vxo. l. Catar. ff. de publi. & ideo cum prohibitio facta à lege impediat traſlationem domini ita videtur in contractu principis. qui habet vim legis ita tenet Claud in d. l. ea lege. col. 6. qui dicit hoc eſſe ex mente Cyni Bal. & Sali. ibi. Aduerte tamen lector candide ne decipiaris, quod limitatio hęc procedit de plenitudine poteſtatis, qua princeps in dubio non preſumitur vti voluiſſe, vt bene probat Carol. Rui. allegans alios conſ. 32. nu. 16. vol. 1. & conſi. 64. nu. 5. vol. 5. & ideo minimè procedet niſi quando certum eſſet Principem vti voluiſſe poteſtatis plenitudine.

Secundo limita, quando is qui prohibuit rē alienari, aliquod ius in ea re ſibi reſeruabit, puta quod hipothecauit rē, quia hoc caſu prohibitio per eum facta impedit translationem dominii tex. eſt not. in l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſt. pig. per quem ita tenet Bar. in l. filius familias. §. Diui. ff. de lega. 1. & in d. l. ea lege. & in l. ſi quis ita ſtipulatus. §. ea lege. ff. de verb. obli. & in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acqui. poſſ. vbi Imo. & Rom. Idem Imo. in d. §. Diui. col. 3. vbi Iaſ. col. 13. Claud. in d. §. ea lege. vbi ſcribit, quod à tali opinione tanquam communi recedendum non eſt. Idem teſtatur Chaſſ. in conſuet. Burg. rub. 11. §. 3. in verbo *Au preiudice*. num. 32. pag. 1404. eandem fatetur eſſe magis communem ſententiam Anto. Fanē. in tract. de pignor. 1. membro. 2. partis. nu. 5. qui late in hac re loquitur & vide Rod. Suar. in dicta allegati. 9. ver. Tertio & ad hoc.

Tertio limita, vt non procedat in pacto de retro vendendo, quod impedit tranſlationem dominii: & venditor cui tale pactum factū fuit, poteſt dictam rem vendi care à quocunque poſſeſſore, illi oblato pretio. ita eleganter determinat Paul. de Caſtro per tex. ibi in l. ſi eum venderet. num. 4. ff. de pig. acti. & idem ſequuti fuerunt Ioan. de Ana in c. conqueſtus. col. 3. verſi. in ead. glo. de vſur. Deci. conſ. 614. col. 2. Bertran. conſ. 86. lib. 4. Ant. Bur.

inc.

in c. ad noſtram. num. 60. de empti. & vendi. Soci. conſi. 80. col. 1. lib. 3. vbi dicit illam deciſionem Paul. de Caſtro dantis in hoc caſu vtilem rei vendicationem contra tertium eſſe multum ſingularem Guid. Pap. cõſ. 49. Ang. Aretī. in §. item ſi. nu. 22. ver. Et per prædicta. Inſt. de excepti. Claud. de Seyſel. Rimi. & ibi quoque Rug. Mota in rep. num. 54. dicens Paul. opinionem eſſe magis communem in l. traditionibus. C. de pact. Hiero. Cagnol. in rep. l. 2. q. 39. C. de pactis inter emp. & vẽdi. Anto. Rube. qui hanc doctrinam reputat eſſe ſing. conſ. 58. incip. Series facti. col. 2. Maſuer. tit. de retractu. verſi. Item retractum petens. nu. 4. Carol. Moli. ad Alex. conſi. 10. lib. 1. Quæ optimo iure Pariſienſi, & Burgundiẽ ſi prætorijs, recepta fuit: teſte Chaſſa. conſ. 33. col. 3. Et in ducatu Sabaudię, vt memoriæ protulit Cagnolus in d. l. 2. nu. 84. quia ſtatuto particulari confirmata eſt ibi lib. 3. ſtatutorũ. c. 16. Ea quæ apud Pictones, conſuetudine admittitur, vt And. Tiraq. refert lib. 2. de retractu § .3. glo. vni numero. 1. Et in praxi ſeruãdam eſſe ex Hiſpanis, affirmat D. epiſcopus Couar. lib. 3. vari. reſol. c. 8. nu. 3. quam ſequitur Bartho. Chaſſa. conſ. 41. col. vlti.

Sunt tamen qui tenent contrariam ſententiam, ſcilicet ex hoc pacto reuenditionis, non transferri dominium ipſo iure oblato pretio, ſine noua traditione; nec rei vendicationem cõpetere: nec rem à tertio poſſeſſore vindicari poſſe. inter cęteros ipſe Paul. de Caſtro alterī opinionis ante ſignatus, ideoq; ſibi parum conſtans in duobus locis locis, videlicet in l. Si a te C. de pactis inter emp. & vend. & conſ. 306. col. vlti. lib. 2. Alex. late conſ. 10. lib. 1. & in addi. ad Bar. in l. 1. ff. de dona. Deci. ſibi contrarius in l. traditionibus. col. pen. ver. ſecunda concluſio. C. de pactis. Fran. Cur. Seni. latiſsime. con. 12. Carol. Rui. cõſ. 32. col. pen. verſiculo Non obſtat. lib. 1. & conſ. 76. col. 3. nu. 9. co libro Raphae. Fulg. in d. l. ſi cum venderet. & in conſ. 123. col. 2. ver. Poſtremo. vbi tamen loquitur de huiuſmodi pacto facto ex interuallo, quod nemini dubiũ eſt. Anto. Rub. ſibi etiam contrarius conſ. 159. incip. Clari iuris eſt. Stepha. Bertrand. ſecum quoq; pugnãs conſi. 316. in fine. 1. dubij. lib. 1. & conſ. 219. incip. Cum ſcriberem. nu. 15. & 16. lib. 2. & conſilio. 68. in addi. illus. paulo ante fin. lib. 3. Hierony. Cagnolus ſecũ palam in cad. l. deſidens, videlicet in d. l. 2. & ibi Claud. ad finem. Zaſius conſ. 12. num. 33. & ſeq. lib. 1. vbi fatetur opinionem iſtam eſſe cõmunem. Iaſ. in l. ab emptione. col. 3. ver. Ex hoc confunditur. ff. de pact. Ioan. Crot. & Ferdi. Loaz. in d. l. filius familias §. Diui. ille fol. 8. col. 1. ver. quinto fallit. hic fol. 22. ver. Quinto limitatur. ff. de leg. 1. Matth. de Afflict. in conſt. regni Siciliæ in conſti. incip. Pacis. col. 6. Alex. con. 232. col. 2. ver. Vemo ad ſecundum. lib. 6. & conſ. 106. lib. 7 Deci. in l. certi conditio. §, depoſiti. nu. 6. ff. ſi certum peta. & iterum conſ. 187. col. 2. ver. Veni o ad ſecundum. Bartholom. Chaſſa. ſibi etiã male conſtans in conſuet. Burg. rub. 5. §. 1. col. 6. cum multis ſeq. Aym. conſ. 12. nu. 7. Ant. Gome. de contractibus. c. 2. nu. 29. Fabia. in tract. de empti. & vendi. q. fin. in vltimis verbis. Catel. Cot. in memo. iuris, in verbo, Pactum de retro vẽdendo. allegãdo Curtiũ. cõſ. 12. qui dicit, quod eſſet diabolicum aliter tenere. Et hanc opinionem communiter receptam eſſe fatentur Rapha. Co. in d. l. 1. ff. de donati. Ioan. à Neuizan. conſ. 88. nu. 8 quo loco ſcribit primam Paul. de Caſtro opinionem cõmuniter reprobari. Quod autem ex pacto de retrouendendo nullũ ius reale, nullumue ius in re, ſed tantũmodo obligatio perſonalis oriatur, poteſt multipliciter probari. Primo. quia pactum hoc in continenti adiectum à cõtractu inueſtitur, & informatur, vt doctores longa manu ſcribunt in l. in bonę fidei. C. de pact. & in l. lecta. ff. ſi cert. pet. & in l. iuris gentiũ. §. quinimo. ff. de pact. cum ſimi. qua proter contractui ineſt vt in d. lectã. Sed contractus emptionis & venditionis perſonalem dũtaxat obligationem parit tex. in l. 1. C. de acti. emp. §. tempore Inſt. de contrah. emp. ergo & pactum quod contractum ineſt, perſonalem tantum obligationem producet, quia non debet vna res duplici &c. l. eum qui. ff. de vſu cap. & acceſſorium non debet diſſidere à principali l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium de regul. iu. lib. 6. Præterea pactum retrouendi eſt pars pretij l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & tenet Bal. in l. ſolam. col. pen. ver. Item interrogatus teſtis. C. de teſt. quomodo ergo pars abipſo toto deſideret. Item eadem eſt poteſtas diſtractus & contractus vt ſcribit Bal. in l. ab emptione. ff de pact. igitur eiuſdem debet eſſe naturæ reſolutio cõtractus cuius eſt ipſe contractus. Item pactum nihil aliud eſt niſi contractus glo. in l. 1. ff. de act.

& oblig.

& oblig. Bal. in rub. C. de pact. Vnde ſicut cõ tractus obligationem perſonalem parit vt in §. earum vero omnium Inſti. de acti. ita & pactũ Porro, cogn itum eſt ex pacto de retro venden do, naſci tatum modo duas actiones, ſcilicet prę ſcriptis verbis, & ex vendito l 2. & ibi glo. C. de pact. inter empto. & vend. Sed ambæ illæ a ctiones ſunt perſonales, vt de ſe patet. & facit tex. in §. 1. Inſt. de acti. ſed quia perſonalis actio duntaxat perſonam contractui obligatam ſequitur, nec dat ius in re vel in fundo l. fidei commiſſum: §. tractatum. ff. de iudi. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. igitur tale pactum mini me rem ipſam afficit. Prętera huius rei verita tem neruoüſsima ratione demõſtro. Nã ſi per traditionem in contractu venditionis transfer tur dominium in emptorem dummodo tradẽs ſit dominus, quomodo ergo ex pacto manere ius in re poterit, quod iam ex traditione in em ptorem tranſlatum eſt. Quibus rationibus in nixus, hanc poſteriorem opinionem exiſtimo eſſe de iure veriorem & cõmuniorem & ideo libenter eam ſequor. Nec refragatur huic ſen tentiæ egregia diſpoſitio tex. qui proprima opi nione adducitur in l. Si cum venderet. ff. de pig. acti. quia ei ſatisfacĩt multis modis Alex. in conſ. 10. lib. 1. Iaſ. in d. l. ab. emptione nu. 8. Cagno. in d. l. 2. nu. 82. Aym. conſ. 12. in numero. 7.

Quarto, limita prędictam regulam non ha bere locum, quando in pacto fuerit cõuentum quod eo caſu quo deuentum fuerit ad aliquem actum alienationis, res ſit inempta, vel vendi tio habeatur pro non facta, quia iſtud pactum reſolutiuum vim habet legis commiſſoriæ, ex quo transfertur dominium ipſo iure. l. cõmiſ ſoriæ. C. de pact. inter em. & vend. glo. in l. 1. in verbo, mortis. ff. de dona. cauſ. mor. l. 3 & tit. 5. par. 5. ita limitat Bal. in d. l. ea leg. Alex. & docto. in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acqui. poſ ſeſſ. Ioan. Anto. Rub. conſ. 58. nu. 1.

Sublimita tamen primo iſtam limitationẽ, vt ſolum procedat, quando tẽpore contractus celebrati, tale pactum à contrahentibus impo nitur, ſecus vero ſi ex interuallo interponere tur ita in terminis tenent glo. in l. ab emptio ne in glo. pen. in fine. ff. de pact. quam repu tat eſſe ſing. & vnicam Paul. ibi. nu. 6. & alij doctores eam etiam ſequuntur Bal. in l. 2. C. communia de leg. Bal. Sal. & Deci. in l. tradi tionibus. C. de pact. Sali. in l. ſi certis annis. C. eoti, Paul. de Caſt. in l. 1. in fine. ff. de do na. vbi eam dicit ſing. Alex. in l. 1. col. 3. ver. Hoc tamen vltimum. & ibi Thom. Parpa. col. 3. ff. ſolu. matr. Anto. Rub. conſ. 58. num. 2. & alij plures ſequuntur quorũ meminit And. Tiraq. lib. 2. de retractu. §. 1. glo. 7. num. 4. & 5. D. epiſ. Couar lib. 3. variar. reſ. c. 8. nu. 1. Anto. Gome. de contractibus. cap. 2. nu. 32. ex quibus patet dictam glo. eſſe communi ter approbatam.

Secundo ſublimita, quando tale pactum cõ ciperetur verbis directis, puta quia dicit res ſit inempta, vel infecta, ſecus ſi ponerentur verba obliqua, puta quod res ad me reuertat, vel mi hi reſtituatur. tunc non trãsfertur dominium abſque traditione, nec pactum huiuſmodi ha bet vim legis commiſſoriæ. vt tenet glo. in ſig nis in l. 1. ff. de donat. & ibi eam ſequũtur Bar. & Paul. idem Paul. in l. 1. col. 2. C. de pactis inter empto. & vend. Curt. Seni. conſ. 12. Alex. in l. Pomponius. §. prętera col. fi. ff. de acqui. poſſe. Iaſ. in d. l. ab emptione. nu. 7. & 8. vbi Bal. Sali. & Paul. Anto. Rub. conſ. 58. nu. 2. Thom. Parpa. in l. 1. col. 3. ff. ſol. ma tr. Ferdi. Loaz. in d. §. Diui. fol. 8. Fabi. in tract. de empt. & vend. q. 7. col. pen. Bart. Chas. conſ. 33. nu. 5. & in cõſue. Burg. rub. 11. §. 3. in verbo, *Et ſil aduient*. nu. 30. pag. 1403. vbi dictam glo. dicit eſſe meliorem de iure: Anto. Gom. d. c. 2. nu. 32. quam ſententiam communem eſſe fatetur And. Tiraq. in d. glo 7. num. 17. & D. epiſcopus in d. c. 8. eam que manifeſte probat tex. in l. 3. C. de pact. inter emptor. & vendi.

Quinto limita, ex aliquorum ſententia, quã do tale pactum de non alienando fuit iuramen to confirmatum. quia hoc caſu impeditur trãſ latio dominij. pro qua opinione faciunt multa fundamenta quæ ſcribit Chaſſa. in loco nouiſ ſime allegato licet ipſe alijs rationibus, (Primis tamen ſatisfaciendo) opinionem contrariam ſequatur & vide Mar. Anto. Natæ conſ. 426. vol. 2.

Sexto limita, vt non procedat quando con uenitur in pacto & dicitur, quod nullo modo poſsit res alienari, quia hęc conditio impedit dominij trãslationem, cum habeat vim decre ti irritantis. vt ſcribit Ioan. Imo. in Clem. 1. col. 8. de ſeq. poſſ. quem refert & ſequitur Fe li. in cap. at ſi clerici. §. de adulter. col. 3. de iudi. Ea quidem ratione, quia dicta clauſula o peratur quod quidquid fit poſt modum ſit nul lũ, & nullius valoris, imo nõ poteſt talis actus con-

confirmari arg. tex. & ibi glo. fi. d. in ca. quorundam. de elect.

Septimo limita, quando prohibetur res alienari ex dispositione contrahentium, quæ tamẽ ex iuris communis dispositione alienari nõ poterat, nam tunc concurrente illa duplici prohibitione, non potest fieri alienatio etiam in casib⁹ alias a iure permissis & sic impeditur trãslatio dominij tex. in auth. de non aliẽ. aut per. colla. 9. & tradunt Ruinus cõs. 23. nu. 11. vol. 5. Hierony. Grat. con. 91. nu. 15. vol. 1. Rod. Suar. alleg. 9. fol. 141. ver. secũdo qa in ꝓpositio.

Octauo limita. quando fuit pactum appositum de non alienando, & in casu alienationis fuit conuentum, quod liceat rem propria auctoritate capere. tunc sanè tale pactum impedit translationem dominij. ita videtur tenere Bar in l. 3. C. de pigno. cuius elegans doctrina ex eo non vulgariter sulcitur quod pactum initum inter aliquos, quod liceat rẽ propria authoritate capere operatur. vt res ipsa tacite hypothecata esse cẽseatur vt dicit Bal. allegãs tex. ibi in l. si creditor. §. fin. ff. de d pig. qui tamẽ tex. non loquitur de pacto inuadendi rem propia autoritate, sed de pacto vendendi rem ipsam. tunc sic, quando in re alienari prohibita, quis reseruauit sibi ius hypothecæ per pactum impeditur translatio dominij. l. si creditor. §. fin ff. de d. pig. ergo & quando dictum pactũ fuerit in contractu appositum & sic limitationem istam sequitur. Chass. d. §. 3. nu. 31. Ioã. Crot. in rep. l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. 1. fol. 10 col. 2. Hic. Grat. cons. 95. nu 8. vol. 1.

Nono limita singulariter istam regulam, vt non procedat quando. ex Taurina constitutione, quæ est 27. pater fecit donationem filio tertiæ & quintæ partis bonorum, & appposuit grauamen ipsius meliorationis inter descendentes, hoc sanè casu: fauore exercentis dictam liberalitatem, dictæ res in quibus tertia & quinta bonorum pars constituta est alienari nõ possunt, nec dominium transfertur, si de facto alienentur⁹ imo ex sola donatione aduenientẽ tẽpore transfertur dominium, in quẽlibet vocatũ in infinitum. ita tradit Deci in simili donatione allegando Spe. in l. traditionibus nu 14. C. de pact. & cõs. 239. col. pe. Aym. cõs. 19⁹ nu. 9. Rod. Sua. alleg. 9. fol. 141. ver. Tertio & ad hoc. Quia illa traditio quæ facta fuit filio ex qua in eũ trãslatũ fuit dominũ. fuit sufficiẽs vt omnibus in infinitum acquiratur: vt docte scribit Deci in d. cõs. 239. Chass. cõs. 52. nu. 53. & doctissimus Tellius Ferdi. in d. l. 27. Tauri. nu. 2. & est Regia. l. 7. ti. 2. par. 5. ibi, *veniẽdo este el tiẽpo ganara la posseſsion y el señorio dela cosa.* Et opinio licet teneda est, licet ab ea recedat Gom. in d. l. 40. nu. 25.

Decimo limita, nisi in contractu venditionis, vel donationis vendatur, vel donetur res ad tempus certũ vel incertũ, hoc modo, trado tibi hac rẽ retinendam per te quoad dominiũ & possessionẽ, quousque cã alienaueris, nam dominiũ & possessio potest concedi ad tẽpus certũ vel incertũ, quo finito reuertitur dominiũ ipso iure ad concedentem. l. fi. & ibi not. C. de leg. Ang. cons. 35. Areti. qui latè disputat in l. qui absenti. §. 1. ff. de acqui. posse. col. 3.

Vndecimo limita, vt minimè procedat dicta regula, quando cum pacto de non alienãdo apponitur pactũ de prẽstando aliquid pro alimẽtis, tunc sanè alimentorum fauore tale pactum impedit translationem dominij, imo si defacto res alienari prohibita alienaretur eius dominiũ in concedentẽ ipso iure transfertur vel in illũ in quem ex contrahentiũ conuentione trãsferri debet ita tenent Fran. Aret. in d. §. 1. per l. 1. C. de dona. quæ sub modo licet Aret. ibi asseueret dominiũ suũ doctrinã istã reprehẽdisse.

Duodecimo limita, quando dominij translatio non esset de facili reuocabilis, tunc prohibitio alienationis impedit trãslationem dominij ita colligitur ex tex. in l. ea quidem C. si mancip. ita fuer. ali. secundũ Bar. & Ang. in d. l. ea lege. Et ea ratione scribit ibi. Bar. q⁹ pactũ de non faciendo rem sacram, vel religiosam valet & impedit illud fieri. de quo vide Addi. Bar. ibi & Abb. in c. Raynaldus col. 5. de testam.

Decimo tertio limita, q̃ndo alienationis ꝓhibitio facta fuisset in iudicio ex Bal. sent. in l. fi. C. de pactis inter emp. & vẽd Quod est verũ quãdo in tali pacto iudicijs decretũ interpositũ est, qa tale decretũ operat q⁹ iudex ipse ꝓhibuisse videat arg. l. 1. § omnia. C. de veteri iure enuele. ca. Si apostolicę d preb. lib. 6. Et iudicis ꝓhibitio est impeditiua trãslationis dñij l. si scies. ff. de cotrahẽ. emp. not. egregie Anto. Rub. cons. 146. num. 6.

Decimo q̃rto limita istã regulã, in omnib⁹ casib⁹ inq̃b⁹ dominiũ trãsferri solo pacto, absq, traditiõe, qa in omnib⁹ illis, ꝙ solũ pactũ potest ꝓhiberi trãsla. dñij. ita scribit Bal. in l. peto. § fratre. 5. op. & ibi Imo. ff. d leg. 2. Ias. in d. l. ea l. Hie. Gra. cõs. 95. n. 5. vol 1. Vnde cũ in eccle. domi. sine tradi trãsf. l. fi. C. d sac. ecl. si in cõ. celebra-

tocum

to cum ecclesia pactũ appositum fuerit de nõ alienando, tale pactum impedit dominii translationem.

Decimo quinto limita, quando vltra dictum pactũ dictum est vt is in quem ea lege res trãsfertur, constituat se nomine cedentis possidere si eam rem alienauit, continuo secuta alienatione dominium redit ad illum priorem cedentem: nec valet alienatio ita Bar. Paul. Alex. in d. l. qui absenti. §. 1. ff. de acq. poss. cum multis alleg. à Tiraq. de iure consti. prima par. num. 31.

REGVLA. CCIX.

Dominium rei meę non potest Princeps auferre per rescriptum. glo. est notanda quę ad hoc probandum citatur passim in l. fin. C. si contra ius vel vti. publi. De qua materia vide singulariter per Felt. in c. quę in ecclesiarũ. de const. col. 9. cum plurib. seq. Et vide l. 2. ti. 1. par. 2.

Amplia, nedum hoc procedere in dominio directo, sed etiã in vtili, quod habet emphyteuta, feudatarius, vel superficiarius. ita sing. not. Bar. in leg. quicunque. C. de fundis patr. lib. 11.

Limita tribus modis, vt per Iaf. in d. fi. col. 1. vltra alios quatuor, quibus ibi glo. restringit se ipsam.

ANNOTATIO.

Adde tex in l. 3 C. de testam. & in l. ex imperfecto. ff. de leg. 3. quibus disponitur ex imperfecto testamento principem non posse, nec debere legata vel hæreditatem capere. Et ratio est quia in easpecie ex testamẽti nullitate, ius legitimis hęredibus quæsitum auferretur. Et adde tex. in l. si testamentum. C. de testã. vbi testamentum perfectum ex principis rescripto rescindi non potest. Et licet scribentes ibi eam huius rei rationem esse tradiderint, quia testandi substantia sit de iure gentium. & Dec. con. 403. nu. 14. & D. episco. Segobien sis lib. 3. vari. resol. c. 6. num. 7. Hæc tamẽ ratio parum tuta est, vera quidem ratio ex eo procedit ne ius alicui quæsitum auferatur vt melius tenuit Soci. nep. con. 63. num. 3. lib. 2. Ne etiam iusta defuncti voluntas violetur cõtra piissimam decisionem tex. in l. 1. C. de sacro. eccle. Et adde tex. in l. si donationem. C. de reuocan. dona. *si donationem* (inquit textus) *recte feceris, hãc authoritate rescripti nostri rescindi non oportet.* Et quod dominium rerum priuatarum a principe tolli non possit nisi ex causa vtili Rei publicæ probat tex. in l. itẽ si verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædi. Bar. in l. viti. C. si contra ius vel vti. pub. & tacit elegant ter Fortunius in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de lib. & posth. col. 138.

Primo tamen amplia istam regulam, vt nõ solum procedat in dominio quæsito de iure gẽtium, verum etiam de iure ciuili, quia multis responsis principes ipsi fatentur se non posse aliqua facere, quæ tamẽ in eisdem casibus principaliter iuri ciuili contraria erant l. causas. C. de transact. l. 2. C. de incest. nup. l. vltima. C. sent. rescind. non posse. l. authoritate. C. vnde vi. Et facit ratio tex. in l. si quando. C. de inoffici. test. ibi, *Nec credendum est Romanum principem, qui iura tuetur.* &c. Et ampliatio ista ex eo non vulgariter fulcitur, quia dominium semel quæsitum, etiam aliquo modo iuris ciuilis, dicitur semper quæsitum de iure gẽtium. ita tenet Bar. in l. 1. ff. de acqui, rerum dom. Iaf. in l. ex hoc iure. nu. 43. ff. de. iusti. & iure. Ex quo sequitur allucinatũ fuisse Bal. contrarium tenentem in l. fin. nu. 9. C. sent. rescin. non poss. & Ang. in l. Lucius. ff. de euicti. quorum opinionem nouissime impugnat insignis Aria. Pinelus, qui inter nostræ ætatis clarissimos iuris consultos non infimum locum habet in rub. C. de resci. vend. ca. 2. nu. 4. par. prima.

Secundo amplia vt procedat, etiam si in tali rescripto princeps auferendo ius vel dominiũ alterius, vtatur clausulis non obstante proprio motu: & similibus clausulis, quæ inseri in rescriptis solent, quod sane sine clausulis illis iuste facere nequit, eisdẽ interpositis iniquũ esse nõ desint. nec enim verba quæ ãlia sint reiveritatem mutare possunt, vt manifestissimum est Igitur dictæ clausulæ illum effectum operãtur vt maiorem significationem Principis voluntatis nobis exprimant, & ea ratione iudices diligentius exequãtur non autem quod de se iniquum est iustificabunt, nec principis potestatem

tē augebunt. Q id enim hæc prohibitio operaretur, si tanta facilitate tolleretur ntpe superiorib⁹ clauſulis in reſcripto impoſitis. Ita ſentit Andreas Alci. conſ. 298. n. 8. & melius Zazius conſ. 10 nu. 7. vol. 2. Quo fit vt opinionē iſtā veriorē eſſe cenſeā contra glo. in d. l fi. C. ſi cōtra ius vel vti. pub. & contra Pal. in d. l. vlti. nu. 4. C. ſent. reſcind. nō poſ. Abb. cōſ. 84. col. 2 lib. 1. Ec li. inc. nōnulli. nu. 8. de reſcrip. And. de Iſer. & Matth de Affli. in c. 1. de prohi. feud. alien. per. Fed. Alēx. cōſ. 216. nu. 16. lib. 2 & in l. ſi quis iniquā. §. is pro quo nu. 6 ff. ꝙ quiſq; iur. Deci. cōſ. 269. col. 4. Paul. de Caſt. & doct. in d. l teſtamentū C. de teſt. Alci. in tract. præſ. reg. 3. pręſu. 11.

Tertio amplia, ꝙ etiā in caſibus in quibus, legitima cauſa ſubſiſtēte, princeps poſſit dominiū, vel rē alterius auferre, neceſſaria ſit æquiualēs ſatisfactio rei, quę alicui fine ei⁹ culpa auferetur. ex celebri Inno. ſentētia in c. niſi cū pridē. col. 1. ver. Nō dicimus. de renūtiati. quā extollūt Iaſ. in d. l. ultima nu. 2. C. ſi cōtra ius vel vti. pub. Feli. in c. quæ in eccleſiarū. n. 28. de conſti. Alex. conſ. 151. nu. 3. vol. 6. Bertrā. cōſ. 304. nu. 4. lib. 3. Matth. de Affli. in c. 1. §. ſimiliter. nu. 19. de capita. qui cur. Et colligitur ex glo. in l. Barbarius. in verbo, multo. ff. de offici. præto. vbi Iaſ. nu 36. & ex Bar. in l. vlti. ff. de pigno. acti. quibus ſuffragatur tex. in l ſi venditor. §. ſi conſtat. ff. com. prædibi, *Non aliter faciat, niſi prius ſolitum ſalariū domino præſtet.* quem tex. dicit meliorē de iure Bar. in proœ. ff. nu. 5. Ioan. Cerier. in tract. de primogenitura. lib. 3. q. 7. nu. 5. Deci. in l. id ꝙ noſtrū. ff. de reg. iur. & cōſ. 520. nu. 10. Aym. Sauil in tract de antiqui. tēpo. 1. par. in prin. quo loco multa lectu nō indigna circa principis poteſtatē congeſſit. Et hoc etiam probant Regiæ leges l. 2. ti. 1. par. 2. ibi, *Te mudo es por derecho de darle antes buen cambio que nada tanto o mas.* & l. 31. ti. 24. par. 3. ibi, *dandole cambio por ella primeramente o cōprando ſe la ſegun que ualiere.* Quam doctrinā, quo ad obligationē ſatisfactionis multis modis limitauit Matth. de Aff. d §. ſimiliter nu. 24.

Quarto, amplia vt regula hæc procedat etiā de plenitudine poteſtatis, cū hoc nomiē abſolutę poteſtatis iuri cōtrariū ſit, & merito à iuris cōſultis omnino ablegādū, ꝙ ad iuris tractationē nihil pertineat, ꝙ princeps ipſe vi, & terrore poteſtatis facere poteſt: vt elegāter probat Fortunius fortunatiſſimi ingenii, Hiſpanus in l. Gallus §. et quid ſi tantū n. 290. ver. Ego vero. & n. 301. & ſeq. & n. 311. D. epiſ. Seg. lib. 3. variar. reſol. c. 6. n. 8 Car. Moli. in addi. ad Deci. in c. quę in eccleſiarū litera t. de cōſt. Ari. in rub. C. d reſci. vēd. c. 2. n. 25. Scio quidē bonū principis poteſtatē ad tutelā ſubditorū ad iuſtitiā miniſtrandā eſſe ampliſſimā, cæterū vt iniuria ſubiectis fiat, illic principis poteſtatē non agnoſco, ſed tyrānī. principis enim mēs talis eſſe dēbet, q̄lis eſt legū cādor & ratiōis naturalis integritas teſte Bal. in c. 1. col. 2. apud quos contro. in veſti. Qua ratione eā abſolutā poteſtatē eſſe in principe negat And. Alci. in l. cēſore. ff. de ver. ſigni. & colligit ex Bar in d. l. vlti. nu. 2 ad finē. C. ſi contra ius vel vti. pub. ibi, *Non dedit eis deus iuriſdictionē peccādi, nec auferendi alienū.* & ibi Alb. nu. 12. Imo ex ea abſoluta poteſtate magis diceret tyrānus ſecūdū Coras. in Rep. l. frater. nu. 71. ff. de condi. inde. qui potuerat allegare glo. in Cle. 1. de baptiſ. Ioā. de Imo in rub. ff. de verb. oblig. col. 4. Et ex vſu talis poteſtatis princeps mortaliter peccet, vt cēſet Cur. Seni. conſ. 48. col. fin. Moli. in d. c. quæ in eccleſia. in addi. ad Deci. d. litera t. Ant. Cap. Nea. decis. 166. n. 15. Eaq; poteſtas abſoluta in bonis ſubditorū Chriſtiani principis non eſt ſed poti⁹ Turcarū, vt agnoſcit Dñicus Soto, vir religione, pietate, & literis inſignis lib. 4. de iuſti. & iure q. 4. art. 1. col. 4. Quibus accedit ꝙ clauſula hęc de plenitudine poteſtatis hoc tēpore, veluti de ſtyli cōſuetudine, in omnibus prope literis principis inſeri, & ſæpenu. impertinēter ſcribi conſueuerit: & ideo non eſt tāta vis in ea conſiderāda. Vnde dicit elegāter Bal. conſ. 297. in prin. 3. part. temerariā iſtā & abuſiuā cautelā, qua principes hodie huiuſmodi clauſulis in reſcriptis ſuis impoſitis vtunt, in totū ab aula eradicari nec ita in vſu frequētandā eſſe: ſubiūgēs dictā clauſulā, de plenitudine poteſtatis, non aliter quā de laudabili & bona, & nō de vituperabili & tyrānica poteſtate intelligēdā. idē ſcribit idē Bal. conſ. 345. inci. Ad euidētiā. col. 2. lib. 1. Et quādo Princeps vtitur plenitudine poteſtatis ad malū, non dicit plenitudo poteſtatis, ſed tēpeſtatis: vt dicit Car. Med. in Cle. paſtoralis de re iud. Et prædicta. clauſula de plenitudine poteſtatis, fuit ab adulatorib⁹ monarcharū conficta, q̄, nec popul⁹ Roman⁹ vnquā vſus fuit, nec Iuli⁹, nec Octauia. quidē Auguſt⁹, vt teſtatur Caro. Mol. in d. litera t. Hic ſequitur ꝙ cū princeps p̄ſumat iuſtitię plen⁹ l. 2. §. ſi qs à pncipe. et §. merito ff. ne qd in loco publico Nec aliud ipſe vult, niſi q̄ iura ſua volūt l. ſi quādo

C. de inoffici. teſt. §. vlti. Inſti. quib. mod. teſt. in fi. c. cauſam. de reſcriptis c. iuſtum. 9. diſt. Quod procedit etiam ſi neceſſe ſit verba impropriari cap. Super. c. de offici. de leg. Et nunquam per ſua reſcripta intēdit aliquē pergrauare c. ad aures de reſcrip. c. ex multiplici ꝺ dcim. Si ipſe in ſuis reſcriptis vtaꝛ dicta clauſula, ꝺ plenitudine poteſtatis nō ſequitur. ꝙ voluerit præiudicare tertio, aut ius alteri⁹ in teruertere vt benè ſcripſit Bal. in l. 2. q. 6. C. de ſeruit. & aqua poſt. Inno. in c. bonę. de electi. vbi ſcripſit ꝙ per dictā clauſulā nō cenſeꝛ Princeps alterius poſſeſſionē interuertere. idē tradit Bal. in prælud. feud. col. 14. & in auth. hoc inter liberos. C. de inoffi. teſta. & in l. fi. C. ſent. res. non poſſ. Iaſ. in l. ex facto col. 2. not. 4. ff. de vulga. Corne. cōſ. 189. col. pen. circa medi. lib. 4.

Ex quo fit, reijciendā & omnino extermi nandā eſſe, inhumanā illā & crudelē doctorū opinionē, quæ princi. tribuit pleniſsimā & abſolutā poteſtatē, illā ab ordinaria diſtinguēs, vt ex illa omnia poſsit et facta ab eo mētione in reſcripto talis poteſtatis, exceptio nulla obijci poſsit. Sic placuit Ang. in l. itē ſi verberatū. §. 1 ff. de rei vēdi. Abb. cōſ. 84. lib. 1. Bal. in l. 2. C. de ſer. fug. Alex. cōſ. 216. nu. 24. lib. 2. Iaſ. cōſ. 107. col. 2. lib. 4. Deci. qui plures idē tenētes allegat cōſ. 269. n. 24. Goza. cōſ. 5. n. 25. Caſtal. in tract. de Impera. quæſ. 98. & lati⁹ quęſ. 110. Hip. in l. de vnoquoq; n. 16 ff. de re iudi. Ant. Ca. Nea. decis. 166. n. 10. & ſeq. Mat. de Affli. in c. 1. §. veriſimiliter n. 42. de c. q cur. vēd. Aeg. Boſſ. in tra. delictor. ti. de prin. n. 25.

Quinto Amplia hāc regulā, vt nō tantum ꝓcedat in dominio bonorū profanorū, verū etiā in iuribus ſpūalibus ꝙppe Sūmus eccleſiæ Præſul ſine iuſta & legitima cauſa nō poſsit, aliquē priuare epiſcopatu, vel beneficio, canonice obtēto, ita ſing. ſcripſit Inno. in c. niſi cū pridē. col. 1. in fine. ver. Nos dicimus ꝺ renūt. Bal. in c. 1. n. 1. ver. Et eſt argu. de natur. feud. Abb. 1. quęſ. Ro. cōſ. 345. & cōſ. 467. Barb. in c. ꝙ trāslationē. nu. 121. de offi. lega & cōſ. 13. col. 5. lib. 3. Iaſ. in d. l. vlt. col. 2. Ripa. in lib. 1. reſp. de legibus c. 14. col. pe. Ioā. Cerier. in tract. ꝺ primoge. lib. 3. q. 7. q alios refert idē ſequētes Caro. Moli. in addi. ad Deci. in c. quæ in eccleſiarū. litera. V. de cōſti. Ludo. Gom. in reg. cancel. Ro. reg. de nō tollēdo iure quæſito. q. 1. Probus in addi. ad Ioā. Monac. in c. 2. de præb. lib. 6. n. 1. Ioā. de Sel. de benefici. 3. par. q. 60. Mar. Ant. Nattæ conſ. 259. n. 9. vol. 2. Petr Reb. in tract. nominationū q. 21. prin. nu. 55. pag. 150. Ariā. Pinel in 1. par. rub. C. de reſcind. vend. c. 2. n. 30 cui opinioni no uiſsime ſe ſubſcribit Domi. Soto lib. 3. de iuſ. & iu. q. 6. art. 2. pag. 260. col. 2. Pro qua opinione facit tex. in c. 1. de cauſa poſſe. et ꝓprie. vbi ſponte fatetur Papa, ſe no poſſe ꝓcedere cōtra aliquē mauditū, nec eū ſpoliare. & tex. in c. nos in quenquā 2. q. 1. quę iura ad quęſtiones beneficiales applicāda ſunt, de his ſane ſę piſsimè iura canonica tractāt. Et opinionē iſtā tenendā eſſe ſuadet honeſtas, eccleſiæq; qes ſuadet, quæ ex contrario mutatis quotidie paſtoribus turbaretur. Nec enim circa Pontificē ſummū eſt eccleſiaſticorū beneficiorū domiuū, ſed penes deū optimū maximū. vt tenet Caie. in 2. 2. q. 43. ar. 8. & nouiſsimè Mar. Nauar. in tract de red. eccleſi. q. 1. fol. 6. nu. 21. pro quo eſt tex. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. vbi vide Archid. & Deci. in c. epiſcopus. col. 2. de præb. Abb. & Deci. in c. conſtitutus. de reſcript.

In contrariā tamē ſententiā, itum eſt a plæriſque exiſtimātibus, poſſe Romanū pōtificē quēlibet ſuo epiſcopatu, vel beneficio, nulla cauſa ſubſiſtente priuare ſcripſere glo. in cap. per principalē. in verbo, ad nos. 9 q. 3. Feli. in d. c quæ in eccleſiarū. n. 40. & ibi Deci. n. 26. q allegat multos opinionē iſtā tenentes Soci. cōſ. 13. n. 34. lib. 1. Barb. in tra. de præſt. Car. 1. q. n. 14. Bal. ex more ſibi cōtrari⁹ in l. reſcrip. n. 7. ad fi. C. de preci. impe. offer. Iaſ. in l. Barbarius. nu. 43. ff. de offi. præ. Rip. lib. 2. reſp. c. 19. n. 5. Gemi. in c. ſi gratioſe col. 3. poſt. med. poſt glo ibi de reſcrip. lib. 6. & cōſ. 8. col. 3. & cōſ. 53. col. 1. circa mediū & cōſ. 99. col. 2. & cōſ. 120. col. 1. & cōſ 141. col. 7. Federi. de Senconſ. 200. col. 1. poſt. med. Paul. de Caſ. conſ. 414. nu. 4. vol. 1. Alex. conſ. 2. n. 20. ver. Non obſtat. lib. 1. Cor. con 90. col. fi. lib. 4. Calc. cōſ. 7. col. 18. in fine. Hie. Gig. in tract. ꝺ pēſi. quæſti. 10. n. 4. & quæ. 37. col. 1. Ant. Burg. licet dicat rigidā eſſe opinonē in rub. ꝺ emp. & vēd. n. 18. Ioā. de Selua de bene. 2. par. q. 1. n. 42. q latè loqtur Aymo. Sauil. in tra. de antiq tēpo. 1. par. § Nō omitto. n. 37 fol. 12. col. 4. quo loco iſtam opinionē fatetur eſſe veriorē de iuris rigore. Qui fere omnes allegāt in hāc ſententiā tex. in c. 2. de præbē. lib. 6. & Clem. 1. in fine vt lite pend. ibi. *Salua tamen in præmiſſis omnibus Rom. pontificis poteſtate, ad quem eccleſiaſticarum perſonatuum, dignitatum aliorū que beneficiorum eccleſiaſticorum; plena & libe*

ra diſ

ra dispositio, ex suæ potestatis plenitudine nosci tur pertinere. ex q̃bus iuribus inferũt maxime Selua. in d. q. 1. num. 43. & Gigans d. q. 37. num 3. Romanũ Pontificem in beneficialibus causis posse procedere parte non citata: id que sequitur Abb. in ca. inter quatuor. nu. 1. de maior. & ouidi. Petrus Paul. Parisi. cons. 5. nu. 55. & nu. 11. lib. 4. iuxta regulam tex in l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur.

Ego vero, vt meum qualequale sit iudicium interponam, licet videam hanc posteriorem opinionem communem esse, primam tamẽ sententiam, quousq; sacrosancta Romana ecclesia contrarium iudicauerit, veriorem esse de iure censeo. Cui minimè aduersantur Pontificiarum põsa d. Clem. 1. vt lite. pen. & cap. 2. de præb. lib. 6. & similia iura probantia Romanum põtificẽ plenissimam in beneficijs ecclesiasticis habere potestatem: idq; sonat verbũ *disponere*, quo illa iura vtuntur. quia illa verba, plenissimę potestatis, tantum significant non esse in terris superiorem. tex. in c. patet. & in c. nemo iudicauit. & in c. facta. 9. q. 3. Nemo Sane de factis summi Pontificis potest in terris iudicare vt ibi. Et sic plenitudo potestatis, quam in beneficijs ecclesiasticis Papa habet, respicit facultatem illam conferendi vt sibi placuerit, non autẽ postquam alteri ius quæsitum est illud reuocare, vt doctissimè cõsiderat Mar. Anto. Natta cons. 268. nu. 9. vol. 2. Libera enim potestas in illis iuribus dicitur, quia ab alio non dependet, nec ad alium spectat arg. l. 1. C. de sacro. eccle. Quæ etiam ratio vrget nimis vt idẽ fateamur, quo ad priuandum: solus enim Papa cum causa potest, cui maximè spectat causas discernere dignas beneficiorum priuatione. ex Abb. sententia quæstione 1. col. 7. ver. Ex quibus. Causa autem legitima non subsistẽte, priuare aliquem beneficio non potest, nec verba, amplissimæ potestatis, dictorum iuriũ inducere possunt, ut quod alias iniustum & illicitũ est, iustificetur, ratione diuini & naturalis iuris obstante. sic ni fallor salua in omnibus Romani põtificis authoritate dicta iura sunt interpretanda. Nec Carol. Molinei opinio recipienda est, qui in reg. Cancel. Romanæ reg. 34. de publi. resigna. num. 213. pag. 353. indistincte impudenter negat Romanũ pontificẽ hanc plenissimã in ecclesiasticis beneficijs habere potestatẽ, & dicit opinionẽ suã tenendã esse quidqd (vt ille inquit) Canonistæ garritẽt Audacis profecto & cõsidentis ingenij Carolus, qui cõtra apertissima sacra canonica decreta ta temere loquitur, & solus cũ tot præstantissimis viris ausus est aperto marte congredi atq; manum cõserere & calamum, Cum nec Hercules contra duos, vt est in prouerbio. & Catullus in carmine nuptiali fabriter commonefacit dicens.

Noli pugnare duobus.

Et vide Aurymachum de Vlysse eiusdem operis lib. 2. Aduersus duos, inquit vn⁹ nihil potest Et Them. lib. 16. Difficile est (inquit) viro forti cũ pluribus pugnare. Vnde sumptũ videri potest natũ aliud vet⁹ adagiũ cui⁹ Plato meminit lib. 11. d̃ legib⁹ *Arduũ est aduersus duos pugnare.*

Sexta ampliatione, quæ ex quinta emanat declara regulã, vt procedat etiã in officijs a principe cõcessis ad vitã, vel vsq; ad certũ tẽpus: hęc sane legitima causa nõ subsistẽte, ante tẽpus auferri à principe nõ possunt: militãt enim in hoc casu rationes & iura iã adducta, maxime qa doctores q se cõtrarię opinioni subscripserũt eo argumẽto vtũtur de beneficijs ad officia, cuius argumẽti vim ex superioribus soluimus: & sic opinionẽ istã existimo esse d̃ iure veriorẽ, licet cõtrariã tenuerint Bal. in l. rescripta. C. de precib. impera. offe. Tho. Gram. decis. 46. nu. 2. Ioan. Lup. in rep. rub. de donati. inter. vir. & vxo. in prin. n. 7. Mat d̃ Affli. in c. 1. in verbo. Potestas. n. 14. quę sint reg. lib. 3. feud. Boer. d̃cis. 149. n. 18. Rod. Suar. alleg. 12. fol. pe. & vlt. Paul. in l. digna vox. n. 6. C. de legi. & in rub. C. de Iustinia. cod. cõfir. Deci cõs. 292. n. 7. & cõs. 390. n. 7. Mat. de Affli. decis. 128. n. 10. Rub. in l. Gal. § et q̃d si tantũ col. fi. n. 128. ff. de lib. & posth. Et etiã si istorũ opinio esset vera limitãda tamẽ esset in officijs cõcessis ob seruitia, vel bene merita. Secundũ Ant. Capi Nea. decis. 121. n. 15. & So. cõs. 58. n. 9. lib. 1. Bal. in l. si cũ mihi. ff. d̃ dolo. Mat. de Affli. in d. § potest n. 23. & in c. 1. n. 24. de natura feud. Feli. in c. nouit. n. 12. d̃ iudi. And. Tir. in l. si vnquã. in verb. donatione, n. 13. C. de reuo. dona. Rod. Suar. alle. 9. pag. 3. Pal. Rub. in d. rub. §. 30. nu. 5.

Septimo amplia, vt nec possit Princeps d̃rogare clausulis modis vel cõditionib⁹, ab instituente maioratũ, vel capellaniã in institutione interpositis: maxime q̃ndo ius tertio acquisitũ auferretur. ita tenet Arch. in c. Episcopus. 88. dist. Rom. Fulg. & Corn. in l. si testamentũ. C. de test. Aymõ. cons. 296. lib. 2 Deci cons. 357. nu. 5. & cõs. 403. nu. 14. & con. 557. nu 5. & cõs. 519. nu. 5. Marti. Laud. in tract. de priuile §. 22. quã opinionẽ fatẽtur esse Cõmunem Cornei. in d. l. testamentum & D. Episcopus Segobiẽ. lib. 3. var. resol. c. 6. nu. 6. Ex quo seq. deceptũ

fuisse Curti. Iuni. qui contrarium consuluit cons. 1. num. 20. & 22. quem merito D. Episcopus in loco nouissime allegato increpat, quanuis vltra eum, Curtij Iunioris respōsum sequuti fuerūt Hiero. Grat. con. 9. nu. 171. lib. 1. Paris. cons. 4. nu. 42. lib. 1. qui meritò sunt reprehendendi sed maxime Deci. con. 269. nu. 7. quo loco scribit, posse Principem admittere aliquos contra tenorem antiquæ scripturæ inuestituræ, excludendo eos qui ex illa vocabantur. Sed opinionem nostram non mediocriter fulcit quod voluit Bal. in l. vni. nu. 31. C. quādo non peten. par. dicens non posse principem nocere eis qui ex inuestitura admittūtur Mat. de Affli. lib. 3. constit. rub. 24. nu. 6. Deci. cons. 537. nu. 5. Soci. nep. cons. 65. nu. 3. lib. 2. Pari. cons. 22. nu. 49. lib. 1. Quod si princeps testamenti priuati leges clausulas vel conditiones mutare velit, nō poterit id alioqui agere, quam si id fiat causa publicæ & non priuatæ vtilitatis secundum Deci. in locis in principio huius septimæ ampliationis allegatis ex Bar. in proœm. ff. & in l. vlti. col. 1. C. si cont. ius vel vtt. pub. Aliter equidem si princeps id sine causa faceret, a peccato non excusaretur quia faceret contra legem naturæ, quæ vetat vllū suo iure ac dispositione suæ rei priuari nō posse ordinarie sine iusta causa c. 1. de prob. c. sunt quidam. 25. q. 1. & traditur latè per docto. in c. quę in ecclesiarum. de consti. & nouissimè per insignem doctorem Marti. Nauarro in tract. de reditib us eccle. q. 1. fol. 10. nu. 37.

Qua ratione potētissimi Hispaniarū Reges summi iustitiæ cultores, nūquam has mutationes vel derogationes admittunt, nisi ex legitima & rationabili causa & ea lege ne alicui præiudicium generetur.

REGVLA. CCX.

Donans seu liberalitatem exercens habet priuilegium vt non exigatur, vltraquam facere possit. tex. in §. sed & si quis. Inst. de acti. & in l. inter eos. ff. de re iud. ver. Is quoq;. & in l. ne liberalitate. ff. eo. ti.

Limita hanc conclusionem vnico modo, vt per Iaſ. in d. l. inter eos., ver. is quoque. 1. col. videlicet, vt procedat in promissione de donādo pura & simplici, secus si in ob causam donatio est Hanc limitationem probat, cōfirmat impugnat & demū defēdit Iaſ. vbi sup.

Sublimita hāc limitationem, vt per Iaſ. in d. §. sed & si quis. dupliciter post Fab. ibi.

Primo, nisi donatio ob causam respiciat solum fauorem recipientis, & nō dantis, ita quod in nihilo & esset vtilitas dantis: vt casu quo dono tibi centū vt emas tibi domū vel in dotem: ita intellige l. si extraneus. ff. de iure dot.

Sublimita secundo hanc limitationē, nō procedere, quādo donatio facta ob causā etiam concernentē fauorē dātis excederet ipsam causam, & sic esset maior datio causa ipsa: quia in eo quod excedit est mera donatio, et habet locū dictum priuilegiū de quo in regula diximus Iaſ. in d. §. sed & si quis. pe. col. vbi dicit se credere istam merā veritatē & eam non inueniri alibi inclusam.

ANNOTATIO.

Adde & limita secūdo istam regulam, vltra autorem nostrum, vt minimè procedat quando donans ipse semel rem donatam tradiderit, ita quod iam sit liberatus, si postea res ipsa ad donātem fuerit reuersa, eamq; donatarius ab eo vendicet, non poterit donās vti eo beneficio, ne conueniatur, nisi in quantum facere potest tex. egregius in l. Nensennius. §. Iundum. & ibi glo. in verbo, donauit. ff. de re iudi. Idem etiā dicendū esse censeo si ab initio donans se cōstitueret possessurum nomine donatarij, qui postea rē ipsam ab eo petit, nō poterit donās eo vti beneficio, nō magis quā si semel rē realiter tradidisset. id expresse voluerunt Bal. Ang. & Roma. in l. filio famil. in 2. ff. Solu. matri. A lex. qui id dicit singul. in d. §. fundū & ibi quoq; Iaſ. 1. not. & iterum in fin. Quam limitatio nē non vulgariter cōfirmat, nā & si maritus in dotis restitutione habeat priuilegium ne conueniatur, nisi in quantum facere possit. l. maritum. ff. Solu. matri. l. patronus. §. item maritus. ff. de re iudi. Etiā si res ipsa dotalis sit apud eū per tex. in d. l. filiofami. & ibi not. Bar. qui negat alibi ita bene reperiri si tamē marit⁹ ipse eā rem Semel vxori tradiderit (nam id faciens videtur renūtiare illi priuilegio) ita vt si postea res ipsa dotalis ad eum perueniat, cogi poterit vt illam

illam restituat, nec frui dicto priuilegio poterit l. nam & maritus. ff. de condi. indeb. & facit quod in simili traditur in auth. Sed cum testator. C. ad leg. Fal. Quod si maritus ab initio dotem capiens, eamq; promittat reddere soluto matrimonio. & sese constituat in eum casum possidere nomine vxoris, spar est, ac si eam vere tradidisset. ideo nec vti poterit eo priuilegio vt egregie voluit Bal. in d. l. filio fami. ante medium & ibi quoque Paul. de Cast. col. 2. And. Tiraq. in tract. de iure constit. 1. par. num. 29. Qua ratione cauti tabelliones, in eis instrumentis in quibus mariti soluto matrimonio restituere dotem obligantur, vilissimum erit vt dictam clausulam imponat, ne in casu restitutionis dotis dicto priuilegio iuuentur.

REGVLA. CCXI.

Donãs potest pactum reuocare, seu remittere donatario in prejudicium ecclesię, cui post mortem ipsius donatarij acquiri voluit. Est singularis decisio Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. obligati. & est vera & communis conclusio secundum Iaſ. ibi. col. 6. qui eam confirmat nu. 15. & 16.

Limita hanc regulam tribus modis notabilibus, vt per eundem Iaſ. in d. §. Flauius. col. 6. 8. & 9. vbi prædictas tres limitationes latè examinat.

ANNOTATIO.

Adde Bar. qui idem scribit in l. si quis. ff. de seru. expor. Imo. col. vlti. Cum. Alex. nu. 8. Areti. Soci. & Zazium in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. quo loco Soci. num. 16. hanc fatetur esse communem sententiã, et Iaſ. in l. vlti. nu. 5. ff. de pact. Bartho. Soci. conſ. 115. nu. 12. lib. 4. eandem dicit communem sententiam. D. Episcopus Segob. lib. 1. vari. resol. c. 14. num. 7. Petr. Dueñas in reg. 216. And. ab Exea qui singulariter loquitur in rub. ff. de pactis num. 143. Circa quam vide elegantèr Paul. Pariſi. conſ. 77. nu. 15. lib. 1. Cor. conſ. 50. num. 14. lib. 1. Mari. Soci. Iuni. cõſ. 118. nu. 13. lib. 2.

Hanc regulam, vltra authorem nostrum, cũ 6. limitationibus scripsit Zazi. in. d. §. Flauius. nu. 7. Eandem regulam cum. 8. limitationibus scripsit Andreas ab Exea in d. rub. à numero. 151. vsque ad numerum 177. vbi eam docte interpretatur.

Quamuis contra regulam hanc Bar opinionem impugnando, tenet Paul. de Caſt. poſt. doctores quos ipse allegat in l. si cum venderet ff. de pigno. acti. & in l. si insulam. §. 1. ff. solu. matri. & in l. si pecuniam. in prin. & ibi Roma ff. de condi. ob cauſ. Imo. Alex. & Iaſ. in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. & Bar. opinionem multis rationibus impugnat Rode. Suar. in l. quoniam in prioribus. 8. quæſti. nu. 1. cũ ſeq. fol. 102. col. 1. vbi asserit eam communiter reprobari, & allegat. l. 7. ti. 4. par. 5. idem Suar. alleg. 19. col. 3. fol. 146. & contra Bar. teſtantur esse cõmunem sententiam D. Episcopus in d. nu. 7. & Guil. Bened in rep. ca. Raynuntius. de teſtã. in verbo, Si absque liberis. 2. nu. 23. Quibus suffragatur tex. in l. quoties. C. de dona. quæ sub modo, dum probat tertio ex pacto donationi adiecto actionem vtilem dari, & ius statim illi acquiri: hoc verò ius ab eo tolli nequit absque eius consensu per l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. sicut. C. de acti. & obliga. & alijs multis rationibus Bar. impugnat D. Episco. in d. loco. & ea ratione ipse hanc opinionem contra Bar. tanquam magis communem sequor, licet vltra supra allegatos Bar. opinionem sequatur Gregor. in l. 7. in ver. El otro. tit. 4. par. 5. Et circa hanc contro uersiam vide late Gome. in l. 40. Tauri nu. 39. qui pro vtraque parte plurima refert, tandẽ a Bar. recedit.

REGVLA. CCXII.

Donatio facta inter viuos per patrẽ filio, nõ imputatur ei in legitima, nisi expresse dictum sit. probat tex. & ibi hoc not. Bar. in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffic. test. vbi dicit Iaſ. q̃ ista regula ꝓbatur in illo tex. melio quã alibi. Idem tenet ipse Iaſ. in auth. ex testamẽto. in col. 4. in fine C. de colla. vbi vltra dictũ. §. allegat tex. in l. si cum mortis. in 2. resp. ff. de inoff. test. & in l. etiã. §. si debita. ff. de oper. lib.

Limita primo, q̃ndo donatio nõ valuit à principio, sed fuit morte cõfirmata q̃ tũc habet vim relicti, & cõputat in legitimã. Ita Bar. & cõmuniter alij

in l. in quartam. ff. ad leg. Fal. & sequitur Ias. in d. §. generaliter. qui alios refert pro hac sententia.

Secundo limita, quando non fuisset donatum expresse sed datum simpliciter, quia tunc imputatur etiam si nó sit dictum. Ita Bar. singulariter in l. 1. §. si vel parens. ff. si quis a par. fuer. manumis. sequitur Ias. vbi supra qui refert Imo. Paul. & Alex. idem in varijs locis firmantes. Et secundum istam limitationem poteris tu Hispane, ad concordiam reducere duas leges partitarum, quæ inuicem aduersari videntur, quarum vna est 5. par. ti. 4. l. 3. ver. *mas en otra.* altera est in 6. par. tit. 15. l. 4. in prin. quia prima vtitur verbo, *dieſſe*, alia verbis, *faciendo donacion.* Vnde prima procedit, quãdo simpliciter fuit datum, alia quando expresse donatum.

Tertio limita, quando quantitas donata ascenderet vsque ad legitimam, quia tunc & si non esset dictum, imputatur secundũ Ias. vbi supra post Imo. & Alex. in locis per eum relatis.

ANNOTATIO.

Adde Anton. Gome. in l. 29. num. 26. in legi. Tauri. Ripam in l. in quartam. ff. ad leg. Falci. Hodie tamen in hoc Hispaniarum regno simplex donatio facta à patre filio indistincte conferri nõ debet, nec in legitima imputari. vt in l. 26. in dictis Taurinis legibus: vbi interpretes Hispani tradiderunt, maximè Cisontanus. nu. 6. & Pala. Rub. num. 25. Nec Taurina Regia constitutio. 29. huic sententiæ refragatur, quatenus præcepit dotem & donationes propter nuptias conferendas esse, & in filiorũ legitima imputari deberi: quia intelligi debet de donationibus ob causam factis: dicta vero l. 26. loquitur de simplicibus donationibus quę conferri minimè debent. Sic Anto. Gom. in d. l. 29. num. 29. & ibi alij Hispani interpretes, & in d. l. 26. interpretãtur *Couarr. de testam. cap.* *Gomez* REGVLA. CCXIII. §. 2. n. 8.

Donatio facta alicui reuocatur, si donator postea liberos suscipiat, aper tus est casus & pia consideratione fundatus in l. si vnquam. C. de reuocãd. dona. cui consonat lex nostri regni 5. par. titu. 4. l. 8. quæ reuocatio fit in totum secundum communem sententiam, vt testatur Soci. consi. 93. Testamentum præmissum. 4. volu. col. 5. & ita etiam disponit lex Regia supra allega.

Amplia primo. etiam si sit donata res particularis. Ita Bar. in l. Titia Seio §. Imperator. ff. de leg 2. col. 3. ver. Quęro lex si vnquam. idem sentit Bal. ponderando dictionem aliquam, illius tex. in eadem. l. si vnquam. Contrarium tenet idem Bal. in l. 1. C. de inof fi. dona, col. pe. in fine & in l. si cum uel in vtero. C. de test. mil. in fin. idẽ in authe. ex causa. C. de lib. prẽter. col. 3. in fin. idem voluit Alberi. in l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. Prędictam tamen opinionem Bar. tenet Ias. in l. generaliter. §. cum autem. col. 4. C. de instit. & sub. vbi refert Imo. in cap. fin. de dona. idem tenere. & Alex. cons. 71. vol. 4: & idem tenet ipse Ias. in l. 1. col. 3. C. de pact. vbi alios refert ad idem. & dictæ opinioni Bar. videtur assentire Soci. in l. cum auus. col. 19. ff. de condi. & demonst. cum quadã modificatione. Nisi illa res particularis, esset talis, quod quantitate eius, & donãtis inspecta, & modo liberorum attento, adhuc verisimiliter donans illam concederet, etiam si de liberis cogitaret: quod dicit fuisse consultũ per quosdam solennes doctores. Et istam sentẽtiam tenet idẽ Soci. 20. incip. In facto præsupponitur. col. fin. in 1. vol. & cons. 147. in 2. vol. in col. pen. ante med. & refert hoc tenuisse Areti. in l. Titius. in prin. ff. de lib. & posth. & circa hanc ampliationem vide optimè per eundẽ Soci. cõs. 53. inc p. Viso instrumẽto donationis

tionis in 4. vol. col. 4. & melius in col. 5. vbi quasi ad fin. tenet supra scriptã modificationem, qui refert ad hoc Ioã. Bap. de sancto Seuerino & etiam Fra. Areti. vbi supra sequitur & idem Soci. cons. 93. incip. Testamentum prę missum. in 4. vol. col. 8.

Amplia secundo, etiam si filij nati statim moriantur. voluit Bar. in d. §. Imperator. circa fin. ver. Quęro pone. vbi arguit pro & cõtra, quod sequitur Ias. in l. si quis hęredem. col. 3. C. de inst. & substi. vbi refert. Imo. Bal. Paul. in distinctis locis idem firmare quod not. intellige nisi post mortem filiorum Pater tanto tempore superuixerit, quod potuisset volũtatem mutare, nam ex quo nõ mutauit præsumitur voluisse, vt donatio esset tacite reconualidata. ita tenet Bal. in l. 1. col. fin. circa medi. C. de inoffic. donati. quod refert Paul. in l. 2. col. fin. C. de posth. her. inst. quos refert Ias. in auth. ex causa. col. fin. C. de lib. præt.

Amplia tertio, etiam si talis donatio fit iurata. tenet Bar. in d. §. Imperator in fine & voluit Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona col. fin. in fine, idem tenet Soci. in allegato cons. 20. col. fin. in 1. vol. & in d. cons. 53. in prin. 4. vol. vbi hoc dicit cõmuniter teneri & refert Ioan. de Imo. idem tenẽtem in cap. fin. de dona. voluit etiam Fran. Areti. in cons. 24. incip. Quatuor dubia. quẽ refert & sequitur Mar. Anto. in tracta. de virtu. iura. col. 3. & habetur ille tractatus in 3. volumine tractatuum.

Amplia quarto, etiam si donator renuntiauerit d. l. si vnquam. tenet Oldral. in cons. 173. incip. Quidam habens filium. & Alb. in d. l. si vnquam & vide Soci. cons. 126. incip. Visum fuit primo aspectu. col. pen. vol. 1. vbi pro ista parte refert Ioã. And. & Sali. & Petrum de Ferrara. & Lud. Rom. & Nicol. Mil. & Vital. in suo tract. clausula. qui omnes secundum eum tenẽt in varijs locis ab eo relatis quod d. legi non possit renuntiari, & pro parte contraria adducit Bar. Imo. Cum. & Bal. & dicit quod prima opinio, scilicet quod dictæ legi non possit renuntiari, est probabilis pro qua ipse aliqua adducit. Vide tamẽ eundem Soci. cõs. 147. col. fin. 2. vol. incip. Visa facti contingentia. vbi dicit quod cõmunis sententia est quod possit renunciari.

Amplia quinto hoc adeo procedere, quod talis donatio reuocatur ipso iure vt not. Bar. in d. §. Imperator. & dicit hãc esse communem opinionem Soci. allegato cons. 93. Testamentum præmissum. vol. 4. col. 5.

Amplia sexto dictam regulam habere locum, etiam in donationibus causa mortis vel in actibus moriẽtium. Ita tenet Paul. de Cast. cons. 434. vol. 1. Respondendo pro ordinem. in fine ver. Circa quintum.

Amplia septimo hoc adeo procedere, quod ipsemet pater donans, potest venire contra donationem, superueniẽtibus liberis. Ita Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona. in fin.

Limita primo, nisi donator post donationẽ factã filios adoptauerit qa tũc nõ reuocatur donatio, vt est Alex. sen. in cõs. 40. sup eo dubio quo quęritur in col. pe. 4. vol. referẽte illũ Ias. (qui nõ min⁹ in scribẽdo pulchrũ dicẽdi ordinẽ quã allegationũ copiã amauit: ex quo ad ei⁹ perlegẽda scripta nõ parũ flectit iuris peritorũ animos) in d. §. cũ autẽ. l. generaliter col. 6. ante mediũ. C. de inst. & subst. & ita etiã tenet Pau. de Cast. in d. cons. 434. col. fin. ver. Prętera si aliud. vol. 1. per. l. si ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. & per. l. fidei cõmissa. ff. de condi. & demõst. licet ista nõ

sit propriè limitatio ad regulã, sed cuiusdam dubij occurrentis circa dictæ legis decisionem.

Secundo limita, nisi donator post donationem filium legitimauerit. Ita tenet Bal. in l. fin. in fin. C. si quid in frau. patr. cui assentitur Iaſ. in l. cum acutissimi. col. fin. C. de fidei comiss. vbi refert eundem Bal. & Sali. idem asserentes in alijs diuersis locis. Vide Alex. in rub. ff. de lib. & posth. col. 1. & ita tenet Martin. de Laud. in tract. de legitimatione col. 20. ver. Sed nunquid. & Iaſ. in rub. C. de posth. hæred. inst. & subtilis doctor Didacus de Segura in rep. l. 1. §. si vir. ff. de acqui. poss. fol. 7. col. 3. ex quo ibi infert, quod eodem modo nec talis donatio reuocabitur per filium qui religionis ingressu legitimus efficitur. Quã tamẽ limitationem sublimitandam censeo, saluo sanioris iudicio, nisi talis filius efficeretur legitimus per cõtractum matrimonij: ad quod moueor ex his quæ scripsi infra in regula Emphyteusi. in prima limitatione & post hæc sic scripta reperi hoc idẽ firmare commẽtatorẽ legum Tauri Didacum del Castillo in l. 12. in glo. maga quę incip. *Siguiente.* in col. 4. illius glo. in fin. allegat Bal. & Paul. in locis quibus hoc in terminis non rescripsere, quem referre libuit, quia præter id quod Hispanus est & meritò ab Hispanis doctoribus non contemnendus, iuuat semper in meis doctrinis habere cõtestem.

Tertio fallit, quando donatio esset facta ecclesię: quia tunc non reuocatur in totum, sed respectu legitimę filiorũ glo. est sing. in ca. quicunque in glo. l. 17. q. 4. quam allegat ad hoc Bal. in l. 1. col. 3. quasi ad fin. C. de reuo. do. & tenet Abb. in c. fin. col. 2. de dona. vbi hoc dicit probari pet glo. ibi & tenuit Bar. in d. §. Imperator. d. ver. Quęro lex si vnquam, & dictam glo. dicit ad hoc sing. Soci. in reg. 310. in cip. Priuilegia pię causæ in septimo priuilegio vbi eam & aliqua quę allegat in proposito satis corruptè refert & scripsit hoc apertius idem Soci. in l. cum auus. col. 23. in fine. verb. ff. de condi. & demonstra. & prædictam glo. ad hoc allegat & si corruptè Iaſ. in d. §. cum autem. col. 2.

Quarto fallit quando donatio fuit facta proprio filio, quia tunc non reuocatur in totum, sed vsque ad legitimam super nascentium liberorum. Ita not. Bar. Bal. & Abb. in locis vbi supra in proxima limitatione allegatis & vide Soci. d. cons. 53. vol. 4. col. 2. quasi ad fin. & Feli. in c. in præsentia. de proba. col. 21. ver. Quarto quę ro. & ponit & glo. doctoris de Mõtaluo in l. partitarum supra alleg. in reg. Segura in rep. §. si vir. l. 1. ff. de acqui. posse. col. 26. Et aduerte quod prædictus doctor del Castillo in alleg. l. 12. Tauri in d. glo. in verbo, Siguiẽte. in col. 5. tenendo eandem conclusionẽ dicit vlterius, quod tunc talis donatio remanet valida in tertia & in quinta bonorum. Cuius contrarium eius auctoritate & iudicio meliori saluis (quãdo pater donauit filio vnico quem habebat, & alius supernascitur, non studio contradicendi sed vt alijs materiã præbeam cogitandi) credo de iure verius: quia certum est quod illud communi iure non fulcitur, cum doctores supra relati solum firment, quod reuocatur donatio vsq; ad legitimam super nascentium: quomodo ergo potest dici, quod datur supernascentibus sua legitima, si illa diminuitur per deductionem tertij, cum iure nostri regni, omnia bona parentum (sola concessa eis libertate disponendi de quinta parte) sunt filijs debita pro legitima, & cum

dicta

dicta bona sint eis debita ęqualiter, æquali sunt diuisione partiēda. Nec huic meę sententię refragari opinor leg. 26. Tauri quam posset aliquis in dicti domini doctoris suffragium adducere, dū disponit, quod si parens donat filio, vt detur meliorare, & si non dicat: & sic quod ille vnicus filius, cui facta fuit donatio videatur melioratus respectu supernascentium, & si non fuerit dictum quia ad hoc respondetur quod illa lex procedit, vt verba eius aperte innuūt ibi, alguno de sus hijos. quando donatio fit à parente alicui ex filijs quos habet tempore quo donat, & tunc nimirū si præsumat lex, quod pater donando simpliciter vni ex eis, prædiligit eum & vult illum in dicta donatione præferri alijs, quatenus iure melioratiōnis licebit: quando vero pater vnico filio donat, non debet præsumi illa prædilectio, nec melioratio respectu nascitu rum filiorum, quorum merita nondū nouit, quin potius præsumendū est velle vti dispositione iuris communis, vt si superueniant filij, legitimam ęqualē sibi vendicent, nec illa minuatur propter meliorandi facultatem sibi datam à lege aqua dum vnicum habet filium vti non potest, cum non sit alius, respectu cuius possit meliorare, & ipse filius respectu sui ipsius non potest dici melioratus, nec respectu nascitu rorū expresse ea vti velle declarat, nec tacitè vsum fuisse videtur cum cessat præsumptionis ratio d. l. Tauri. Quando vero pater donaret vni ex filijs, tunc facilius crederem quod ille non solum videatur melioratus respectu præsentium filiorum, quinimo & supernascētium, quia sicut præsumitur prædilectꝰ respectu filiorum qui aderant, ita & eorum qui sperantur: & ideo existimo illud veritati inniti, quod (sine præiudicio veri) posset vnum affirmari, videlicet quod hoc precederet quādo pater vnicę filię donationem magnā pro dote fecisset, & sic quod supernascentes filij non relicto sibi tertio, donationem vsq; ad suam legitimam reuocarent. Nec in hoc videtur gener deceptus, & si prętendat onerosam causam cum fuit in culpa, non prouidendo sibi in euentum natiuitatis aliorum filiorum, nec ignorare debebat dispositionem d. l. si vnquam. Nec huic vltimę conclusioni aduersatur l. 29. Tauri quę videtur generaliter dicere, quod vt dos dicatur inofficiosa, debet cōsiderari, id quod excedit legitimam & tertium & quintum. quia illa lex videtur loqui quando dos venit moderanda re medio, seu querela inofficiosę dotis, non autem quando reuocatur vigore legis nostrę si vnquam. quæ fortius & ipso iure reuocat, vt dictum est supra. quę quidem sunt remedia diuersa vt de remedio inofficiosę donationis & d. l. si vnquam dicit Bal. in l. 1. C. de inoffici. dona. col. 4. & fauorabilius est remedium d. l. si vnquā vt placuit Bal. in d. col. 4. in ver. Mea opinio. Quod etiam apparet, quia filij natī, per querelam inofficiosę donationis, non reuocant ab extraneo, nisi vsque ad legitimam. per remedium autem d. l. filij supernascentes reuocāt in totum. Nec inconuenit etiam quod intelligatur, quando pater dotauit, habendo alios filios, & sic in casu quo filia videtur prędilecta donatione magnæ dotis, & sic meliorata. Quęquidem sic breuiter tangere libuit, quia in impressionis limine occurrerunt & altiorem examinationem huius libelli finis non patitur. Et hanc sententiam fouere credo naturali consonum rationi & ęquitati. Cui enim iniquę non videntur parentum quorundam affectiones in discretę quę sepius vt aliquam filiam quam

cæco quodam amore prę alijs diligũt, ditissimo cuidam, aut nobiliori siue potentiori marito nuptui tradãt, alias quas habent (non minus sibi natura & meritis) filias nudas relinquunt, & aut parietibus reluctantes includunt, aut longe disparis conditionis genero tradunt, aut domesticæ cuidam religioni astringunt: ex quo venit, vt eis quædã desperatam, aliæ inuidię plenam solẽt semper agere vitam. Vnde, vt hæc similia dona cessent, semper mihi pia visa est æqua distributio inter filias, & nec meliorationes similes, nisi ex rationabili aut honesta causa facere, nec iam factas, nisi vbi iure prohibente aliter fieri non valet, aliquo modo sustinere visum est æquum.

Quinto fallit (tibi Hispano) si coniux donauit coniugi, post annum contractus matrimonij: quia tunc filius super nascens non reuocat in totum, sed remanet quintum penes donatarium. Ita disponit l. 3. ti. 12. foro leg. lib. 3. quod dicit menti tenẽdum Ioan. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxor. fo. 32. col. 4. §. Limita sexto.

Sexto fallit in donatione remuneratoria, quia talis non reuocatur, super nascẽtibus liberis. voluit Ang in ead. l. si vnquam. quod asserit sin. Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. col. 14. Huius etiam sententiæ fuit Soci. cons. 39. incip. In quęstione quę vertitur, inter magnificos. 1. vol. in fine qui refert Bal. in d. l. si vnquam. in aliquibus lecturis ita tenere & Rom. in l. si vero. §. de viro. 48. fallentia. ff. Solut. matri. & cons. 27. incip. pro decisione. & Deci. in l. si donatione. col. 4. C. de colla. sequitur etiam hãc restrictionem Petrus Raue. in suo alphabeto aureo in litera R. in verbo, Remuneratio. & Dida. del Castillo leg. Tauri cõmentator in l. 29. in glo. incip. Ias otras. pro quã solũ refert Ang. & Rom. Et poteris eam corroborare pluribus specialibus inductis fauore donationis remuneratorię quę adiungit Hispaniæ nostrę decus doctor d. Palacios Rubios (cuius anima anno domini M. D. XXIIII. mense Martij, ad cæleites pie creditur euolasse mansiones, quem à librorum assidua lectione, & compositione, nec officij Regij cura nec fatti dioſę senectutis aduentus, & si grauib⁹ morbis (vt solet) onustus, vnquam valuit seperare: tanto ob hoc maiori laude dignus, quanto in hac nostra infelicissima (in hoc vno) Hispaniæ plaga, studiosorum præclara ingenia, ob possessorum segnitiem vt plurimũ inculta manẽt, & saltem posteris sterilissima redduntur: obmutescuntq; peritorum calami, cũ imperitorum linguę in alienis taxandis scriptis loquacitate quadam incauta facile prorumpãt) in sua eleganti rep. Rub. de dona. inter vir. & vxo. fol. 24. col. 3. & seq. §. 50, qui incipit. Limita secundo. Et vide Rauena. vbi supra, qui ponit nouem specialia fauore donationis remuneratoriæ. Et ponit etiam septem specialia dictus doctor del Castillo vbi supra.

Vnum tamen aduerte, quod Barb. in d. c. fin. de dona. col. fin. facit bonam considerationẽ, iudicio meo, circa istã limitationem, videlicet. Quod aut illa donatio respectu remunerationis fuit immensa, quia seruitium nõ promeruit tantam remunerationem, siue donationem, & tunc quo ad illud superfluum, habet locum dispositio d. l. si vnquam. & hoc tenet pro indubitato. si vero seruitia fuerint conformia donationi, adhuc dicit ipse quod dubitat, quia possumus præsumere quod si donator cogitaret de filijs, nõ remuneraret illum seruitorem ex quo iure

actio-

actionis compelli nõ poterat ſtatuim⁹ d. leg. ſi vnquam.

Septimo fallit in donatione facta de re nondum quęſita: vt ſi filia renuntiet, vel donet hęreditatem paternam quam ſperat iuxta tex. in c. quamuis pactum. de pactis lib. 6. Hanc limitationem ſcripſit Soci. in d. conſ. 39. ſupra allegato in proxima limitatione col. fi. & dicit ſe vidiſſe cõſultum, quæ eſt notãda reſtrictio & poterit ad multa ſeruire. tenet etiam idem Soci. vbi comprobat in d. conſilio. 53. 4. vol. col. pen.

Octauo fallit, quia ſi poteſt oſtendi quod donans de filijs cogitauit non fit reuocatio vigore d. l. ſi vnquam. Ita dicit communem opinionem Socin. conſ. 147. col. 5. in medio in 2. vol. Viſa facti contingẽtia & ſtatutis &c. ad quod refert Bar. in d. §. Imperator & Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona. & Canoniſtas in ca. fin. de dona. & hanc dicit communem ſententiam idem Soci. in alleg. con. 53. vol. 4. col. 3. vide etiam eum in col. 1. vbi bene loquitur & refert Bart. in d. §. imperator. tenentem, quod in dubio ſi non probetur q̃ de filijs cogitauit, habet locum d. l. ſi vnquam. quod declara, vt per eum in ind. 3. col. & ſeq. Et tu Hiſpane ſi bene conſideras illã le. part. ſupra alleg. an regula, aperte videtur hanc fallentiam comprobare, dum dicit. Porque no han hijos ni eſperança delos auer. Conſiderat ergo illa lex, vt donatio nõ valeat, quod filij deſint & etiam deficiat ſpes habendi eos, & ſic ſecundum concluſionem hanc, cum doctores dicant. quod quando donans de filijs cogitauit non reuocatur donatio non diſtinguendo noceat vel non legitimę filiorum ſupernaſcentium, venit vnum. Quod filios non habens, poteſt pręiudicare naſcituris in legitima: etiã titulo lucratiuo, dummodo de illis non cogitet, licet alias his quos iam habet per talem titulum non poſſet pręiudicare.

v. gregorium in l. 10 §. glo. 2.

Nono limita, quod licet monaſterium alias habeatur loco filij, tamen ſecus eſt in iſta materia: quia per ingreſſum monaſterij non reuocatur donatio. Ita not. Feli. in c. in pręſentia col. 20. de proba.

Decimo limita, quia talis donatio non reuocatur, niſi reſpectu rei, nõ autem fructuũ perceptorum à donatario Ita tenet Didacus de Segura in rep. d. §. ſi vir. l. 1. ff. de acqui. poſſ. col. 26. motus per glo. in l. generaliter. §. plane. ff. de fideicommi. lib. ex qua glo. aliam concluſionem infert in propoſito.

Vndecimo limita dictam regulam, vt habeat tantum locum, quando donatio fuit facta liberto, prout ipſa lex loquitur, quia tunc reuocatur: ſecus in donatione facta alteri, quia illa non reuocatur. Tenet Guil. in l. 1. C. de inoff. donatio. quem refert & ſequitur Cyn. ibi. Et hanc opinionem aliqualiter defendit Soci. in allegato conſi. 53. 4. volu. col. 2. prope fi. & dicit in col. ſeq. in principio quod iſta limitatio procedit per pũctam rationis, tamen quod magis communis opinio eſt in contrarium, & ſic quod dicta lex procedat in donatione facta alij quam liberto. & ita tenet Paul. in alleg. conſ. 334. incip. Reſpondeo per ordinem. in fin. in 1. vol.

Duodecimo limita, non procedere in pacto facto à muliere cum viro, vt ipſe lucretur dotem, ipſa prędecente, quia tale pactum donationis non reuocatur propter ſuperuenientiam liberorum. probat tex. in §. dotes. in auth. de nuptiis quem ad hoc allegat Soci. d. conſ. 53. 4. col. in prin.

Regularum & Fallentiarum

ANNOTATIO.

Adde circa primam huius regulæ ampliationem Dec. col. 2. nu. 9. & ibi. Fran. de Ripa col. 2. nu. 6. in l. 2. C. de pact. Stepha. Bert. conſ. 86. col. 2. ver. ſi vero teneremus. lib. 2. & conſ. 312. poſt princ. lib. 3. Carol. Rui. conſ. 98. col. 2. num. 19. lib. 1. & conſ. 107. eo lib. & conſi. 124. col. 2. num. 5. ibi cum multis allegatis a Tiraq. in rep. l. ſi vnquam in verbo, Omnia. num. 2. C. de reuocand. donati. vbi ante numero. 1. innumeros doctores contrariam opinionem tenentes refert tandem ipſe eo loco num. 3. cenſet ampliationem illã probabiliorem & veriorem eſſe. Quid enim intereſt quantum ad præiudicium donatoris ſiue teſtatoris & liberorum ipſius, donetur ſiue relinquatur quota, an aliqua res certa minoris forte æſtimationis? Certe nihil. Ideo & in vtroque idem ius ſeruari debet l. illud. ff. ad leg. Aquil. Et alias diſpoſitio facta ſuper quota trahitur ad rẽ certã, quando eadem eſt ratio vtriuſq; l. nomen debitoris. §. ſi filio. ff. de lega. 3. vbi not. Bar. in fine. Quod quemadmodum præſumitur fraus ex alienatione vel donatione generali omnium bonorum, aut maioris partis ſiue quotæ, ita ex alienatione rei particularis, in qua totum patrimonium aut maior pars ipſius conſiſtit: quod voluit idem Bar. cons. 68. col. 1. Bal. in l. 4. col. 4. q. 4. in fine C. de inoffi. dona. Petrus de Ancha. conſi. 151. Ex his. col. 1. Imo. in l. 2. ff. de dona. Et hanc ampliationẽ ſequitur Couar. lib. 1. var. reſ. c. 19. nu. 12.

Secundam ampliationem ſequutus fuit Alberi. in d. l. ſi vnquam. Bar. in conſi. 235. Lapus fecit teſtamentum Imo. in c. fin. col. 6. ver. Quærit etiam de dona. Corne. conſ. 176. incip. In præſenti conſultatione col. vlti. lib. 2. & conſi. 234. incip. Placet mihi. in prin. lib. 2. Fran. Areti. conſi. 93. incip. Viſo legato. col. 3. ver. Præterea ſi donatio. Soci. conſi 226. incip. Queſtio præſentis conſultationis col. 4. lib. 2. Carol. Rui. conſi. 60. incip. De re quidem. col. 6. num. 17. lib. 3. Stepha Bertran. conſ. 83. incip. Chriſti &c. viſis tribus. col. 2. lib. 2. & conſi. 153. inci. Pro faciliori. col. 2. lib. 4. Paul. Paris. conſ. 72. incip. Videtur dicendum. col. vlti. num. 61. lib. 1. Dec. in addi. l. poſthumo col. 2. eiuſdem ad fi. C. de bono poſſe. contra tabul. Quanuis contrariam opinionem, vt videlicet ꝙ rata remaneat donatio ſi filij poſt eam nati moriantur ante patrem, tenuit Decius ibi contrarius in l. precibus. col. 5. ver. Et pro ita differentia. C. de impub. & aliis ſubſti. allegans Bal. & Paul. & hãc quoq; opinionem ſequutus fuit Lancel. Gali. in rep. l. Centurio. fol. 10. col. 2. ver. pro reſpoſſione poteſt dici. ff. de vulga. quam multis confirmat And. Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in parte, ſuſcepit liberos a numero. 167. vſq; ad num. 186. Sed primam ſententiam cum authore noſtro ſequendam eſſe cenſeo, quam communẽ eſſe aſſeuerat Tiraq. in loco nouiſſime allegato num. 204. Cui communi & receptæ ſententiæ ſuffragatur. tex. egregius in l. hæredibus in prin. ff. ad Trebel. vbi fideicommiſſum ita factum, ſi grauatus viuos liberos non educauerit, deficit procreatis duobus liberis, licet moriantur ante patrem. Et vrget tex. in l. cũ vxori. C. quando dies leg. ced. vbi cum vxori vſus fructus fundi legatur, & eius proprietas cum liberos habuerit, nato filio, ſtatim proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obeſt, ſi is decedat. Et conducit ad idem pulcher tex. in l. vlti. C. de indict. vidui. vbi relictum factũ mulieri ſub ea conditione, ſi vidua erit, vel viro ſuo cælibatum peruenerit, debetur cum vir erit viduus, aut mulier, etiam ſi in viduitate nõ perſtiterint.

Tertiam ampliationem, vltra autorem noſtrum, tenuit Oldral. conſ. 238. incip. Cum mulier donatrix. in fine & iterum conſi. 278. incip. Licet quantum. col. 3. ver. ad tertiam. Ioan. And. in addi. ad Spe. in Rub. de donati. col. 2. ver. An propter liberos. Corne. conſi. 176. incip. In præſenti conſultatione. col fin. lib. 2. Alex. conſi. 71. incip. conſideratis his quæ narrantur ad fin lib. 4. Stepha. Bertr. cõſ. 284. incip. Viſo caſu mihi exhibito col. 2. lib. 2. Paul. Paris. conſi. 172. col. 2. nu. 15. lib. 1. & conſi. ſeq incip. Donatio nu. 18. Carol. Rui. conſi. 98. num. 19. lib. 1. Fran. de Ripa lib. 3. reſpon. 115. col. pen. cum multis alijs congeſtis à Tiraq. in d. l. ſi vnquam in præfatione nu. 173. ex quorum doctorum allegatione apparet hanc eſſe communem opinionem. Quam tamen ſolus And. Alci. in l. pacta quæ. C. de pact. audaciter increpare non timuit dicens contrariam eſſe receptiorem, qui ea tantum ratione mouetur, quod hæc reuocatio non fit fauore filiorũ, ſed ex cõrectura donantis: ideoq; iuraimẽtũ cã reuocationẽ impedire. Sed iſtius rationis tenuitas ex eo manifeſte conuincitur: nam ſi

vir

vir ille doctiſsimus rectè, prout debebat, rem hanc animaduertiſſet etiam ex ſua ratione contrarium alleueraret: nam cum ex coniecturata donantis mente donatio per filiorum ſuperuenientiam reuocetur, quaſi eo caſu donans minime donationi conſenſerit ſic eo caſu iuramētū nihil operari poteſt, cum conſenſus defectum minime ſuppleat, & ſemper naturam reuocabilem contractus, cui adhæret ſortiatur. l. vlti. C. de non nume. pecun. cum ſimilibus. Nec legitimam cenſuram Alciatus fugere poteſt, cū audaci animo priuatam ſuam opinionem receptam eſſe affirmauerit. Præterea fundamentum ipſius quod d. l. ſi vnquam remedium introductum non ſit in fauorem filiorum, nō caret difficultate cū opinionem contrariā ſaniorē & cō muniorem eſſe affirmauerit Caro. Moli. de donation. factis in contract. matrimo. nu. 34. ver. Sola enim. idem. etiā nouiſsime aſſeuerat Gaſpar Baetius vir ingenij nō vulgaris in doctiſsimo tract. de non meliorandis dotis ratione filiabus c. 10. nu. 53. de quo vide Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in præfacti. nu. 90. Qua ratione nec iuramentum poteſt donationem cōfirmare, vt natis filijs non reuocetur quia quando cōtractus ratione alterius perſonę infirmatur, nūquam iuramento contrahētium confirmatur, alioqui vergeret iuramentum in diſpendium alterius: quod fieri non debet. cap. cum contingat. de iure iurando. cap. quanuis pactum. in fine. de pact. lib. 6. nec enim iuramentum vnius alteri nocere poteſt. l. 3. §. pen. l. nam & poſtea. §. vlti. cum. l. ſeq. & in. l. ſed & ſi poſſeſſor. §. vlti. ff. de iureiur. l. 1. in prin. ff. ſi mul. vent. nomi.

Quartam ampliationem communem eſſe fatentur Laſ. conſ. 125. incip. Bartholomęus. col. 2. ver. Sed præmiſsis. lib. 1. & iterum cōſ. 154. incip. In commota. col. 3. ver. Tertium præſuppoſitum. lib. 2. Stephan. Bertran. con. 192. incip. Viſo caſu, ante ſi. lib. 2. & conſi. 32. incip. Optaſſem. col. 2. ver. Ad tertium lib. 3. And. Tiraq. qui plures eam ſequentes refert in d. l. ſi vnquam in d. præfact. num. 88. qui numero ſeq. prope infinitos contrarium tenentes refert quem omnino vide.

Quintā ampliationē plures ſequūtur quos longa manu And. Tiraq. refert in d. l. ſi vnquā in verbo, Reuertatur. num. 1. vbi num. 5. plures contrarium tenentes allegat, quem vide pro reſolutione iſtius doctrinæ.

Sextam ampliationem ſequutus fuit conſulendo Paul. de Caſtro. conſ. 434. incip. Reſpondeo per ordinem in quinto dubio lib. 1. Corne. nulla tamē Pauli mentione facta cōſi. 244. incip. Videtur in hac conſultatione. col. 3. ver. Vt in ſimili vidimus. lib. 4. & And. Tiraq. in d. l. ſi vnquam in verbo Donatione largitus. nu. 246 Quibus vt alia prætermittam ſuffragatur tex. optimus in l. alienatum. §. donationis. ff. de verb. ſigni. vbi ita ad verbum ſcribitur. Donationis verbum ſimpliciter loquendo omnem donationem comprehendiſſe videtur, ſiue mortis cauſa, ſiue nō mortis cauſa fuerit. Vnde cum d. l. ſi vnquam ſimpliciter loquatur de donatione, tam de donatione facta inter viuos quam cauſa mortis eſt interpretanda imo hoc a fortiori procedit in donatione cauſa mortis cum hæc minori nititur firmitate.

Septimam ampliationē plures ſequūtur quos Tiraquel. Allegat in d. l. ſi vnquā in verbo, Reuertatur. nu. 1.

Primam verò limitationem huius regulæ nempe quod minimè procedat quādo donator poſt donationem filios adoptauerit, ſequuti ſunt Soci. conſ. 226. incip. Quæſtio præſentis conſultationis. col. 4. lib. 2. Calcan. conſ. 20. incip. Iſta quæſtio habet. col. 3. Deci. conſ. 366. incip. Pro iſta declaratione. col. 1. Paulus. Pari. conſi. 72. incip. Videtur dicendum. col. 4. nu. 32. lib. 1. & conſ. ſeq. nu. 29. Ripa in d. l. ſi vnquam. q. 24. & ibi in ea lege multis confirmat And. Tiraq. in verbo. Suſceperit liberos. nu. 2. quem vide.

Secundam limitationem ſequuti ſunt conſulendo Fran. Cur. ſeni. conſi. 74. incip. Super memorata. col. 26. ver. Et conſequenter. Soci. conſ. 251. incip. Quoniam in præſenti col. 11. ver. Præterea probatur. lib. 2. Deci. conſ. 85. in fine 4. dubij. Anto. Rub. cōſ. in. incip. Viſo inſtrumento. Caro. Rui. conſ. 69. incip. Primo vidēdum eſt. col. 4. nu. 12. lib. 3. & conſ. 106. incip. In quæſtione. col. 3. n. 7. eod. lib. 3. Quorum ſententiam nō mediocriter confirmat quod legitimatio minimè poteſt fieri in præiudicium eorum, quibus ante ius quæſitū erat: vt latiſsimè traditur in l. Gal. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. & optimè probatur in c. quanuis de reſcrip. lib. 6. Ex quo fit, vt ipſa non retrahatur in alterius præiudicium tex in §. licet. ibi Et ſuos de cætero. & iterum ibi. Et hoc facto exinde filios. in auth. quib. mod. natur. effic. legi. Ex quo ſequitur donationem per filij legitimationem.

non

non reuocari ne donatarius iure suo ante quæsito defraudetur. Aſſunt tamen qui tenuere contrariam, nempe legitimatum præcedetem donationem reuocare ex d. l. ſi vnquã. in qui bꝰ. eſt Dynus, vt illum allegat Bal. co. 119. col. 3. lib. 4. quamuis eo loco tenuit contrarium ſed alibi Dynum ſequitur ſibi contrarius conſ. 205. incip. Videamus quem ſenſum. col. 1. ver. Præterea. Paul. de Caſt. conſ. 435. incip. ſuper hoc puncto. col. 1. & 2. lib. 2. quo loco licet loquatur de legitimato per matrimonium ita tamen de ea re loquitur, vt clarè intelligat procedere in omni legitimato cuius contrarium ipſe tenuerat conſi. 434. incip. Reſpondeo per ordinem. in 2. dubio lib. 1. Soci. ſibi etiam cõtrarius. conſ. 226. incip. Quæſtio præſentis cõſul. lib. 2. Deci. ſibi male conſtans in add. l. poſthumo col. 1. C de bono. poſſe. contra tab. vbi aſſerit ſe ita conſuluiſſe vt vere fecit conſ. 365. incip Viſo conſ. col. 3. ver. Poſtremo. & latius conſi. ſeq. & Carol. Rui. ſecum pugnãs conſ. 173. incip. Quæritur primo col. 2. nu. 6. & ſeq. lib. 1. Ob quam varietatem magnam doctorum conſulentium non poſſum interim non male ſuſpicari, et ea ratione mihi magis placet opinio, quam doctor legẽdo probat, quã eãque conſulendo confirmat, quia in lectura ceſſat affectio & cupiditas æris: cuius libido. heu quot mortalium animas ad inferos protrahit: in qua ipſa re minus excuſationis habent viri docti, qui ſeculi huiꝰ bona caduca eſſe nõ ignorant, & quod alius nobis ſempiternus thesaurus apud ſuperos eſt quærendus. Et hanc poſteriorem opinionem multis comprobat And. Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. nu. 75. ſed primam opinionem verio rem eſſe cenſeo, eamq; libenter ſequor.

Tertiam limitationẽ plures ſequuntur quos Tiraquellus refert in d. l. ſi vnquam in verbo liberis. nu 75. quorum ſententiam communẽ eſſe profitentur Ripa ibi q. 49. Fortuni. Garſias in tract. de vlti. fine illa. 16. &. D. epiſcopus Segobien. lib. 1. vari. reſolu. c. 19. nu. 5. quãuis ipſe eo loco nu. 11. poſt Fortun. in d. illa. 16. merito ab ea recedat exiſtimans hoc caſu donationem in totum reuocari quod ipſe efficaciſsime probat.

Quartam limitationẽ approbant multi quos Tiraq. allegat in d. verbo, liberis. nu. 75. cum ſeq. Sed quatenus author noſter allegat opinionẽ doctoris del Caſtillo in l. 12. in ver. *Siguiente*. in leg. Tauri ad probandũ quod donatio facta vni eo filio per ſuperuenientiam aliorum filiorum minime reuocatur quo ad tertiam & quintam bonorum partem. Addo quod dictam opinionem dicit eſſe, caciſsime in iure probari: & ea ratione eam ſequitur D. epiſcopus Couar. in d. c. 19. nu. 4. & nouiſsime hanc opinionem ſe ſubſcribit licentiatus Gaſpar Baetius in alleg. Trade non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 9. nu. 46. vbi multis rationibus hanc rem confirmat. Quamuis opinionem autoris noſtri contra Doctorem del Caſtillo æquiſsimã & veriſsimam eſſe fateatur inſignis Gregorius Lupus in l. 8. ti. 4. part. 5. litera c. col. 2. & ideo in hac re maturius excogitare oportet.

Quintã limitationẽ plures ſequuntur quos allegat Tiraq. in d. l. ſi vnquam in verbo, liberis. nu. 108. cum ſeq.

Sextam limitationẽ ſequuti ſunt Caro. Rui. conſi. 101. incip. In præſenti. col. 5 nu. 6. lib. 1. & conſ. 124. nu. 13. ibi. And. Alcia. in l. creditores. in verbo, natura ff. de verb. ſigni. Ludo. Gozad. conſ. 5. incip. An in quæſtione. col. 3. nu. 10. Catel. Cot. qui hoc dicit ſingulare in memor. incip. Donatio facta filio. Stepha. Bertran. conſ. 47. incipi. Attento caſu. in 2. dubio lib. 1. Hiero. Grat. conſi. 50. nu. 58. lib. 1. & hanc fatetur eſſe communem ſententiam multos eam ſequentes allegans And. Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus. nu. 12. vbi vſque ad numerum 65. ſcribit 45. effectus donationis remuneratoriæ, quẽ lege.

Septimam limitationem ſequutus fuit conſulendo Corne. conſ. 11. incip. In præſenti cõſultatione col. 3. ver. Nec etiam videtur. iunctis ijs quæ dicit col. pen. ver. Nec obſtant ea quæ dixi lib. 3. & alij quos And. Tiraq. allegat in d l. ſi vnquam in d. verbo, donatione largitus nu 180. cum ſeq. Quibus ſuffragatur d. l. ſi vnquam Primum cum dicit bona omnia. Nãtus nondum quæſitum nondũ eſt in bonis noſtris l. ſubſtituto ff. de acqui. rerum domi. vbi ſubſtitutio quæ nondum competit extra bona noſtra eſt. Secundo cum dicit ea lex Reuertatur. quod verbum non niſi de bonis & iuribus ante donationẽ queſitis intelligi poteſt. vt pleniſsime probat Tira. in d. l. ſi vnquam in verbo, liberis. num. 112. Et ea ratione cum verba d. l. non conueniant iſtis bonis quærendis, ergo nec in iis locum habet eius diſpoſitio l. 4. §. toties & ibi Bar. ff. de dam. infect. cum ſimi

Octa

Octauam limitationẽ sequuti sunt Petrus de Ancha. cõs. 46. incip. Prima facie Corne. cons. 206. col 7. lib. 3. Deci. cons. 581. vers. nõ obstat: de quo lege And. Tiraq. in d. l. si vnquam. in præfa. nu. 84.

Nonam limitationẽ plures approbãt quos And. Tiraq. refert in d. l. si vnquam in verbo susceperit liberos. nu. 42. cum seq.

Decimam limitationem sequitur Archi. in c. vlti. 17. q. 4. Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo reuertatur. nu. 275. cum seq. vbi Ripa quæsti. 4. Quibus suffragatur quod d. l. si vnquam non simpliciter dicit totum reuerti, sed totũ quicquid donator largitus fuerat. At non elargit⁹ est fructus, vt qui tempore donationis nondum esset in rerum natura. Et licet donatarius postea ex re donata fructus perceperit, non tamen vt donatos, sed vt proprios, ac ex re propria collectos. Nam quod fructus non dicantur donati probat egregius tex. in l. sancimus. C. de donatio. vbi in æstimatione rei donatæ fructus minime computantur.

Vndecimam limitationem, videlicet d. l. si vnquam, habere tantum locum in ea donatione quam fecit patronus liberto, tenuit glo. in c. fin. 17. q. 4. & glo. in c. vlti. & ibi Inno. & Hosti. de dona. Bal. in l. cum acutissimi col. 1. C. de fideicomiss. Ioan Imo. in l. filio præterito. col. 11. ff. de iniust. testam. Sed opinio cõtraria verior est, vt nostra regula procedat in donatione facta alteri quam liberto tenuerunt glo. Bar. & doctores in d. l. si vnquam. Bar Bal. & Imo. sibi contrarius in l. Titia Scio. §. Imperator. ff. de legat. 2. Caro. Rui. cons. 140. nu. 5. lib. 4. Guid. Pap. cõs. 156. col. 1. Bertran. cons 259. lib. 1. Quam fatentur esse communiter receptam Sali. in l. 1. C. de inoffi. dona. Corne. cons. 11 col. fin. lib. 3. & Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo liberi num. 41.

Duodecimam limitationem sequuti sunt Paul. Cast. in l. 2. ff. solu. matrimo. & ibi Alex. Ias. & Thom. Parpal. per. l. 1 C. si dos const. matri. idem Alex cõs. 162. col. 2. lib. 6. Carol. Rui. cons. 131. col. 2. lib. 3. Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo, donatione largitus. nu. 216. vbi Ripa. q. 22 Et ratio est quia per huiusmodi pactum verisimiliter nõ infertur magnum præiudicium ipsis liberis Nam aut pater non transit ad secundas nuptias, & iuris præsumptione huiusmodi dos filijs obuenret, patris successuris l. scripto. ff. vnde lib. Aut transit, & tunc cogitur reseruare eam dotẽ filijs primi matrimonij. §. præterea. in auth. neque vir.

REGVLA. CCXIIII.

Donatio facta inter patrem & filiũ ob bene merita filij, valet & tenet quia tunc non fit vt filio, sed vt extraneo glo. est quæ hoc voluit in authẽ. vnde si parens. C. de inoffici. testamen. in glo. fin. not. Bar. in l. frater a fratre, in prin. vlti. quęsti. ff. de condi. indeb.

Limita & declara duobus modis, vn per Ias. in d. auth. vnde si parens. col. fin.

ANNOTATIO.

Adde glo. in l. filium quem. C. fami. hercis. Bar. in l. si tibi decem. §. si pactus. & ibi Bal. in §. si quis. ff. de pact. & in l. si quis pro eo. §. 1. in fine ff. de fideiusso. & in l. 1. §. nec castrense. col. pen. ff. de colla. bono. & tract. de duob. fratri. col. 6. ver. Deinde quæro. Bal. in l. si pater. prin. C. qui bon. cede. poss. & in auth. ex testamento. & ibi Corne. col. 2. C. de collati. & in l. cum de bonis. C. de donati. & in l. si mortis. ver. Quæro si pater. C. ad leg. Fal. & in l. vlti. col. 2. C. de vsu capi. pro dona. Paul. de Cast. in l per diuersas col. vlti. C. manda. Ang. in §. 1. col. 1. in auth. de immẽ. don. Alex. cons. 20. col. 1. lib. 3. Barb. cons. 11. col. 4. lib. 2. & cons. 28. col. 1 lib. 3. & in rub. de dona. col. 1. Abb. in cap. vlti. in fine de dona. inter vir. & vxor. Fran. Arc. cõs. 17. col. 3. Deci. cons. 636. lib. 1. Corne. cõs. 194. col. 1. lib. 3. & cons. 144. col. 2. lib. 2. And. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo, donatione largitus. nu. 20. C. de reuo. dona. Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 50. col. 1. Ioan. de Neuza. cons. 8. nu. 5.

Sed vt nihil est in iure nostro non controuersum siue id faciat legum obscuritas, siue cõtradicendi studium multis innatum, siue ostentatio & glorię cupiditas non paucis quoque ingenita, siue humanitatis quædam infelicitas, siue aliud quidpiam contrarium, vt scilicet donatio inter patrem & filium remunera-

tio-

rationis causa non teneat defendit Lance. Politus in l. filium quẽ habentem. nu. 132. C. fami. her. vbi prædictam communem opinionem fortiter impugnauit, non sane videtur illi procedere posse aliqua merita de filio in patrem, quæ potius non sint ex naturali officio & pietate, & ita ex debito, quam ex liberalitate quę patrem aliquo modo obligare possint Finge enim quæcunque obsequia, curationes in infirmitatibus: totum id quicquid ve maius excogitari potest parẽtibus debetur l. veluti. ff. de iusti. & iur. l. filia tua. C. de patr. potest Vnde negat Aristoteles lib. 9. Ethico. c. 1. parem siue æquiualentem gratiam dijs atque parentibus posse rependi. vnde succedit regula tex. in l. virum turpem .ff. de verbo. & l. fin. ff. de condi. ob turp. cau. cui Lancelo. Politi opinioni nouissime se subscribit Ariã. Pinelus Lusitanus in l. 1. C. de bonis ma. 3. par. num. 62. pag. 445. secundum impressionem Lugdunensem paruam. Quæ quidem opinio vltra Lancelo. & Lusitanum, ea ratione fulcitur. Nam cum quidquid in cõmodum & vtilitatem patris filius fecerit naturali lege debeatur, non debet censeri beneficiũ, quod præmium siue remunerationem exigat, nam id donari videtur quod nullo iure cogente cõceditur. l. donari. ff. de regu. iur. l. donari. ff. de dona. & vt scribitur in l. rem legatam. ff. de adim. lega. *In necessitatibus nemo liberalis existit.* & in l. si seruo. ff. de hæredi. insti. ibi, *Nõ censetur præstare beneficium, qui debitum impendit* & in l. vnum ex familia. §. 1 ff. de lega. 2. ibi, *Non enim facultas necessarie electionis, propriæ liberalitatis beneficium est.* & in l. proxime. ff. de ritu nupti. ibi. *Magis debitam libertatem præstitit, quam ullũ beneficium in mulierẽ contulit.* & in l. si quis pro vxore § si vxor ff. de dona. inter vir. & vxo. ibi, *Non est donatio cum pro oneribus matrimonij petatur.* & in l. si quis in graui. § vtrum. ff. ad Senat. conf. Silani. vbi Bar. Bal. & Ang. qui eum legit in. §. si quis ex stipulatu. & cæteri affirmant Officialem qui capit delinquentem, aut banitum ex necessitate sui officij, non habere præmiũ à statuto capientibus præstitũ. idem tenuit Bal. in l. qui sane. 1. lectione in fine & iterũ in 2. in prin. per illum tex. ff. de nego. gest. & in l. ab hostibus. in 2. C. de capti. & post. limi. reuer. & cons. 394. lib. 1. & in l. 2. per. illũ tex. C. de oper. liber. Et facit etiã pro Lãceloto elegãs Bal. doctrina in l. si quis filiabus ff. de testam. tutel. vbi scribit quod id quod filio relinquitur non potest relinqui ob bene merita, sed tanquam filio.

Sed negari nõ potest, q̃ multa sint & non vulgaria filiorũ in parẽtes beneficia, quorũ multa memorabilia exẽpla refert Valerius Maximus lib. rerũ memorabiliũ. 5. c. 4. quæ si quã do cõtingãt & similia, nihil est q̃ filios remuneratione indignos esse iudicemus. Et q̃ filius beneficiũ patri præstare possit, probat tex. apertissimus in §. 1. in prin. in aut. de nõ eligẽ. secũdo n. ibi, *Plurimũq; à filio experta fauorẽ, existi mauit oportere ne relinquere eũ sine remuneratione* & in l. cũ pater. §. rogo. ff de legat. 2. ibi, *Rogo filia ut bona tua quãdoque distribuas liberis tuis ut quisque de te meruerit.* & in l. de emãcipatis. C. de legi. hæredi. ibi, *Hoc à suis genitoribus meruerũt.* & in l. fœminæ in prin. C. de secund. nup. ibi, *Contẽplatione meritorũ.* & in l. 1. §. toties. ff. de colla. bon. ibi, *Si etiã iudicũ patris meruit.* Circa q̃ vide Dec. cõs. 202. col. 4. ver. Nõ obstat. Pari. cõs. 90. n. 13. lib. 3.

Ampliata tamẽ dictã regulã ex aliquorũ sententia, qui præmissa Regia lege quę permittit parẽtibus tertiã & quintã bonorũ partẽ, cui velit ex filijs donare aut relinquere, præter eã partẽ quæ iure æqualis diuisionis inter filios faciendæ cõpetit: cẽsent equidẽ donationẽ remuneratoriã à patre filio factã, vt æs alienũ ante alia deducendã esse: nec imputandã fore in tertiã & quintã bonorũ partẽ. ita tenet Ioã. Lup. in rub. de dona. inter. vir. & vxo. §. 50. n. 12. Did. de seg. in l. cohæredi §. cũ filiæ. ff. de vul. fall. 16. Dida. à Cast. in prooem. ll. Taur. in verb. *Gratia.* Hanc tamẽ sententiã ipse nõ approbo cũ cõpertũ habeã donationẽ remuneratoriã à patre filio factã, minime posse aliorũ filiorũ legitimã portionẽ minuere sed in legitimã donatarij portionẽ imputandã, atq; in his regnis in quintam & tertiam bonorum partem exglo. quã ibi doctores approbãt maximè Paul. & Ias. col. fi. in auth. vnde si parẽs. C. de inofici. test. Posset tamẽ ampliatio hæc admitti, quando ministeria & beneficia ob quæ remuneratoria donatio fit, eius esset conditionis, vt in iudicio pater cõueniri possit ad remunerationẽ vt respondit Aymõ cõs. 165. col. 2. quẽ sequitur D. Episco. Segob. in c. in officiis. nu. fin. de testament. & Telius Ferdi. in l. 28. Tauri nu. 2.

Illud tamẽ tanquã huic regulæ accommodatissimũ silentio prętermittendum nõ est, q̃ in

pro

propoſito caſu minimè ſufficeret ad probationem bene meritorum ſola patris confeſsio, etiam ſi beneficia ſpecialiter in donatione declaret, ſed oportet quod aliter probentur. ita ſcribit Cyn. vbi Alberi. in l. vlti. ff. de exerci. Bal. in l. ſi tibi. col. 2. ff ſi cert. peta. Paul. in l. Aquilius. ff. de dona. quam opinionem fatetur eſſe communem Caro. Rui. conſil. 44. nu. 5. vol. 5. Quamuis Bal. vt ſemper alias male ſibi conſtans cõtrariam opinionem tenuerit in l. illud. col. pen. C. de ſacro. eccle. & in l. ſi pater tuus. C. qui. boni. ced. poſſ. Ang. in d. l. Aquilius, & Paul. de Caſt. ſecum pugnãs. cõſi. 193. col. 2. lib. 2. Iaſſ. conſil. 217. col. 8. lib. 2. quam tamen opinionem priorem ſequutus dicit cõmuniter reprobari ſoci. conſi 66. col. 3. lib. 1. de quo late per Tiraq. in l. ſi vnquã. in verbo, donatiõe largitus. nu. 89. C de reuo. dona. Sed neq; huic parẽtis confeſsioni etiam cum iuramento ſtaretur, cum ſit inter perſonas prohibitas: ex doctrina Cyni in l. 2. ad fin. C. de ſacro. eccle. Ioan. And. in addi. ad ſpecul. titul. de dona. inter vir. & vxo. col. vlti. Bart. in l. ſi quis decedẽs. §. Titia honeſtiſsima. ff. de lega. 3. & in l. Aurelius. §. vlti. ff. de liber. l. Bal. in auth. ſi qua mulier. col. 2. C. ad Velle. Petr. de Ancha. in c. ea quæ fiunt. de reg. iur. lib. 6. col. 12. Paul. de Caſtro. conſi. 193. lib. 2. Alex. cõſ. 55. col. 3. lib. 1. & in l. quod de bonis. §. vlti. ff. ad leg. Fal. And. Tiraq. in d. verbo, donatione largitus. nu. 92. Et ratio eſt quia cum talis cõfeſsio præſumatur ſimulata, ideo iuramẽto nõ firmatur authoritate gloſ. in l. 3. C. plus vale. quod agitur vbi eam ſequitur Angel. dicens eſſe ſing. Abba. in c. ad noſtram de empti. & vend. Alex. vbi fatetur eſſe communiter approbatam Alex in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. Iaſſ. in l. non dubium. col. 2. C. de legi. Bart. Chaſſa. in conſue. Burg. rub. 4. §. 7. nume. 5. ver. Aliam opinionem. Sed aduerte quod cum in hoc Hiſpaniarum regno, poſsit pater libere nulla cauſa ſubſiſtente, meliorare filium in tertia & quinta bonorum parte, vt vulgatiſsimis legibus regni cauetur, ſi pater donet filio remunerationis cauſa, valida erit donatio intra dictam tertiam & quintam bonorum donantis partem, etiã ſi vere non ſubſiſterint beneficia digna remuneratione. Nec dicetur pater in alios filios committere fraudem cum iure ſibi dictis regijs conſtitutionibus conceſſo vtatur.

REGVLA. CCXV.

Dos filiæ conceſſa, excedens legitimã filiorum donantis, quandiu durat matrimoniũ non poteſt à marito reuocari, reſpectu eius quod excedit: quia illam habet titulo oneroſo. Hãc regulam cum ſex ampliationibus, & quatuor reſtrictionibus, deſcripſit Dida. à ſegura in repe. §. cum filiæ. l. cohæred. ff. de vulg. & pupil. fol. 14. col. 1. cum quinque ſequentibus. Et ſic forte dictis limitationibus poterit declarari opinio. Ioan. Lup. in rep. cap. per veſtras. fo. 31. col. 3. ver. mortuo. & in col. ſeq. in prin. vbi tenet quod in cancellaria regia fuit contrariũ iudicatũ.

ANNOTATIO.

Adde Matthæum de Afflictis deciſ. 86. ad finem. vbi teſtatur ſecundum regulam iſtam fuiſſe iudicatum in ſacro conſilio Neapolitano. Pro qua facit text. egregius in. l. fin. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. credi. vbi dos data filiæ in fraudem creditorum, matrimonio conſtante, non poteſt ab ipſis creditoribus reuocari, qui potius ius habent quam filij. vt in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſtam. Quãrem non mediocriter fulcit, quod Bart. ſcribit in l. ſi §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. credi. quod ſi ſpuriæ detur dos, vltra modum à lege permiſſum, quandiu durat matrimonium reuocari non poteſt & vide eundem Bar. in l. meuius. §. duobus col. 10. verb. Tertio quæro. ff. de lega. 2. Ang. in. §. ſi res aliena. Inſti. de leg. Bal. in auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. & in l. 2. C. de reuoc. his quæ in frau. credi. Iaſſ. in. §. item ſi quis in fraudem. nu. 30. Inſt. de Acti. Cãpeti. in tract. de dote. 1. part. q. 48. Anto. Capi. deciſione Neapol. 181. incip. in cauſa Ioannis. nume. 3. & opinionem Bart. communem eſſe fatetur Ioan. Lup. in rep. c. per veſtras §. 24. nu. 3. de dona. inter virum & vxorem. quem vide.

Sed contraria ſententia & magis cõſona iuri & æquior eſt. Primum patet quod noſtris legibus cautum ſit, inofficioſam dotem eſſe reuocãdã, nec lex aliqua diſtinguit inter matrimonium conſtans, vel ſolutum. l. vni. C. de inoffici. doti. ergo cum lex nõ diſtinguat nec nos diſtinguere oportet. l. de pretio ff. de publi. Et quod æquior ſit, ex eo conſtat: non ſane

æquum eſt, quod alij fratres mulieris immodicè dotatæ ſua portione ſpolientur, ne matrimonium inquietetur: neque iure meo defraudari debeo ne tibi moleſtiæ ſim. Præterea dānum quod hoc caſu maritus patitur, ſibi merito eſt imputandum, cum tempore promiſſæ dotis ſciuit, vel ſcire debuit, an ea dos iure ſibi à ſocero promitti & ſolui poſſet. Rurſus veritas iſtius opinionis ex hoc colligitur, quia hoc caſu non tractatur de reuocanda dote conſtante matrimonio, ſed de reuocanda immodica dote, quā pro ea portione quæ excedit, maritus nō cēſetur habere ex cauſa oneroſa, ſed ex cauſa lucratiua. Quoniam donatio ob cauſam ſolum dicitur titulus oneroſus, pro portione æquiualenti cauſæ, in eo tamē quod excedit, dicitur titulus lucratiuus. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donati. inter vir. & vxo. ita hanc opinionem contra dictam regulam probat. Paul. de Caſtro in l. vna. col. fin. prope fi. C. de inoffici. dona. Ioan. Lup. in rep. c. per veſtras. §. 22. nu. 10. de dona. inter vir. & vxo. & in §. 24. num. 3. Moline. in tract. de donati. factis in contract. matri. num. 59. vbi appellat contrariam opinionem erroris portētum & in tract. de inoffici. teſta. nu. 79. & nouiſsime licentiatus Gaſpar Baetius in egregio tract. de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 32. nu. 3. cum ſequen.

Nec quiquam in contrarium vrget tex. in d. §. ſi à ſocero. quia tex. ille loquitur in ea dote, quam maritus habet titulo oneroſo: hæc ſanè quandiu durat matrimonium reuocari nō debet, hic autem loquimur de nimia dote, quæ pro ea parte quæ legitimam portionem excedit, habetur titulo lucratiuo. Non obſtat etiam Bar. ſententia in. d. §. ſi à ſocero quia loquitur de filia ſacerdotis cuius immodica dos applicari debet cognatis patris, quibus non ita debentur ſicut bona parētum filijs legitimis. Præterea (vt clarius dicam quod cenſeo) exiſtimo Bart. ſententiam ex ſuprad. ctis veram nō eſſe, niſi maritus bona fide ignorans eā filiam eſſe ſpuriam matrimoniū contraxiſſet vt per Ripam in l. 1. nu. 68 ff. ſolu. matri. Ioan. Lup. in d. §. 22. col. 3. Rapha. Cum. in d. § ſi à ſocero. Antoni. Gomez. cū allegatis ab eo in l. 9. Tauri nu. 44. Et hanc vltimā opinionem cōprobat. regia l. 29. in l. Tauri ibi, *Si la dote fuere inofficioſa mandamos que ſean obligadas las hijas y ſus maridos puesto que ſea durante el matrimonio a tornar a los herederos del teſtador aquello en que fueren inofficioſas*. Vnde apud nos res hæc omni caret difficultate ſed quæ hic ſcripſimus non omnino vtilitate carent.

REGVLA. CCXVI.

Dotem ſicut perdit mulier propter adulterium, ita per luxurioſum oſculum, vel tactum mamillarum. Ita tenet Bald. in. c. tuæ. de procura. motus per tex. in. c. 1. §. 1. quib. modi. feud. amit. quē ſequitur Felin. in. c. prēterea. fin. col. de teſti. & vide Ioan. de Neuiza. in ſua ſilua nuptiali in impreſsione parua. fol. 83. col. 1

Limita quatuor modis, vt nouiſsimè per Ioan. Frā. de Ripa. in rep. rub. de iudi. in col. 4. quem vide in præcedenti quia pulchrè corroborat ipſam principalem regulam, & ſic prædictā concluſionē Bald. & quia lectura ſua non erit tibi fortè facilis, in ſumma referre eos libuit.

Primo fallit, quando charitatiue amicitię cauſa deoſcularetur extraneū virum. Sed hæc reſtrictio eſt impertinens, cū nō cōprehēdebatur ſub regula, quæ loquitur in luxurioſo oſculo.

Secundo fallit, in locis vbi eſt cōtraria conſuetudo.

Tertio fallit, in clericis deoſculantibus alienas vxores, quod tamen reprobat & recte: quia fundamentū ſuū erat gloſ. in. c. abſit. 11. q. 1. quod non ſufficit, maximè quia poſtquam colūbina illa ſimplicitas à piiſsimo redēptore noſtro, in ſuo euāgelio ſuaſa in pluribus defuit ſacerdotibus, vulgus (ſui natura præceps ac temerarius iudex) de ſimilibus actibus non ſiniſtre iudicat.

Quarto limita, quando maritus pari modo deoſculatur alienas vxores, quia tunc compenſantur delicta.

ANNOTATIO.

Adde Curti. Iuni. in Rub. C. de edendo Matthę. de Afflictis in Conſtitu. regni Sicilię lib.

lib. 3. rub. 46. nu. 6. Ioan. Lup. in rep. rub. de donati. inter vir. & vxo. §. 78. num. 10. & opinionē Bal. in d.c. tuę de procura. nu. 4. in qua fundatur hęc regula communem esse fatetur Bellonus in rub. C. de edendo. nu. 81. Sunt tamen qui censent Bal. opinioni aduersantes, ex his osculis & amplexibus non induci prę sumptionem adulterij, vt iam mulier dote priuari posset, potuit sane ipsa intra osculi vel amplexuum fines se cōtinuisse. sic tenuit And. Alci. lib. 4. parer. c. 10. & ante eum idem scripsit Deci. in rub. C. de eden. vbi dicit quod si dictum Bal. esset verum multum deterrerentur mulieres. idem Decius in l. 1. nu. 47. C. de serui. fugi. & in effectu contra Bal. consuluit Hiero. Grat. responso 50. nu. 26. vol. 2. & Carol. Moli. in addi. ad Deci. in prima lectura rub. de iudi. litera. B. & hāc opinionem contra Bal. communem esse fatetur Beroius in rub. de iudi. nu. 22. eamq; sequitur D. Episcopus Segobien. Lib. 4. de Cretali. 2. par. c. 7. §. 6. num. 3. & de iure veriorem esse fatetur insignis Antonius Padilla in l. transigere. nu. 87. C. de transacti. Quanuis dictus Alciatus. in c. cum non ab homine de iudi. num. 103. nitatur Bal. defendere ex eo quòd mulier verisimiliter esset cętera concessura nisi fuisset deprehensa. tamen dico ꝙ dictum illud verum non est, etiam si non dū verisimile sed certum esset quod consūmasset, nisi deprehensa & impedita fuisset, quia licet alias puniri possit, tamen pœna scripta in delicto consūmato non extenditur ad attentatum vt alias late dixi.

Illud tamen negari non potest, eam fœminā impudicam & inhonestam vitam agere, quæ virorum amplexibus vel osculis vtitur, aut inhonestos tactus sponte patitur, eaq; ratione legatum sibi relictum sub ea conditione, si honeste & pudice vixerit perdere. ita eleganter respondit Bal. cons. 207. vol. 4. quē sequitur D. episcopus in loco nouissime allegato. Ex quo etiā inferri potest mulierē tutela filiorum priuari quæ passa fuit istos tactus inhonestos vt infra cōtingetia interrogat⁹ cōsuluit Hiero. Grat. cōs. 115. nu. 8. vol. 1. per l. vlti. C. quā do mul. tute. offici. fungi possit. ibi, *Ad nuptias nō perueniat sed pudicitiā suam intactam cō seruet.* Quæ verba non solum prohibent sub pœna ibi posita concubinatū fieri, sed oscula lubidinosa & mamillarū tactus, & alios tactus similes inhonestos.

REGVLA. CCXVII.

Dotalis res maxime immobilis, nō potest alienari. Inst. quib. alien. non licet in prin. & in l. si prędium. C. de iure do. & per totū ff. de fundo dota.

Limita istā regulā viginti modis, vt per Bal. Nouel. in tract. de dote fol. 32. col. 2. cū sex col. seq. vbi satis late per eum.

ANNOTATIO.

Adde Regian. l. 7. tit. 11. par. 4. Et regulam hanc cū 18. limitationibus vbi late eam interpretatur scripsit Michael. Cisontanus in l. 56. in leg. Tauri.

REGVLA. CCXVIII.

Dubitans & ignorans ęquiparātur, vt est tex. in l. manifestissime. §. sin autē nescius. C. de furtis. & in l. fi. C. de cōdi. indeb. vbi Bar. & Bal. facit tex. in l. 2. in prin. ff. quis ordo. in bono. poss. serue. & in l. 3. §. is qui nescit. ff. de libe. hom. exh.

Limita dupliciter, vt per Iaf. in l. q̄n diu. C. qui admitti. col. 2. quē vide ꝙa aliqua cumulat in proposito huius regulę.

ANNOTATIO.

Adde Balbū in tract. præscripti. 2. par. 3. par. prin. 2. quæst. nu. 4. fol. 30. col. 3. Et an dubitans possit præscribere sicut ignorās tradunt Bar. in l. naturaliter. col. 2. ff. de acqui. posse. Abb. in c. fi. de præscrip. nu. 39. vbi Feli. post alios nu. 9. & latissime Ioan. Hānibal in rep. d. l. naturaliter. nu. 117. Silvest. in verbo. Præscriptio. 1. §. 3. D. Espi. Seg. in reg. possessor. 2. par. §. 7. nu. 3. cū. sequē. de reg. iur. lib. 6. & Adri. Sūmus Ecclesiæ Prę sul in 4. sententiarū in tract. d̄ restitutione. capi de præscriptione.

De litera. E.

REGVLA. CCXIX.

Ecclesia fungitur iure minoris vt est tex. in c. auditis d̄ rest. in inte. & ꝓbatetiā tex. in c. 1. co. ti. & in l. fi. ti. fi. pti. 6. Et ex hac ęq̄paratione sumitur mod⁹ arguēdi d̄ mīore ad ecclesiā quē ponit inter alios, Nic. Eue. in suis topicis iuris in fol. 41. col. 2. q̄ in eius cōpro

bationem adducit sex similitudines inter minorem & ecclesiam, quarum solum tres referre placet, eis aliqua addendi gratia.

Prima est, quam ex illo argumento infert Sali. in l. properandum. § fi. de iudi. videlicet, quod dispositio illius tex. habet locum in ecclesia sicut in minore: ex quo venit singularis effectus, quod sicut minor aduersus lapsum instantię restituitur in subsidium, hoc est curatoribus suis ad lites non existentibus soluendo, vel hęredibus eorum, idē erit in ecclesia. & vide Alex. ibi. qui refert & sequitur Sal. & dicit idē tenere Paul. & Car. in Clem. 1. de in integ. rest. & Host. in summa & vide Balb. in tract. de prescripti. 4. par. prin. in col. 12. ver. sexto quæro. vbi conclusiue dicit quod termini, siue prescriptiones iudiciales indistincte currunt contra ecclesiā & minorem: pro quo allegat iura & doctores quę transcribere nolo. & videeundem in d. tract. 6. par. prin. col. 16. ver. Prędicta conclusio.

Secunda similitudo Nicol. vbi supra est, quod nunquam fideiussori ecclesię cōpetit restitutio, sicut nec competit fideiussori minoris: quod certe (saluo meliori iudicio) sic indistinctè non placet, quia imo in hoc aliter videtur dicendum, & sic quod nō fiat in fideiussore ecclesię illa distinctio, quę fit in fideiussore minoris, videlicet q̄n do minor fuit lęsus sui facilitatē, tunc non competit fideiussori beneficiū restitutionis, secus quando fuit læsus aduersarij dolo, quia tūc cōpetit vt probat tex. in l. 2. C. de fideiu. mino. & in l. 4. ti. 12. par. 5. quia cum ecclesia non possit dici lęsa facilitate sui, quia non datur illa facilitas in suis administratoribus, quæ datur in minore, sed datur lęsio dolo aduersarij: tunc ad instar minoris cōcedenda est restitutio fideiussori ecclesiæ: q̄ndo vero ecclesia lęderetur re ipsa, aliter esset dicēdū, quia deceptio facta re ipsa & facta dolo aduersarij differūt: vt poteris videre per egregium doctorē nostrū Hispanum Anto. de Burgos in c. cum dilecti. de em. & vendi. col. 6. ante medi. vbi ponit duas differentias inter vtranque deceptionem.

Tertia & sing. similitudo siue effectus ex hac regula surgens est, q̄ sicut minor potest restitui aduersus conditionē nō impletā etiā in prędiciū tertij, cui in defectū cōditionis erat dat⁹ quę situ. vt in l. 43. §. & si hæres. ff. d̄ mino. sic & ecclesia potest. q̄ tenet Bal. in l. pupillorū. C. d̄ repud. hęredi. et refert q̄ sing. Rom. in sing. 93. & Nicol. vbi sup. Imo lat⁹ extēdit Rom. ibi, qa dicit, hoc p̄cedere etiā si talis tert⁹ esset ecclesia, vel alius locus pi⁹. Ego tamē de ista extēsione Rom. sēper dubitaui & legēdo cōtrariū tenui aliquibus vrgētibus rationibus. Primo qa priuilegiatus cōtra priuilegiatū pariter non gaudet priuilegio suo nisi q̄ndo certat de dāno vitādo vt est tex. in l. verū. §. fi. ff. de mino. quē ibi multū cōmendat Bar. Sed certū est q̄ ecclesia negligendo adimplere cōditionē nō dicit pati dānū, qa illud ius cōditionale nō erat sibi quæsitū ante conditionē impletā iuxta l. vnā. §. fin autē sub cōditiōe. C. d̄ cad. tollēd. cū alijs. et not. Paul. post. Bal. in l. Titio. fund⁹. ff. d̄ cōd. et dem. Vnde p̄latus potest prędiudicare ecclesię in nō adimplēdo cōditionē, cū nō prędiudicet in iure quęsito sed quęrēdo vt voluit Abb. in c. breui. de iureiurā. col. fi. post alios et in c. verū. de cōdi. apo. q̄ seqūtur. Feli. in c. verū. de foro cōp. col. pe. Sicut etiā in simili dicim⁹ q̄ prędatus potest prędiudicare ecclesiæ repudiādo legatū factum ecclesię,

quia

quia præiudicat in iure non quæsito, vt not. Abb. post. Fede. de Sen. in c. 1. de in inte. restit. & Feli. in c. quæ in ecclesiarum. col. 19. de const. ver. Et ista consideratio. & in c. contingit. lo 1. de senten. excom. Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo. fo. 26. col. 4. & sic videtur quod non possit restitui contra aliam ecclesiam, cui iã fuit res quęsita ob negligentiam eius, quia verius alia ecclesia diceretur certare d̃ damno, & sic de iure sibi iã quę sito pure & simpliciter, data negligentia primæ ecclesiæ, & ecclesia quæ peteret restitutionem, diceretur certare de lucro amisso captando, & licet ecclesia posset restitui contra lucrum amissum. vt tenet glo. in c. auditis. de in int. rest. illud tamẽ per supradicta non procedit contra aliam ecclesiam pariter priuilegiatam & qrę vt dictũ est certat de damno, quia certat de lucro eradicato, quod amittere, est dãnũ. iuxta glo. not. in l. 1. § si quis propter. ff. de itin. actu que pri. per quã ita dicit communiter teneri Iaſ. in l. reprehẽdenda in fine. C. de cõdi. inst.

Secundo contra Roma. vrget, quia licet monasterium excludat substitutum datum filio decedenti sine liberis, vt in c. in prędentia de proba. nõ tamen excludit quando talis substitutus esset aliud monasterium, vel pius locus: vt probat tex. in §. sed hoc prę senti. in auth. de sancti. epis. collati. 9. & voluit glo. in d. c. in prędentia. in glo. fin. & sic illa fictio quod monasterium habeatur loco filij, cessat tunc: quia ex hoc prędiudicatur alteri monasterio. sic ergo cessare debet fictio in casu nostro in præiudicium alterius ecclesiæ quæ non potest, nisi interuenire, si restitutio conceditur ecclesiæ negligenti, quia aut conditio non potest iterum adimpleri, & restitutio non procederet, nisi habendo cõditionẽ pro impleta, q̃ esse non potest sine fictione vt not. Cum. in l. vter ex fratibus. ff. de cõdi. Insti. & refert Iaſ. in l. 1. pen. col. C. de inst. & sub. Aut restitutio debet dari ad implendã de nouo conditionem, & adhuc videtur inesse aliqua fictio, cum paria sint non implere conditionẽ, vel implere nõ tempore a testatore statuto, vt probatur in l. hęc conditio. & in l. si iam facta erat. ff. de cõd. & dem. alias tres similitudines vide per Nicol. vbi supra.

Septima & notabilis similitudo inter minorem & ecclesiã est, vltra traditas a prędicto doctore illa quam ponit Matthesila. sing. 156. videlicet q̃ si ecclesia facit cõtractum nullum, & sic sine solennitate, habet electionem an velit stare ei vel rescindere, sicut minor pro ecclesia allegat glo. in c. 1. ne sede vacan. quę est in verbo, sede vacante. post medium quam vltra eũ dicit sing. Ias. in l. cum hi. §. eam trã sactionẽ. ff. de transacti. in ver. Limita. & in l. nõ ideo minus. C. de procur. Et stãte ista similitudine crederem insuper dicendũ, quod sicut tũc ille qui contraxit cũ minore, potest agere cõtra eũ, vt declaret, an velit stare cõtractui, vel nõ, ne res sit in pẽdenti vt in l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de acti. emp. & vend. sic poterit agere ille, qui taliter contraxit cũ ecclesia.

Octaua & singularior similitudo est quæ traditur a Ludo. Roma. in sing. 456. per dictũ Ioan. And. in c. cum veniſſent. de inst. ponderando tex. ibi dũ dicit per nos ipsos. videlicet quod iudex ex officio suo potest ecclesię vel minori, beneficiũ restitutionis impartiri, sine partis petitione: q̃tamen dicit solum procedere in Papa, cum tex. ille loquitur in eo.

Nona ſimilitudo eſt, quod prẹlatus vel procurator vendens res eccleſiæ, vel minoris, non poteſt habere fidem de pretio. Ita not. Bar. in l. ſi procurator. §. fina. ff. de iure fiſ. quod dicit perpetuo menti notãdum Alex. in addi. & refert tenere Abb. in c. 2. de prec. & voluit etiam idem Bart. in l. à Diuo. Pio. ff. de re iudi. §. ſed ſi emptor. fin. col.

Decima ſimilitudo eſt, quod minor & eccleſia patiuntur ſecundum decretum not. Bal. in auth. ei qui iurã. col. antep. C. de bon. auct. iud. po. referendo Inno.

Vndecimã collige ex Soci. in reg. 297. in 1. & 2. fallen.

Duodecima eſt, quæ à me deſcribitur in reg. Hẹres qui adiuit. infra poſita in 3. limitatione.

Decima tertia & notabilis ſimilitudo poteſt dari: videlicet, quod ſicut titulus non excuſat a percipiendis quãdo res poſſeſſa eſt minoris vt eſt glo. ſing. in l. patri proſilio. §. ſi pecuniã. ver. item ex diuerſo. ff. de mino. in verbo, Fructus, quam celebrarunt in ter ſua ſingularia Roma. & Cremen. primus in ſing. 528. & alter in ſing. 134. idem fit quando res poſſeſſa eſſet eccleſiæ.

Decima quarta ſimilitudo eſt quod prẹlatus eccleſiæ æquiparatur tutori vel curatori minorum, vt probat tex. in §. fin. in auth. de eccleſ. ti. col. 9. quem ad hoc allegat. glo. in c. auditis. de in integ. reſt. quam ibi cõmendat Abb. & tenet Ang. conſ. 245. Quia omne datum. col. 2. probat tex. & ibi glo. in c. quia ea. 3. q. 2. quę arguit de remotione ſuſpecti tutoris vel curatoris, ad remotionẽ prẹlati. Faciũt etiã gloſſę notabi. in c. ex literis. de pig. & in c. ſimiliter. 16. q. 1. quas cõmendat Mat. ſing. 44. & q̃ not. Abb. in c. cõtingit. de tranſacti. & in c. ex preſentiũ de pigno. & Archi. in c. quicũq; 12. q. 2. ex quibus ego alias inferebã, q̃ ſicut tutor tenetur quãdo debitores minoris nõ fuerunt ab eo conuenti, & fuerunt effecti minus idonei, ſic & tenetur prælatus, vel eius hẹres in caſu ſimili.

Limita primo hãc regulã, dictis exemplis ſic ornatam, quia licet preſcriptiones nõ currant contra minorẽ vt in l. fi. C. in quib. cauſ. reſ. in integ. nõ eſt neceſſaria (& tu Hiſpane habes bonam. l. in 6. par. ti. 19. in l. 9.) de quo latius per Balb. in tract. de preſcripti. in 6. & vlti. par. prin. col. 11. & verſi. Vigeſimus tertius caſus. cum ſeptem col. ſeq. tamen currunt cõtra eccleſiam: vt patet in toto ti. de preſcrip. hanc differentiam ponit Abb. in allegato capi. 1. de reſtitu. in integrũ.

Secũdo fallit, quia licet minor quãdo petit reſtitutionẽ, debet agere in foro aduerſarij vt in l. 2. quæ eſt ſing. ad hoc C. vbi & apud quos. Tamẽ eccleſia poteſt illã petere corã ꝓprio iudice tenet Inno. in c. cũ ſit generale, de foro cõp. quod dicit ſing. ibi Feli. 1. col. & ſequitur etiam hoc & commendat Abb. in c. 1. de in inte. reſti. fi. col. & in c. conſtitutus. 1. col. eo ti. & in c. pen. 1. not. de reb. eccleſię. & in c. cum cauſa. 2. col. de re iudi. poſt. Anto. qui hoc voluit colligere ex tex. ibi & ſequitur Rom. in ſing. 112. & Soci. cõſ. 18. in 2. vol. incip. Proſequẽdo ordinẽ dictarũ quęſtionũ in col. 11. in fi.

Tertio fallit, qua licet ſentẽtia lata cõtra minorẽ indefenſũ, qui habebat tutorẽ vel curatorem eſt nulla., vt in l. cum & minores. C. ſi aduerſus rem iudi. & in l. cõtra pupillũ. ff. de re iudi. & in l. acta. §. fin. eo ti. Tamẽ ſententia lata contra eccleſiam indefenſã & habentẽ prælatum tenet & valet

tex.

tex, eſt in c. prout. & in c. fin. de dolo & contu. & in c. tum ex literis. de in te. reſti. per quę iura tenet iſtam differentiam Matthę. in ſing 44.

Quarto fallit, quia licet iuramentū excludat beneficiū reſtitutionis in minore, vt in auth. ſacramenta puberū. C. ſi aduer. vendi. Tamē ſecus eſt in eccleſia, quia licet eius prelatus iuret poteſt reſtitui. glo. eſt ſing. in c. 1. de reſt. in inte. lib. 6. quā cōmēdat Abb. in c. 1 eo ti. col. pen. & in c. peruenit. de iureiuran. Rom. conſi. 123. incipi. Circa primū dubium. tenet etiā Feli. in c. cum ſit generale. de foro comp. col. 6. vbi de hoc ſe remittit. tenet etiā Iaſ. allegando d. glo. in d. auth. ſacramenta puberum. col. 17. Imo generalius & ſing. dicit Bal. in l. generaliter in prin. C. de reb. credi. quod nullum iuramentum operatur, quod eccleſia non gaudeat iure minoris.

Quinto fallit, quod licet minor nō poſsit alienare res immobiles ſteriles ſine decreto, tamē eccleſia poteſt eas alienare ſine ſolēnitate. vt per Iaſ. qui aſsmat rationē differētiæ in l. mādata ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. col. ſi.

Sexto fallit, quia eccleſia nō cōſtituit ſuos debitores in mora, ſine interpellatione: vt concludit eſſe hoc regulare. Anto. de Burgos in cap. fin. de empti. & vendi. col. 5 per iura de quibus ibi per eum. Licet minor re ipſa & ſine interpellatione conſtituat eos: vt in l. in minorum. C. quib. cauſ. reſt. in integ. nō eſt neceſſar. licet aliud dixerit ſecundum eum Alex. in l. quod te. in 4. col. ff. ſi cert. per. poſt. Ioan. de Imo. in c. breui. de iureiur. vbi æquiparat in hoc minorem & eccleſiā.

Septimo fallit, quia licet leges præcipiāt interponi decretū inalienationibus rerū minorū. vt in l. lex. quę tutores. C. de adminiſt. tuto. Nunquā tamē ipſę leges nec canones dicunt, neceſſariū decretū in alienationibus rerū eccleſię. Hāc differentiā ponit Inno. in ca. fin. circa prin. de reb. eccle. qui tex. eſt primus eiuſdē ti. in 6. & tenet glo. Ioan. And. ibi in verbo, tractatus. in fine. q̄ etiā tenet Abb. in c. 2. de tranſactioni. 1. col. ver. Secundo nota. Cōtra Inno. ibi qui tenet cōtrariū, imo quod requiratur decretum. Vnum tamen ſemper nota quod per ſtatutum, & ſic per conſuetudinem poteſt induci quod res immobilis minoris, poſsit alienari ſine decreto. ita not Ang. ex glo. ibi. in l. diuturna. ff. de legib. quod dicit raro inueniri alibi Iaſ. in l. de quibus. col. 16. ff. de legib.

Octauo, fallit regula prędicta, quia minori currit tempus petendæ reſtitutionis, principio. 26. anni, & ſic cum factus eſt maior: eccleſię vero ſemper currit a tēporę leſionis. Hanc differētiam ſcripſit glo. in Clem. 1. de reſt. in integ. in verbo a tempore, quā refert Balbus in tract. de præſcript. fol. 63. col. 3. ver. Fallit in eccleſia.

Nono fallit, vt poteſt colligi ex. l. partitæ alleg. infra reg. Reſtitutio in integ. 8. fallen. dum per illā leg. datur ibi Eccleſię Rex & populo incerto caſu beneficium reſtitutionis vſque ad 30. annos, quod minori non eſt conceſſum.

Decimo fallit in alio caſu quē aperte colliges ex nona etiā fallētia. d. reg. Reſtitutio proxime allegatę.

Vndecimo fallit quia licet in minore fiat in aliquibus caſibus differētia magna, quod ſit lęſus facilitate ſua, vel dolo aduerſarij hęc tamen ceſſat in eccleſia in qua non datur (vt ſupra dixi mus) lęſio ſua facilitate, caſus autem prędicti ſunt ſequentes.

Primus d quo ſupra in 2. ſimilitudine facta eſt mentio, videlicet defi-

deiussore minoris vt in l.2. C.de fide iusso. mino.

Secundus,quia licet minori probãti læsionem vnico reste deferatur iuramentum, vt tenet glo. in l. 1. C. vbi & apud quos. Illud est verum, quando petitur restitutio de lęsione recepta facilitate minoris, secus si dolo aduersarij, quia tunc non defertur iuramentum. ita tenet Bal. in d.l.1. quasi ad finem per glo. not. in l. 3.§.1. ff.de minor. Ex quo venit vnum notabile in proposito, quod nunquam ecclesię in restitutione petitę per eam defertur iuramentum, cum id solum conceda tur minori lęso ob facilitatem,quę nõ cadit in ecclesiæ administratoribus: probatur hoc in ca. 1. de resti. in integ. supra allega. ibi manifestissimè apparet præmissa illa communi theorica, quod vbi lex requirit manifestã probationem, non habet locum iuramenti delatio, de qua per Iaſ. in l. ait prętor. col. pen. in fine. ff.de re iudi. & illum tex. ad hoc considerat Abb. in c. cum ex literis. col. antep.de integ. rest. pro Inno. ibi qui voluit, quod ad probandam læsionem requiritur plena probatio in causa restitutionis,licet alij tenuerint,quod semiplena sufficiat. considerat etiam ad hoc Abb. tex. in c. ex literis. de rest. in integ.qui hoc probat per locum ab spec iali.

Tertius est qui describitur à Bal.in l. vna. C. de repu. quæ fi. in iudi. in 4. oppo. vbi dicit quod quando minor restituitur, quia læsus ob suam facilitatem, tunc procedit d. l. vni. videlicet quod aduersario restituatur ius pristinum, quod habebat contra minorem, secus si restituatur dolo aduersarij, pro quo allegat tex. in l.qui ref.§. huic applicatur. ff. de solu. qui probat,quod quando fuit minor lęsus dolo aduersarij dando rẽ maioris pretij in solutum pro paruo debito, si restituitur non tenetur soluere debitum creditori, & recuperat rem, & sic aduersario non restituitur pristina actio pro debito: quem tex. dicit ibi sing. & non alibi Paul. de Castro,& eum allegat pro sing. Alex in l.1.§. nuntiatio. in fina.verb.ff.de noui oper.nũti. vbi dicit generaliter per eum, quod restitutio concessa minori nunquam prodest eius aduersario in aliquo si lęsio minoris à dolo aduersarij præcessit. Ista tamẽ generalitas Bal.& Alex. sumpta occasione d.§. (salua eorum autoritate) semper mihi displicuit:cũ enim d. §. puniat solum creditorem minoris, qui dolo habuit in solutum ab eo, rem maioris pretij pro debito, & non reperiamus decipientem minorem in alijs,simili pœna punitum, nõ video qua ratione priuabitur pristino iure,concessa minori restitutione cum regula sit quod aduersarius minoris restituatur restituto minore vt in d.l. vna. C. de repu. quæ fiunt in iudi. pręmaxime cum possumus dare specialitatis rationem, quare in d. §. sic recipiens punitur, videlicet quia minor celebrat cõtractum donationis in solutum, qui cẽsetur necessarius: & sic in quo dol⁹ est culpabilior quod patet quia donatio in solutũ est alienatio necessaria. not. Alex. cõs. 52. in vol. 1. Viso themate. in 4. col. ver. Quarto quia constat. vbi dicit quod appellatione alienationis,nõ venit datio in solutum, tanquam coacta & nõ voluntaria alienatio. refert Hippo. in l. 1. § præterea. ff. de quæsti. Faciunt etiam duæ differentiæ inter venditionem & dationem in solutum notatæ per Felin.in ca. fin. col. antep. de accusa. Facit etiam,quia lex magis subuenit faciẽti actũ ex necessitate

sitate, quam ex voluntate. vt in l. qui fideiussor. §. si necessario. ff. qui satis d. cog. & in l. dictum. §. si compromisero. ibi, *nulla necessitate*. ff. de euicti. & not. Ias. qui subiungit exempla in l. admonendi. in lectura. ff. de iureiurã. in col. 10. & possent alia plura referri in quibus differunt actus voluntate, & necessitate gesti. Facit etiam quod pactum legis commissorię, appositũ ex interuallo, prodest creditori, non autem quando apponitur in ipsa obligatione pignoris. vt not. in l. Titius. ff. de pigno. acti. & in l. 2. C. de pact. pigno. vbi Bar. & in l. quanuis alias. Callipodius. ff. de solut. & per Abb. in c. significante, de pigno. & per Areti. in l. si ita quis. §. Seia cauit. 1. col. ff. de verb. obliga. & hoc nulla alia ratione, nisi quia debitor necessitate ductus, videtur apponere pactum, quãdo apponit in ipsa obligatione, quæ necessitas non inest, quando ex interuallo cõsentit tali pacto. Prętera magis in specie facit, quod dicta generalitas non possit sic sumi ex d. §. huic applicatur. quia si ratio illi⁹. §. specialis non esset, eodem modo videretur dicendum quod idem esset in emptore, qui circunscripsit minorem, ad vẽdendum fundum, vt eo restituto, ipse non restitueretur ad pretium, cum datio in solutum, assimiletur emptioni vt in l. libera. C. de sent. & interlo. omni. iudi. pręmaxime cum ęqualiter noceat minori dolo vendere rem maioris pretij pro quantitate minori quam dare illam in solutum, pro debito minori: imo & vna consideratione magis nocet talis emptio quam datio in solutũ, quia in prima forte perditurus minor recipit pretium, in alia saltem liberatur a debito. sed hoc est falsum quia cõtrarium disponitur in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. Nec obstat si aliquis dicat, quod in d. §. restitutio. non constat quod minor dolo aduersarij vendidit, quia imo apparet, ponderando verbũ ibi, *Circunscriptus*, quod loquendo in minore intelligitur, siue facilitate sua, siue dolo aduersarij. vt not. Bal. in l. fin. C. de in integ. resti. mino. non ergo videtur posse dici, quod ex eo quod tex. in d. §. huic. puniat in illo casu amissione sui iuris, circunuenientem minorem, fiat dicta generalis conclusio de qua supra, pręmaxime quia qualiscũque dolus inesset in contrahente cum minore, non esset iustus titulus, quo posset sibi minor retinere ius pristinũ debitum aduersario, quo minus dicetur locupletari cum aliena iactura quod iura in minoribus abhorrent.

Sed si vera est generalitas Bal. & Alex. de qua supra, retenta æquiparatione huius regulę posset inferri vnũ notabile, quod idem esset in ecclesiam videlicet quod concessa sibi restitutio ob dolum aduersarij, non prodesset aduersario, vt restituatur sibi ius pristinum quo ad præsens non examino in hoc regularum compendio, non articulorum examinatoris, sed fidelis & vtilis recitatoris palmam prosequor.

Quartus etiam casus est quem ponit. Fulg. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & in l. exceptiones. la 2. ff. de excepti. videlicet quod quãdo minor læditur sui facilitate, nõ possit agere nisi prius petita restitutione, secus si dolo aduersarij, quia tunc ea non petita, potest agere vel excipere, vide tamen Alex. in d. §. si minor in 2. col. post. med. qui tenet contrariũ, et aliter intelligit d. l. exceptiones

Quintus casus est, quando minor iurauit, non prohibetur petere restitutionẽ, nisi ex vno capite, scilicet ex sui facilitate: sed ratione doli aduersarii,

poteſt illam petere, non obſtante iuramento. ita Bal. in l. 1. in fine. C. ſi aduer. vendi. per glo. ibi quam ad hoc not. quod etiam ſequitur Ias. in authen. ſacram. puber. eo tit. col. 7.

Per quę, ni fallor, bene ornatam habes regulam hanc, cui ideo libuit ampliorem (quam cęteris) linearum dotem concedere, quia eccleſię continet fauorem, cui debitor ſum doctrinæ eius, quæ in me adeſt: ipſa namque ſuis decimatibus fructibus (pretioſiſsimi redęptoris noſtri ſui dilectiſsimi ſpõſi ſanguine partis, ac exinde maiori cum tremore (quam vt fit ab omnibus percipiendis) dum vacarem ſtudio, neceſſaria conceſsit, & vſque ad doctoratus apicem me prouexit indignum quo fui inſignitus anno Domini. M. D. XXV. menſe Maij in inſigni ac antiqua vniuerſitate Oſcenſi, omnium doctorum approbatione & aſſẽſu, qui loco ab eis aſsignari ſoliti titulum ꝺ iuſtitia approbaſſe inſtrumentis publicis ſunt profeſsi, non in minimum beneuolentię ſuæ erga me teſtimonium, ac in magnam mihi illũ promerendi, aſsiduo literarum ſtudio impoſitam curam.

ANNOTATIO.

Adde vltra autorem noſtrum, duodecimã aliam diſsimilitudinem inter minorem & eccleſiam, videlicet indulgendam eſſe eccleſiæ in integrum reſtitutionem poſt quadriẽnũ, ſi modo grauiſsimum damnũ paſſa fuerit ex glo. ſententia in verbo, cauſa. in c. 1. de in integ. reſti. lib. 6. quam ſequuti ſunt Ant. Abb. & Imo. in c. pen. de reb. eccleſ. non aliena. Roma. cõſi. 123. col. pen. ver. Sed circa idẽ. & conſi. 369. in fine 4. dubij & conſ. 407. circa finem Alex. de Immo. conſ. 47. col. vl. ver. Nec ad hoc obſtat. lib. 5. eam fatetur eſſe ſing. Rode. Suar. in allega. 21. fol. 176. & Emanuel ab Acoſta in l. Gallus. §. et quid ſi tantum. num. 8. ff. de liber. & poſthum. vl tra quos dictam glo communiter eſſe approbatam fatetur Aymon in tract. de antiqui. temp. 4. par. §. Materia iſta. num. 71. fol. 168. col. 1. Minores vero in hoc caſu beneficio reſtitutionis ſubueniendi non ſunt: cuius diſsimilitudinis, vel diſcriminis ea eſt potiſsima ratio, quia minores lapſo poſt 25. annum quadriennio, maiores iam facti negotium tacite ratum habuerunt atq; approbarunt, vnde & ſi grauiſsimum damnum allegẽt, audiendi nõ ſunt. Eccleſia vero, cum fere ſemper minori comparetur, prope fuit vt ſemper etiam poſt quadriennium iure minoris debeat illęſa ſeruari, quare non iniquum fuit rem hanc ita temperare, vt poſt quadriennium audiatur, ſi decepta eminentiſsimum damnum incurriſſet. Iſtud autem grauiſsimum & eminentiſsimum damnum qualiter iudicari debeat pulchre tradit Socin. conſ. 266. col. 10. lib. 2. vbi dicit quod debet intelligi habita conſideratione ad vniuerſum eccleſiæ patrimonium, nõ vero ad rem tantum preſcriptam, quia ſi haberetur conſideratio ad rem preſcriptam, ſemper damnum grauiſsimum eſſet. Debet igitur intelligi quando eccleſiæ patrimonium enormiter diminueretur, quod arbitrio iudicis relinquendum eſſe, prudenter aſſeuerat Aymõ in d. num. 71. & D. Epiſcopus Coua. lib. 1. vari. reſolu. c. 3. nu. 11. & Soci. ſequitur Grego. Lup. in l. vlti. ti. 19. par. 6. in ver. *que fueſſe enajenada* Quanuis Luſitanus Acoſta in d. §. Et quid ſi tantum. num. 83. ex tex. in ca. ad noſtram de empti. & vendi. & ex aliis quę ibi conſiderat probare intendit ſatis eſſe ſi damnum enorme ſit, nec requiri enormiſsimum, vt eccleſiæ poſt quadriennium reſtitutionis beneficium reſtitutionis concedatur, vt in d. c. ad noſtram. manifeſte cõſtat, vbi propter damnum enorme eccleſia poſt quadriennium auditur. quo loco glo. idem adnotauit dicẽs propter enorme damnum eccleſiã audiendam eſſe, poſt octo annos à tempore læſionis. quæ non vulgariter eſt notanda contra doctiſsimum Rode. Suarez qui in d. allegati. 21. ver. Sed adhuc. in ea erat opinione, vt exiſtimaret, eccleſiam quę poſt quadriennium implorare poteſt beneficium reſtitutionis in integrum, eo quod enormiſsimum damnũ paſſa eſt, non eſſe audiendam niſi intra aliud quadriennium de iure communi, tamen ſi (vt ille inquit) de iure Regio eam audiendam eſſe intra triginta annos, vt in l. vlti. ti. vlti. par. 6.

Ipſe

Ipſe tamen cenſeo alterum quadriennium in hoc caſu præfixum non eſſe arg. tex. in d c. ad noſtram. vbi Hoſt. ſcribit, poſt decennū ibi fuiſſe reſtitutionem petitam. Item quia ſi reſtitutio vltra quadriennium progreditur, iā iudicis officium perpetuum eſſe debet. arg. tex. in l. videamus. ff. de eō quod met. cau. proinde vſque ad triginta annos extenditur. iuxta tex. cum glo. in verbo, qui perſequutione. in l. ſicut in rem. C. de præſcrip. triginta vel quadrag. anno. Et ſic idem eſt de iure cōmuni quod Rode. Suar. lege Regia expreſſum exiſtimauit, cum tamen vir inſignis d. l. par. non rectè intellexerit, ſiquidem ea lex de eccleſiæ & principis reſtitutione agens, cum vltra quadriennium reſtitutionē extēdit, euidēter ſe refert ad eam reſtitutionem, quæ competeret iure actionis perſonalis. iuxta l. 2. C. de reſcind. vendi. capi. cum delecti. de empti. & vendi. Aduerte tamen quod Greg. in d. l. part. in verb. *treynta años*. intelligit l. illam quando beneficio reſtitutionis petitur contractum reſcindi, ſecus ſi iure actionis: quia hoc caſu auditur intra 40. annos eccleſia & hoc ſequitur inſignis Padilla in d. l. 2. C. de reſcin. vendi. nu. 48.

Decima tertia diſſimilitudo, ex eo cōſtituī poteſt quod eccleſia ad diuiſionē prouocare poteſt, modo ſibi expediat. glo. not in l. iubem⁹. C. de ſacro. eccleſ. pupillus autem nō poteſt, vt reſpondit Fran. de Curte conſ. 60. col. 20. quo loco aſsignat cā rationē diuerſitatis, quia in pupillo cauſa prohibitionis eſt temporalis, in eccleſia verò perpetua idem ſequitur And. ab Exea. in rub. ff. de pact. nu. 421. pag. 221 Poteram equidē alias diſſimilitudines inter eccleſiam & minorem hic ſcribere, conſulto tamen prætermiſi exiſtimans id potius laborioſum eſſe quam ſubtile.

REGVLA. CCXX.

Eccleſia omnis, excepta Romana, patitur præſcriptionem 40. annorū, tam de iure ciuili, vt in auth. quas actiones. C. de ſacro. eccleſi. quam de iure canonico vt in c. de quarta. & in c. auditis. & in c. illud. de præſcrip.

Amplia iſtam regulam ſex modis, & limita dupliciter, vt per Balb. in tract. de præſcripti. 5. par. prin. in col. 1. & duabus ſeq.

ANNOTATIO.

Adde latiſsimè D. Epiſcopum Segobien. in reg. Poſſeſſor. 2. par. relecti. §. 2. nu. 3. de regul. iur. lib. 6.

REGVLA. CCXXI.

Eccleſia Romana patitur præſcriptionem centum annorum. probat tex. in ca. ad audientiam. de præſcripti. & in auth. vt eccleſia Romana. in prin. & in auth. quas actiones. C. de ſacro eccleſ. Bal. in l. 2. C. de ſerui. & aqua.

Amplia quadruplicitèr, & limita ſex modis, vt per Feli. in d. cap. ad audientiā col. pen. & fin. de quarū vna meminit Iaſ. in d. auth quas actiones. col. 2. nu. 7.

ANNOTATIO.

Adde tex. in c. cū nobis. de præſcripti. & in c. nemo. 16. q. 3. quam quidem regulam latiſsimè vltra ordinarios interpretes examinant D. epiſcopus. Segob. in regul. poſſeſſor. 2. part. §. 2. num. 6. de regul. iur. lib. 6. Iacob. de Sancto Georgio in rub. ff. de rei uendi. nu. 30. Ferret. in l. 3. nu. 7. ff. de vſu capi. Boeri. decis. 39. num. 7. Aimon in tract. de antiqui. tempo. 4. part. §. Materia iſta. num. 66. fol. 167. Quanuis Aria. Pinel. in auth. niſi tricēnali. nu. 57. C. de bonis. mater. multis rationibus innixus probare intendit, de iure ciuili nihil ſpeciale in hac re tribui Romanæ eccleſiæ: Imo omnes eccleſias in id equiparari. quod apud eum latius legendum eſt. Ipſe tamen à communi ſententia quæ in contrarium eſt non recedo.

Hanc regulam, vltra autorem noſtrum tradit Fran. Balb. in tract. præſcri. 1. par. 5. par. prin. nu. 17. fol. 95. vbi eam ampliat vnico modo & ſex modis limitat, quos aſſumpſit à Feli. in c. ad audientiam. col. pen. de præſcripti. tamen latius & melius interpretatur & ideo eum lege.

REGVLA. CCXXII.

Ecclesia non patitur minorem præscriptionem quam 40. annorum. Colligitur ista regula negatiua ex tex. in auth. quas actiones. C. de sacro. eccl. & in c. de quarta. & in c. ad aures, & in cap. illud. de præscrip. Et ponit eam tex. in l. 26. ti. 29. par. 3.

Primo fallit, in rebus mobilibus ecclesiæ quæ triénio præscribuntur secundum communem opinionem quã approbat lex part. supra allegata.

Secũdo fallit, in prescriptione quadriennali l. bene a Zenone. quam secundum ius ciuile patitur. Sed iure canonico cõtrarium est, quia illa lex nõ habet locum contra ecclesiam, cuius rem fiscus vendit.

Tertio fallit, in omnibus prescriptionibus annalibus, vel semestribus, vel temporalibus: vt sunt regulariter actiones prætorię pœnales, quanto minoris, & redhibitoria & similes.

Quarto fallit, respectu quasi dominij & publicianę, quia præscribitur contra ecclesiam communi tempore.

Quinto fallit, quando ecclesia assumeret fundamentum ex aliquo statuto, in quo esset præfixum certum tẽpus, quia tunc potest obijci ecclesię exceptio prescriptionis illius statuti, & iura & doctores quę has restrictiones probant. vide per Balbum in tract. prescripti. 5. par. prin. in col. 4. & seq.

ANNOTATIO

Adde circa materiam huiꝰ regulæ latissime D. Episcopum Segob. in reg. possessor. 2. par. relectionis. §. 2. nu. 3. de regul. iur. lib. 6.

REGVLA. CCXXIII.

Ecclesię parochiali debetur quarta portio canonica, non solum de candelis & alijs funeralibus, sed de omnibus bonis cuiuscunq; qualitatis sint relictis ecclesiæ sepulturæ pro anima defuncti. not. Abb. ex tex. ibi in c. relatum. in 2. not. de sepultur. & in c. in nostra eod. ti.

Limita in quindecim casibus descriptis a Syluest. in summa in verbo, Canonica portio. ver. Nono quęritur.

ANNOTATIO.

Adde Parochiale curatorum c. 7. de canonica porti. fol. 154. vbi 17. limitationes descriptas huic regulæ reperies.

REGVLA. CCXXIIII.

Eligendi facultas in alternatiuis, in vita stipulantis est personalis & cohęret personæ, donec viuit: & ideo in eius vita per stipulatorem non potest alij cedi. tex est in l. si stipulatus fuerim. in prin. vbi Bar. & Ias. ponunt rationem. ff. de verb. oblig.

Limita tripliciter, vt per Ias. in d. l. si stipulatus fuerim. col. 1. & seq.

REGVLA. CCXXV.

Eligendi facultas in alternatiuis, mortuo ante electionem stipulatore, transit ad eius hęredes tex. est & ibi not. in l. si stipulatus fuerim. ff. de verbo. oblig. vbi Ias. col. 2. nu. 3. allegat alia iura & optime declarat hanc regulam.

Limita eam tripliciter, vt per eundem Ias. in d. l. si stipulatus fuerim. d. col. 2.

REGVLA. CCXXVI.

Emptio rei suæ, siue a sciente, siue ignorante facta, non valet: vt in l. suæ rei. ff. de contrah. empti. & in l. cum

cum res. & in l. si mater. C. eod. ti.

Limita septem modis, vt per Ripã in rep. l. si aliquam rem. ff. de acqui. posse. col. 2. & 3.

ANNOTATIO.

Adde omnino Fabian. de monte s. Sabino in tract. de empti. & vendi. q. 4. prin. nu. 49.

REGVLA. CCXXVII.

Emptionis & venditionis appellatione, comprehenditur omnis contractus, per quem trãsfertur dominium. tex. est not. in l. statu liberi. §. quanuis. ff. de statu lib. quem dicit meliorẽ de iure Bal. in l. 2. C. de vsucapi. pro empto. vide Bar. in l. alio. 3. col. in fine. ff. de alimen. & cib. leg. probat tex. in c. 1. de conten. inter domi. & emp. in vsib. feud.

Limita quatuor modis, vt per egregium doctorem nostrum Hispanum Anto. de Burgos (qui etiam apud Italos magni momẽti fuit) in rub. de empti. & vend. col. fin.

ANNOTATIO.

Adde tex. qui pro hac regula facit in l. sicut. §. venditionis. & in §. sed si permiserit ff. quib. mod. pig. vel. hyp. solui. & in l. sed quod ad eas. §. quod emptione. ff. de pignorib. & in l. sequitur §. in illo. iuncta glo. ff. de vsu capi. & in l. fina. C. de reb. alien. nõ alien. & in l. 2. §. eam rem. ff. quę res pig. oblig. poss. & in l. si vsufructum. §. in summa. ff. de liber. cau. & in l. quicumq. §. ei ad quem. ff. de inst. act. tenet glo. & Cyn. in l. 2. C. de vsu cap. pro emp. Circa quam regulam lege Ias. in l. iuris gentium in prin. nu. 7. ff. de pact. Dida. de Segura in tract. de bonis lucrat. cõst. mat. nu. 138. & ibi Dida. Perez in addi. Petrum Duennas in reg. 139. Paul. Pari. cons. 82. nu. 8. cum seq. vol. 3. And. Tiraq. latissime lib. 1. de Retract. §. 1. glo. 2. nu. 1. cum seq.

Hanc regulam, vltra autorem nostrum cũ quinque limitationibus scripsit Fabi. de monte S. Sabino in tract. de empti. & vendi. 2. q. prin. à numero primo vsque ad numerum vndecimum, à quo numero vndecimo vsque ad finem egregie cæteris melius regulam hanc interpretatur.

REGVLA. CCXXVIII.

Emptor etiam si in causa obtineat, potest expensas litis recuperare a venditore, nisi ab aduersario, qui sibi mouit litem super re empta, recuperasset. doctrina est Bar. in l. venditores contra glo. ibi in verbo, agniturus. in fine. ff. de verb. obliga. & cum Bar. est magis communis opinio secundũ Ias. ibi col. 2. num. 2. vbi referendo plures doctores qui hoc tenent, confirmat & defendit hanc regulam.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. l venditores. col. 3.

ANNOTATIO.

Adde quę scripsi infra in regula 274. versiculo, Et primam.

REGVLA. CCXXIX.

Emptor primus, vel donatarius, cui factum est constitutum, prefertur secundo, cui postea realis traditio fuit facta, re empta vel donata duobus successiue diuersis temporibus. tenet Ioã And. in addi. ad Specul. tit. de emp. & vend. §. sciendum. col. 10. ver. Quod si res. tradita. in addi. incipi. Hic dubitatur, referendo Guil. de Cuneo. & sequitur Bal. in rub. C. de contrahen. empti. in quęsti. 16. & Anto. in cap. cum veniissent. col. 3. de resti. Spoli. & tenet Alex. in cõs. relatis per Tho. Ferra. in caut. 48. & sequitur hoc etiã Ias. in l. quoties. C. de rei vendi. in col. 5. ver. Quinto principaliter limi

ta.

ta. vbi plures refert hoc sequentes.

Limita septem modis, vt per Phili. Deci. in reg. contractus. de regul. iuris. ff. in col. 4. cum duab. sequentibus.

ANNOTATIO.

Adde Bal. cons. 430. lib. 1. & cons. 414. lib. 2 Alberi. in rub. C. de dona. col. 1. & 2. & in l. quod meo. in prin. ff. de acqui. posse. Ang. cons. 16. in fine & cons. 167 etiam fuse. Abb. in cons. 91. col. pe. ver. Ex his satis. lib. 1. Paul. de Castro cons. 95. lib. 2. Bar. Soci. cons. 53. in fine lib. 1. & cons. 239. col. pen. ver. Nec refert. lib. 2. q reperitur cons. 231. lib. 4. Frã. Curti. Senio. cons. 22. incip Titius col. 1. Alex. cons. 14. ad fi. lib. 4. Guid. Pap. decis. Delphi. 11. Caro. Rui. cons. 53. li. 1. & cons. 81. col. 2. nu. 6. eo lib. & cons. 172. nu. 18. ibi. & cons. 7. nu. 16. lib. 3. Fibi. de monte S. Sabino in tract. de empti. & vendi. q. 10. col. 2. Deci. cons. 251. col. 3. & cons. 226. col. 1. & cons. 302. col. 3. nu. 9. Hippo. in l. qui duobus. 3. limi. ff. ad leg. Cornel. de fal. & in sing. 82. lim. 3. Cacha. Cot. in memoriis in verbo, Posse sio ciuilis. ante fin. quo loco asseuerat doctri nã huius regulæ obseruatam fuisse a collegio iudicum Mediolani. Camba. in tract. clausularum in clausula consti. tu. col. vlti. Ludo. Gozad. cons. 14. col. 1. nu. 5 & cons. 24. col. vlti. Mari. Soci Iunio. cons. 18. incip. Viso themate. post prin. lib. 2. Fran. de Ripa lib. 3. respõ. c. 8. Marc. de Mantua cons. 256. col. 2. nu. 1. Ferdi. Loaz. in rep. l. filius familias. §. Diui. col. 3. ver. Vtuni tamen. ff. de lega. 1. Old. cons. 114. Abb. in c. 2. de consuet. Anto. Gome. in tract. de contract. c. 2. nu. 10. cum multis alijs congestis a Tiraquello in tract. de iure consti. 1. par. nu. 21. ex quibus manifeste constat regulam istam esse approbatam communiter quod Tiraquellus agnoscit ibi num. 22.

REGVLA. CCXXX.

Emphyteosi ecclesiastica finita per tertiam generationem, cognati existẽtes in tertio gradu, petentes reuocationẽ inuestituræ, debent prẽferri omnibus extraneis, & si denegetur potẽrũt a denegatione appellare. not. Bar. in l. 1. in fine. ff. de priui. credi. qui idẽ ferè tenet in l. pen. §. permittitur. ff. de aqua quot. & esti. & in l. si mihi & Titio. in fine prin. ff. de verb. obliga. vbi teste Alex. hoc sequũtur doct. cõmuniter. Et istam regulam per supra dicta verba scripsit Ripa in. d. l. 1. in 1. col. vbi etiam refert Roma. Imo. Ancha. Alex Curti. & Barba. idem sequẽtes in suis consilijs, qui postea refert Imo. Areti. Panormi. Roma. Fulgos. contrariam opinionem tenentes & tãdem residet cum Philip. Deci. in d. communi opinione; & respondet ad aliqua fundamenta contraria.

Limita quinque modis, vt per eundem Ripam in d. l. 1. 2. col. ex quibus limitationibus dicit etiam patere solutionem ad aliqua fundamenta contra communem.

REGVLA. CCXXXI.

Emphyteusi ecclesiastica sumpta p aliquem pro se & filijs suis, nõ veniũt filij naturales etiam legitimati cõclusio fuit sing. Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. & in c. quę in ecclesiarum, col. penu. vbi melius loquitur de consti. & tenet etiã Feli. post Abb. in c. in præsentia. col. 11. ver. Quinto in quantum. de proba. quod multum commendauit Ias. in d. §. cum autem col. pen. quasi ad finem vbi plures refert hoc firmãtes, & dicit quod ab hoc nemo discrepat. & sequitur hoc etiam idem Ias. vbi refert Anchar. & Alex. in suis cons. in auth. si qua mulier. C. de sacro. eccles. & sequitur etiam Ioan. Fran. de Ripa in rub. de iudi. in col. 18. circa finem. Licet in cõtrarium faciat quod filius legitimatus dicatur vere & non ficte legitimus vt tenet Bar. in l. si is qui pro emptore. col. 7. ff. de vsu capi. q

sequi

sequitur Ias.in.l.hac consultissima.§. ex imperfecto. in princ.C.de testa.& in.l.eam quam.C. de fideicómiss.col. 5.& in.l.cum acutissimi.col.fina.eod. ti.& in.d.§.cum autem.col.6.Imò talis legitimatus habet existentiam sui hæredis,vt tenet Bal.sing.in. d.l. eam quam.quod dicit ibi Iass.in.d.col.5. alibi non legisse & sequitur etiam in d.§.ex imperfecto.

Limita primo,nisi ille filius legitimatus esset per subsequens matrimonium.tenet Ioan.de Imo.in.l. quod dicitur.ff.de verb.obliga.col. ante pen. quod sequitur Fel.vbi supra & Nico. cons.229.Ex tenore priuilegij.& Ias. in.d.§.cum autẽ.col.6.ad fin.& Alex. licet eum non referat Iass. in.l.ex facto.§.si quis rogatus.lo.1.col.10.ff.ad Trebel.quem vide melius in hoc scribentem & tenet etiam hoc dñs Ioan. Lup.in rep.rub.de dona.inter vir. & vxo.fol.29.col.4.ver.Et propterea, & supra dictam conclusionem tenet Bonus de Curtili in tract.de nobilitate.fol.14.col.1.circa finem referendo Imo.vbi supra,& adducit similem decisionem in feudo pro quo facit notabilis distinctio Anto.in. c. per venerabilem qui filij sint leg. de qua vide bene Gregor.in rep.cap.quamuis pactum.col.44.& seq.de pact.lib.6.

Secundo limita prædictam regulã nisi ipsa ecclesia concederet à principio dictam emphyteusim alicui naturali tantum,pro se & filijs suis, quia tunc filij illius, etiam tantum naturales venient.Istud voluit Bal.in.c.quæ in ecclesiarum.de cõsti.col. fi. de quo dubitat Ias.in.d.§.cum autem. in fine motus per tex.ibi qui contrarium videtur vrgere cui tãdem ipse respõdit.

Tertio crederem posse hoc limitari, nisi ecclesia concederet alicui emphyteusim pro se, & filijs iã procreatis,& scirent omnes quod ille nõ habebat nisi vnicum filium naturalẽ legitimatum:ad quod moueor per similem conclusionem Bal. in.l.eam quã. in 9.col.C.de fideicõmiss. quã refert. Barba.in.c.veniens.col.1. de accusa. & Hippol. in.l.1.§.seruus.col.2 ff.de quæstio.vbi aliud simile adducit.

Quarto potest limitari præfata regula,nisi talis filius esset legitimatus à patre citata ecclesia in tempore legitimationis.& cõsentiente. ita tenet Ang.in cons.402.incip.Titius.& alibi non legi.

ANNOTATIO

Adde And.Tiraq.in tract.de morte.2.par. declaratione.6.pag.139.a quo poteris multa colligere in huius regulę corroborationem.& vide Bartho.Chassanc.in comment.in cõsue. Burg.titu.*Des successions* §.1.glo.1.in fine. & Ioan.Sainxon in consuetu.Turonen.tit. *Des successions*.§.2.glo.2.

REGVLA. CCXXXII.

Emphyteuta soluens partẽ canononis,si integrum non soluat tempore statuto per legem, poterit in totum expelli.Ita tenet Specula. tit.de locato.§.nunc aliqua.ver.vigesimonono. cum quo transit communis opinio.vt testatur Iass.in.l.2.C.de iure emphy. col.14.nu.54.

Limita duobus modis, vt per Iass. vbi supra & vide doctorem del Cassillo in commento.l.68.Tauri vbi ponit nouem limitationes in parte, *Ciertos plazos*.

ANNOTATIO.

Adde & ampliа singulariter regulam istã, vt procedat etiam si emphyteuta totam pensionem soluerit,præter vnum numum, cadit sanè emphyteusi, ac si nihil soluisset.ita voluerũt Paul.& Alexãd.in.l.in executione. §. Item

Item ſi ita.ff.de verb.oblig.Iaſ.in.l. 2. col.16. in quæſt.16.C.de iure emphy. & in authen. qui rem.col.5.C.de ſacro.eccle. Carol.Moli. in addi.ad Deci.in.c.de appellationibus litera.D.de appel.And.Tiraq. vbi multis doctrinis confirmat in tract.de retractu conuentionali.§.4.glo.6.nu.26 fol.319.

REGVLA. CCXXXIII.

Enuntiatiua verba, principaliter propter aliud prolata non diſponũt, & nihil operantur.tex.eſt vbi doctores in.l.ex his verbis. C. de teſt.mili. per Bart. in. l. ex hac ſcriptura.ff. de dona.

Limita vndecim modis, vt per Iaſ. in.d.l. ex his verbis.1.&.2. col. vltra alias fallentias quas remiſsiuè deſcribit.

ANNOTATIO.

Adde doctores poſt glo.ibi in.l.1.C.de faſſ. cauſ.adiect.leg.& in.c.poſt ceſsionem.de proba.Domi.vbi ſcribit ſing. deciſionem in.c.1. de procura.lib.6.& doctores in.c.fin. de ſucceſſ.ab inteſt.Curti.in.l.2.nume.11.C.de iura.calu.Matth.Sela.in not.33.vbi late Gabriel Sarayna eius diligens additionator Aymõ Crauet.in tract.de antiqui.temp.1.part.§. propoſitum noſtrum. fol.14. cum multis ſequentibus quo loco ampliſsimè materiam huius noſtrę regulę interpretatur.

REGVLA. CCXXXIIII.

Epiſcopus vel pontifex nõ dicitur quis,ante conſecrationem. Abb. poſt Ioan. And. & alios per text.ibi in.c. eam te.de reſcrip.tex.eſt in.c. tam literis.de teſt.quod Feli.cõfirmat in.d. c.eam te.col.2.

Amplia quadrupliciter, & limita quinque modis, vt per eum ibi col.3. cum.2.ſeq.

Primo,etiam ſi fiat mentio de promotis.

Secundo, etiam ſi fiat mentio de pontifice.

Tertio,etiam ſi illi ſint,quibus hodie prouidet papa pronuntiando eos epiſcopos.

Quarto, extende ad rectorem ſtudij,qui non dicitur rector ante confirmationem ſed tantum electus. Quę tamen ampliatio non pertinet ad propoſitum regulæ.

Limita primo, dummodo ſubiecta materia cõcernat exercitium vel decorẽ ordinis epiſcopalis, ſecus ſi ſimpliciter concerneret iuriſdictionem, quia tunc materia de epiſcopo verificatur in confirmato. Felin.vbi ſupra, qui ex hoc aliqua infert,& hanc limitationem confirmat.

Secundo limita in papa, qui ante coronationẽ eſt Epiſcopus, & ſeruus ſeruorum Dei nec appellatur electus ſed papa. Extrau. Quia nõnulli.ſub titul.de ſentent.excommu. inter communes.

Tertio limita in abbate, qui ante benedictionem appellatur Abbas. Oldral.conſi.14.col.2.Ioã. And. Anto. & Gardi.in. c. inter monaſterium de re iudi. Licet Hoſti. cõtrarium teneat & Archi. dubitet in locis per Felin. vbi ſupra relatis,qui ponit quoad hãc materiam rationem differentiæ inter epiſcopum & abbatem.

Quarto limita, niſi fortè electus epiſcopus eſſet ante Abbas: quia poteſt aliqua ordinis exercere,quę alius non poſſet licet appellaretur electus. Et idem videtur de epiſcopo ad alium epiſcopatum tranſlato,quòd poſsit ea quæ ſunt ordinis, & veniat appellatione epiſcopi poſt confirmationẽ & Feli.plus ibi dicit,quod fortè archiepiſcopus trãſlatus poſsit ea quæ ſunt ordinis ratione conſecrationis quæ nõ reiteratur,licet non dicatur archiepiſcopus ante nouam paleationem relinquit vero expoſt facto cogitãdũ.

Quinto

Quinto limitatur in magistratibus quibusdam supremis temporalibus videlicet consulatus & huiusmodi, sed ista limitatio omnino impertinens est.

ANNOTATIO

Adde circa regulam plures doctores eam examinantes quos allegat Additionator Abb. in c. cum te. litera A. de rescriptis. & vide Berthachin in tract. de episcopo. 4. part. 2. part. prin. lib. 3.

REGVLA. CCXXXV.

Episcopalis dignitas liberat filium à patria potestate. vt est tex. in. §. illud in authen. consti. quę de dignita. & in auth. sed hodie. C. de epis cop. & cleri. est gloss in. l. 1. ad fin. ff. ad Macedo. not. Bar. in. l. si maritus. C. de pat. pot.

Limita dupliciter, vt per Ias. in. l. patre furioso. in col. pe. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Primo, vt intelligatur dicta regula, quatenus patria potestas est cõtra eũ, sed quatenus est sibi fauorabilis, durat filius in potestate patris. ita sing. Bar. in. l. item in potestate. eod. titu. vbi infert ad pulchram quæstionẽ & sequitur eũ Ias. vbi supra, qui allegat alios doctores idem tenentes.

Secundo limita, in filijs eiusdem episcopi, qui nõ liberantur ab eius potestate. ita dicit mirabiliter Bal. in. l. fin. § necessitate C. de bon. quæ lib. atque ideo episcopus debet habere vsum fructum in bonis aduẽtitijs filiorum sicut si esset laicus, quod non legit alibi Ias. vbi supra contrarium tamen ponderat dixisse expresse Bar. in d. l. item in potestate & dicit esse tex. in. d. authen. sed hodie episcopalis dignitas. ad finem.

ANNOTATIO.

Adde tex. in. c. per venerabilem qui filij sint legi. & l. 65. ti. 5. par. 1. ibi, *que el dia que le hazen obispo sale de poder de su padre y de otro mayoral suyo, que auia si era en alguna orden* & l. 14. ti. 18. par. 4. Et in multis episcopi ratione dignitatis prę cęteris legiati sunt vt per Specul. titu. de dispensatione. §. Nunc de episcoporum, versi. Ipsi quoque in multis. Et vide etiam circa regulam istam Cate. Cott. in Memorabi. incip. episcopalis.

REGVLA. CCXXXVI.

Episcopus potest facere edictum, vt ostendant omnes titulum suorum beneficiorum, sub pœna priuationis, & valebit talis pœna. ita doctores in c. ordinarij. de officio ordi. in. 6. tradit hãc regulã Fel. in. c. licet Heli. col. 5. in prin. ver. quinta cõclusi. de simo.

Limita primo, nisi essent beneficia simplicia, vel quis non teneretur ea contra ius, quia in talibus generalia etiam edicta nihil operantur. ita tenet Ancha. cons. 56. incip. duplicis ratione. Quia regula intelligitur de retinẽtibus beneficia per dispensationem & sequitur Feli. vbi supra.

Secundo limita singulariter, nisi comparens haberet iustã causam credendi quod episcopus non intellexisset de eo, puta quia alias fecerat sibi fidem de dispensatione. Ita eleganter consuluit Cardi. cons. 36. incip. licet in curia Roman. Pon. quod commendat vbi supra Feli.

ANNOTATIO.

Adde tex. in. c. graue. de prębẽ. c. 1 vt eccle siast. benefi. tex. ex concilio Basilien. si in Prag. Sanctione tit. de pacifi. possessio §. Ordinarij. glo. & docto. in reg. 1. de reg. iur. lib. 6. & in. c. contingit. de dolo. & cent. Et si verum sit in rebus temporalibus neminẽ cogi posse vt suæ possessionis titulũ ostendat. l. cogi. C. de petit. hæredit. ad quem tex. vigintí limitationes diligenter scripsit. Matthæus de Afflictis in. c. 1. not. 6. de contro. inuesti.

Primã huius regulę limitationem quã ex

Petro de Ancha. conſ. 56. alias. 60. nume 1. hic conſtituit auctor dubiam ſane eſſe cõſeo, quia non video vnde ratio differentiæ colligi poſsit inter beneficia ſimplicia, & illa quæ animarum curã annexã habet. Nam indiſtincte in beneficiis omnibus ſancitum eſt, vt nõ niſi titulo & canonica inſtitutiõe acquiri poſsint: & par ratio peccati detur, in obtinente beneficium ſimplex ſine titulo, ſicut in poſsidente beneficium habẽs animarũ curã annexã. Et multo minus mihi placet, quod hic etiam ex d. conſilio Anch. author noſter ſcribit regulam iſtam tantum procedere, in obtinentibus beneficia per diſpenſationem: nã præter id quod reſtrictio hæc aliena prorſus eſt a mente iurium ſupra allegatorũ, eſſet equidem ſanctã huius regulæ diſpoſitionẽ ad nihilũ redigere. Qua ratione cenſeo q̃ in omnibus eccleſiaſticis beneficiis epiſcopus vel ordinarius iudex inquirere optime poteſt quo iure, & titulo quiſq; ea poſsideat: atq; ideo poterit exigere à poſſeſſoribus titulos, quos ad obtinenda beneficia habuerint, vt iura iam allegata probãt: hoc tamen cum prudentia ita faciendum eſt, quando huiuſmodi indagatio vtilitatem maximã præferat, & per eã animarũ ſaluti cõſulatur: ne alias legitimi poſſeſſores fruſtra inquietentur, & ideo q̃n hoc fieri oporteat, integerrimo & prudẽtiſsimo epiſcoporũ, & aliorũ ſuperiorum iudicio relinquendũ eſſe cenſeo.

Secundã limitationẽ tenẽnt Inno. in c. veniẽs. de filiis preſby. Ioan. And. Anch. & Frã. in d. c. 1. de regul iur. lib. 6. qui hoc tenẽt arg. ſumpto ex cap dilecto de præb. & c. ex ore. de his quæ fiunt à maio. par. capi.

Tertio, vltra authorem limita iſtã regulam, q̃n ille qui beneficium habet iuuatus eſt triẽnali poſſeſsione, etiã cũ titulo colorato, & bona fide: quia is nullo modo cogi poteſt vt titulũ ſui beneficij oſtendat. Sic placuit Petro Rebuffo in tract. de paci. poſſe. nu. 20. Sed cõtrariũ probat tex. optimus in d. prag. ſanct. tit. de pacifi. poſſeſ. § . ordin. vbi glo. in verbo, triẽnio. in prioris illius tituli parte & ibi Probꝰ. nu. 4. Fel. in c. ſicut de re iudi. D. epiſcop. Couar. in reg. poſſ. 2. par. §. 10. nu. 10. de reg. iur. li. 6. Go. in reg. Cãcel. reg. de Triẽnali q. 58. Caſſado. dec. 7. nu. 9. ſup reg cãcel poſſeſsio quidẽ triẽnalis etiã bona fide obtẽta, minimè dat canonicũ titulũ poſsidenti. glo. egregia in c. cõtingit. de dolo & cõtu. Choſmas in prag. ſanct. ti. de pacifi. poſſeſ. in verbo, moleſtari, & in verbo, Triẽnio. Ludo. Gome. in d. reg. q. 11. & Caſſad. d. dec. 7. Ioã. de Selua in 3. par. de bñficio. q. 21. ad finẽ. Atq; ita Cõſalus a Villadiego ex conſenſu auditorum indicauit, quemadmodũ refert glo. in d. reg. Cancellariæ. 33. Et ea ratione ea poſſeſsio minimè impedit epiſcopũ, nec ordinarium quin poſsit titulum beneficij exigere, & de eo inquirere.

Quarto limita, q̃n poſſeſsio bñficij continua fuit longi tẽporis quia hoc caſu, ſatis erit titulũ proprio iuramẽto probare: nec opus erit illiũ oſtẽdere. arg. l. fi arbiter. ff. de proba. tradit glo. in prag. ſanct. tit. de pacifi. poſſ. §. ordina. in verbo, inquirãt. ad fi. Domi. in c. ordinarij. de offic. ord. li. 6 Ioã. a Selua de bñficio. 2. par. q. 25. At quod tẽpus in hoc caſu requiratur, inter doctores noſtros cõtrouerſum eſt. Etenim Ana. in d. c. licet Heli. adhuc eſſectũ triennii exigit vbi Fel. decẽnium requirit. Idẽ in c. illud. col. pe. de præſum. nũc triẽnium, nũc decennũ neceſſariũ eſſe exiſtimat. Qua ratiõe, cũ nihil certũ in hac re ſancitum ſit. prudenter hoc iudicis arbitrio definiendum eſſe cenſet dominus epiſcopus. Segou. in d. § . 10. n. 9.

REGVLA. CCXXXVII.

Epiſcopo debetur quarta pars de legatis factis eccleſijs & de decimis, & de his quę obueniũt funeris occaſiõe. vt not. Abb. in c. requiſiſti. de teſta.

Limita nouẽ modis, vt p̃ Silueſt. in ſumma in verbo, canonica por. §. 4.

Primo, q̃n relinquitur aliq̃d pro ornamẽtis eccleſię ſeu veſtibꝰ, vt ſeri cũ p̃ planeta, vel aliud ornamentũ p̃ altari. doct. in c. fi. de teſta. Ex quo ſequitur ſecũdũ Syluest. vbi ſupra quod ſi legatur aliq̃d vt fiat chorus, pictura anchona, vel calix, vel huiuſmodi nõ debetur quarta. Et idẽ intelligit de omni eo quod venit in vſum diuini cultꝰ in eccleſia, quod vſu ipſo nõ cõſumit, imo & ſi cõſumatur, immediate tũ in honorem Dei. vide per cũ exempla.

Secundo, quando pro ornamentis redimendis ornandis, ſeu reparandis Innoc. in d. cap. fin. & idem intelligit Syluest. quando legatur pro extruendo ſepulchro.

Tertio

Tertio, quando legatur pro fabrica eccleſię reparatione indigente, & portio pro fabrica non habetur, & ſi habetur non ſufficit, quod ſi eccleſia non indiget fabrica, tunc ſoluetur epiſcopo ex tali legato quarta.

Quarto limita, quãdo legatur pro luminaribus vt oleum pro lampade, vel cerei & huiuſmodi.

Quinto limita, quãdo legatur pro anniuerſario annuatim.

Sexto limita quãdo legatur pro. 7. 30. & huiuſmodi.

Septimo limita, quando legatur ad perpetuum cultum diuinum, puta, vt annuatim fiat alicuius ſancti feſtum, vel dicatur officium in vna capella.

Octauo limita, in oblationibus de quibus non debetur quarta vt olim.

Nono limita, in donatione in vita de qua etiam non debetur quarta.

REGVLA. CCXXXVIII.

Epiſcopus poteſt cõdere ſtatuta ita concludit Bar. in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure quod latius proſequitur ibi Bal.

Limita, dum tamen non ſtatuat contra ius per text. in dict. cap. quod ſuper his. de maior. & obedi. & in cap. vt animarum. de conſtitu. lib. 6. per quæ iura ita limitat Iaſſo. in. l. omnes populi. 1. lectura. col. fina. ff. de iuſt. & iur.

Sublimita ſingulariter, niſi epiſcopus ex cauſa euidenti & neceſſaria ſtatueret contra ius, quia tunc poſſet ita tenet Bal. in. dict. l. omnes populi. col. 6. per text. ſingul. in. l. hominem. ff. mand. de qua limitatione exclamat Abba. in pluribus locis, vt refert Iaſ. in dict. col. fin. & ponit latius idem Iaſ. in. d. l. omnes in. 2. lectu. in col. 2. Quam concluſionem Bal. dicit famoſam idem Iaſ. in. l. non ſolum. §. morte. ff. de noui operis nunt. in col. 21. poſt medium. idẽ Iaſſo. in. l. 1. C. de precib. imperat. offerend. in col. 1. Et illud dictum retulit etiam Felin. in. c. 1. de conſtit. col. 15. quaſi in fine, per quem vide ibi in col. ſeque. plura ſingularia quę licet ex magna cauſa, & neceſſaria quæ alias non licerent. Et vide Henrric. Botteum in tracta. de ſynodo epiſcop. part. 3. numero. 49. octaua concluſ. Cartag. 324. 2. tomo tract. vbi primo hanc concluſionem plurium doctorum allegatione corroborat, & demum tripliciter ſublimitat.

ANNOTATIO.

Adde & vtiliter amplia iſtam regulam, vt in tantum procedat, quod epiſcopus ſtatuendo pœnam imponere poſsit, vbi ius non imponit: vel augere poſsit pœnam à iure ſtatutam text. nota. in. c. innotuit. vbi. Anton. de Butrio & Abba. de eo qui furti. ordin. ſu. & in cap. 2. §. ſtatutum. de conſt. lib. 6. gloſſ. in Clemen. ne Romani in verbo, tolli. de electi. Abba. in cap. cum dilectus nume. 10. & in. c. cum conſuetudinis. de conſuetud. & in cap. licet nume. 2. de offic. ordin. & in cap. ex frequentibus nume. 5. de inſtitu. & in cap. à nobis. in. 1. not. 1. vbi eſt bonus text. de ſentent. excommunic. Hoſti. Ioann. Andr. Antoni. de Butrio & Cardin. in. cap. fin. de offici. Archipresbyt. Bal. col. 2. in rub. de conſtituti. Henrric. Botteus in tract. de ſynodo epiſco. 1. artic. concluſione. 13. nume. 106. vbi iſtam ampliationem alijs octo modis ampliat & quadrupliciter limitat eamq; diligenter declarat vſq; ad numerum. 135.

REGVLA. CCXXXIX.

Epiſcopus exiſtens extra ſuã diœceſim, non poteſt cognoſcere de cauſa ſibi commiſſa, non facta mentione de mora alibi quã in ſua diœceſi per eũ facta

facta Abb.in cap. nõnulli.de reſcrip. per tex.vbi idem Abb.in.c.fi. de rerũ permutatione Abba. in .c.fin. circa princ. de iudi.& in.c.olim.de except. Cardi.in Clem.fi.quæſt. 2. de ſenten. excommu.

Limita dupliciter, vt per Fel. in.d. c.nonnulli.col.3.

Primo niſi de conſenſu partium procederet, & non traheret reum vltra dietam.

Secundo limita, niſi conſtaret Papam ſcire quod is cui ſcribit alibi moratur.ſecundum Domi.in.c.ſtatutum §.cum vero.col.1.de reſcriptis lib. 6. Et infert ad epiſcopũ Feſulanum morantem continuo Florentiæ ex priuilegio, vt ibi per eum.

REGVLA. CCXL.

Epiſcopo pertinet prouiſio eccleſiarum, quæ ſubſunt plebibus, vel aliis eccleſijs inferioribus. not. Innoc. in.c.cum venerabilis.de excepti.& vide Butri.in.c. fin. col. 1. de cauſa poſſeſsio.Nicol.Mil. in ſuo rep. in verbo,epiſcopus.Qui aſſerunt.quod epiſcopus fundat intentum ſuum de iure communi in ſubiectione omnium eccleſiarum ſitarum in ſua diœceſi facit tex.in.c.omnes Baſilicę.16.q.7.

Amplia dupliciter & limita quinquemodis,vt per Feli.in.d.c.cum venerabilis.in col.11.& ſeq.

Primo etiam ſi alienus epiſcopus conſtruat eccleſiam de nouo in illa diœceſi, quia illi epiſcopo ędificanti ſola reſeruatur pręſentatio.tex. vnic⁹ ſecundum Felin. vbi ſupra in cap. 1. 16.quęſtio.5.

Secundo amplia etiam ſi fundator eccleſię ordinaret, quòd inſtitutio ad epiſcopum non ſpectaret ſed ad inferiorem, & etiam ſi irritaret teſtator omnem diſpoſitionem ſuam, ſi eccleſia non gubernaretur, vt ipſe ordinauit. Item etiam ſi mandet in pœnam, quod reditus illi eccleſię deputati conuerterentur in alios pios vſus. Intellige tamen prędicta, niſi diſponens id agat conſentiente epiſcopo, quo iniuſte recuſante conſenſum pręſtare, agi poſſet coram ſuperiore vt compellatur,quem ſi pręſtat non poteſt eius ſucceſſor reuocare, cum de iuris quæſiti eccleſiæ præiudicio non agatur. hæc ex Innoc. Abba. Sicul. Bar.& Rot.deciſione colligit Felinus vbi ſupra.

Limita primo hanc regulam, in eccleſijs quæ ſunt de titulis Cardinalium, quia in illis Cardinalis etiam non epiſcopus vtitur pleno iure epiſcopali.

Secundo limita niſi plebs vel inferior eccleſia haberet ex iure ſpeciali inſtituendi ius ex priuilegio vel præſcriptione.

Tertio limita in beneficijs ſubiectis eccleſijs regularibus collegiatis, in quibus ad præſentationem monachorum epiſcopus inſtituit.

Quarto limita quando eccleſiæ ſunt ſitę in parrochia alterius eccleſiæ. Domi. Ioann. Andr. Archiep. & Lap.poſt Innoc.in varijs locis relatis per Felin. vbi ſupra. Qui tamen intelligit hoc procedere, quando eccleſia illa in cuius parrochia eſt, vel ſunt ſitę alię eccleſię, maximè eſt patrona,vt in caſu.c.3.de eccleſijs ędificati.vt dicunt Abb.Cardi.& Fede. poſt Innoc.in locis per eum relatis. Secus autem ſi ſimpliciter eccleſia ſita fuerit in parrochia alterius, quia tunc erit locus regulę & ad epiſcopum pertinebit inſtitutio.

Quinto limita in eccleſijs collegiatis ſecularibus, in quib⁹ licet inſti

tutio

tutio vel confirmatio in beneficijs eis ſubiectis ſpectat ad Epiſcopum, electio tamen, & præſentatio ſpectat ad prælatum & capitulum illius eccleſiæ niſi eccleſia collegiata dotauerit illa beneficia, vel niſi in corpore eccleſię conſtructę vel in fundo proprietatis eiuſdem, in iſtis enim tribus, vel aliquo eorum, concurrentibus, talis prouiſio ſpectat ad prælatum cum capitulo non autem ad epiſcopum. Ita Anton. de Butrio poſt Calderi. & Paul. in . cap . cum eccleſia Vulteranа. de electi . 7 . col . Felin. tamen vbi ſupra conſiderans contrarietates doctorum quos ibi refert, dicit forte verius eſſe (quicquid prædicti doctores dicãt) quod etiam in dictis tribus caſibus, per quos ſolum videtur acquiſitum ius patronatus, præſentatio ſpectat ad rectorem inferiorem, inſtitutio vero ad epiſcopum, pro quo ipſe allegat aliqua, quę poteris per eum videre.

REGVLA. CCXLI.

Epiſcopus poteſt diſpenſare, vel abſoluere à iuramento ſimpliciter, aut in aliquo caſu, quando iuramentum non eſt manifeſtè licitum & vtile ſed dubium eſt an ſit licitũ vel illicitum, profuturũ vel nociturum. Iſtã regulam probant iura in cap. conſtitutis. de teſt. & in. c. ſi vero. el. 1. & in c. verum. & in. c. cum quidam. de iureiurand. per quę. iura eam tradit Fel. 9. col. in. c. 2. de ſponſa. vbi refert doctores eam tenentes.

Limita iſtam regulam dupliciter, vt per Felin. vbi ſupra & in col. ſeq. quam prius tripliciter declarat.

Primo declara, vt procedat etiam quando iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ continet tamen turpitudinem ex parte recipientis illud, quia tunc non eſt neceſſe, vt iurans adimpleat prius, vel quod compellat recipientem ad relaxationem, ſed poteſt directe petere abſolutionem.

Secundo declara, vt procedat quãdo eſt pernitioſum exemplo, quia tũc poteſt, & debet per epiſcopum relaxari.

Tertio, declara procedere etiam ſi eſſet licitum, poteſt tamen Epiſcopus per viam permutationis, licet nõ totalis relaxationis diſpenſare.

Limita primo, ſi eſſet probabile dubium, an eſſet concedenda abſolutio vel non, quia illam eo caſu non poteſt inferior à Papa etiam Legatus concedere. ita doctores relati per Felin. in. d. cap. 2. nume. 22. Contrarium tamen dicit tenere Specul. Abbat. & Anto. & Domi. in varijs locis, eo quia etiam Epiſcopus poteſt interpretari, an iuramentum ſit licitum vel non, & an concedenda ſit abſolutio vel ne. Demum vero ipſe Felin. dicit, quod in hoc puncto valde quotidiano non eſt firmanda ſententia propter diſcrepantiam talium doctorum, & ſecunda opinio videtur ſibi communior, ſed prima tutior. Aſſerit tamen ſibi videri quod ſaltem Legatus poſſet interpretari iuramentum, quod dicit notandum.

Secundo, limita dummodo in relaxatione iuramenti citetur pars cui aliquid eſt iuratum, alias relaxatio non valet. Ita Ioan. Andr. Ancha. & alij quos allegat. Felin. vbi ſupra. eandem concluſionem refert. tenere Panor. Ancha. Zabar. Barb. Alexan. & Iaſ. in varijs locis Guill. Bened. in repet. capit. Raynuntius. de teſtam. in verbo, Duas habens filias. col. fin.

fol.44.nume.299.in prima par.rep. vbi allegat.Guid. Papę quęst.111. & Ioan.de Ferra.in sua pract. in libello iuramenti quod pręstatur à parte parti qui idẽ dicunt. Contrarium tamen refert tenuisse Paul.de Castro in cõs. 216.Sed cõcordat prędictas opiniones per consilium Oldr. 120. vbi eleganter loquens tangit breuiter veritatem æquam secundum eum, videlicet quod si petatur iuramentum relaxari, vt per hoc obligatio quę cõtracta est tollatur, & instrumentum cancelletur, ac si iuratum non fuisset, partis vocatio est necessaria, sin autem petatur ad solum habilitandam personam, vt iuramento non obstante possit dolum vel fraudem, vel metum detegere ipsius contractus, tunc cum de grandi non agatur pręiudicio ipsius creditoris, non est necessaria partis vocatio, cum sibi remaneat adhuc facultas, defendendi contractum.hęc Oldral. Cuius consilium dietim practicatur apud. Gallos. Sed si bene ponderentur verba Paul.de Castro in. d. consilio idem sentit quod Oldral. secundum prędictum Guilli. Qui addit, quod fortè vbi notorie constaret iuramentum cõtinere turpitudinem in se ex parte recipientis,ita quòd illi seu creditori nulla competeret in contrarium exceptio,nõ esset necessaria partis citatio ad relaxandum iuramentum.secundum Pano.in.cap.1.de iure iuran.de quo videndus est Guido papę quęstio.140.&.225.cum duab.seq. & quęstio.Capellę.62.

ANNOTATIO.

Adde circa istam regulam maxime circa vltimam eius limitationem istum dominum Episcopũ supra in regula.5. vbi lege quę ipse post eum adnotaui.

REGVLA. CCXLII.

Episcopus potest dispensare contra suam constitutionem & eam tollere.notat.Ioan.And.in reg.in generali.in Mercurial.& in reg.cui licet. de reg.iur.in.6.

Limita dupliciter,vt per summam Rosellam.in verbo, excõmunicatio. lo.7.§.14.& per Siluest.in eod.verb. lo.1.in ver.sciendum est tertio.

Primo, nisi constitutio transit in priuilegium,vel contractum.

Secundo,nisi sit iurata, vt ibi per eos.

ANNOTATIO

Adde circa istã regulam.113. casus in quibus potest episcopus dispensare quos congerit Aluarus Pelargus lib.1.de planctu ecclesię arti 5.& ibi in fine in verb.Prohibetur.scribit multos casus in quibus Episcopus non potest dispensare.Et.136.casus in quibus episcopus potest dispensare scripsit Bertachi. in tract. de episcopo.2.par.4.lib.num.107.&.143 cumulauit Specula.titu. de dispẽsatione. §. Nũc de episcoporum.à numero primo vsq; ad numerum.22.vbi etiam alios casus in quibus episcopi non dispensant congessit.

REGVLA.CCXLIII.

Episcopus seu eius vicarius ad instantiam cuiuscũq; petentis potest cõcedere monitorias generales contra detinentes res suas, vt nisi restituant infra certum tẽpus sint excõmunicati tenet glo.& ibi Bar.Bal.Ang.Alb. & alij in.l.in ciuile.C.de fur.Et tenet Rot.444.in nouis in decis.incip. extra Rotã.tenet Bal.in.c.si sacerdos.de offi.ord.Aret.in.c.nouit.pe.col.deiu.

Amplia istam regulam quinque modis, & alijs quinque restringe. vt per Ioan.de Neuizan. in sua silua nupti. fol.11. col. fin. cum quinque seq. qui prius ad varia loca remittit p regula. Et quia materia est quotidiana & for

& forsan ille tractatus non erit tibi facilis, referam in summa prædictas limitationes.

Primo limita, vt non possint concedi tales literę excommunicato.

Secundo, quãdo sciretur quis rem subtraxerit, vel quãdo esset notus aduersarius, quia tunc debet agi contra eũ via ordinaria coram competenti iudice.

Tertio limita, vt non procedant tales literæ pro re leui, vt pro gallina.

Quarto limita si illæ monitoriæ essent infamatorię, puta qui cognouerit talem mulierem debeat illud propalare. Sed hęc ad reg. est impertinẽs restrictio.

Quinto si ille qui haberet rem, pro qua literę promulgantur comparęat, dicendo quòd ipse tenet illam sed nõ cum peccato, & quòd paratus est super illa in iudicio respondere coram competenti iudice ad quem petit remitti.

Sexto fallit, quando is ad cuius instantiã concedũtur monitoriæ, prius pactum fecit cum parte, quod etiam si faceret publicare tales monitorias quòd nec ipse nec scientes per hoc teneantur propalare istam limitationẽ tradit idem Ioan. Neui. in ead. Sylua Nupti. in ea quę nunc est nouiter per eum addita & impressa in fol. 63. col. 1. quasi in fine.

Septimo limita, quando debens implere hoc facere non possit, quia tales literę non arctãt ad impossibilia: hãc etiam ponit idem vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam istam concilium Tridentinum sessione. 25. cap. 3.

Episcopus vide infra, in verbo, prouisio. lo. 1. & in verbo, visitare.

REGVLA. CCXLIIII.

Epistola habens sigillum authenticum plenè probat: ita cõcludit Bar. in. l. nuda ratio. ff. de donationi.

Limita dupliciter, vt per Ro. in. l. nuda ratio. in col. pen. & fin. vt refert Ias. in. l. admonendi. in rep. ff. de iure. iur. in col. 61.

Primo intellige regulam, quando talis epistola fuit acceptata per eum ad quem destinatur, secus si expresse cõtradixisset, quia tũc non probaret.

Secundo limita, si iam mortuus esset mittens, ante quam epistola peruenire quò mittebatur: & regula procedit, quando viuo adhuc mittente peruenit.

REGVLA. CCXLV.

Aequitas est prędferenda rigori vt in. c. fina. in fine de transacti. & in capit. disciplina. 15. dist. & in. l. placuit. C. de iudi. & in. l. si tibi. ff. si cer. peta. & in. c. fin. de transact. & tenet Bald. per illum text. in. l. 2. 1. nota. C. de rescind. vendi.

Limita dupliciter hanc conclusionem, vt per Feli. in. c. cum illorum. de sent. excommuni. col. 2. Quam tamẽ quadrupliciter restringit Ias. in. d. l. placuit. Vide etiam Philip. Deci. in reg. in omnibus quidem. col. 2. ff. de regul. iur. vbi hanc conclusionem restringit tribus modis. Et an hę limitationes, sicut sunt à varijs doctoribus scriptę, differãt inter se, studiosus ipse disquirat: non enim semper scribentibus idem est otium, eadem animi quies & corporis valetudo, etsi semper communis vtilitatis sit vniformis affectus.

REGVLA. CCXLVI.

Error elicit⁹ ex actis, nõ reddit sen

tentiam nullam ideo non impedit trã ſitum in rem iudicatam. glo. Abb. & alij in c.inter cæteras.de re iudi. vbi Feli.col.1.poſt Abb.plures allegat.& ab alijs hanc concluſionem defendit.

Limita & declara hanc regulã nouem modis,vt per Feli. vbi ſupra col. 2.cum quatuor ſequẽ.vbi copioſè loquitur.

REGVLA. CCXLVII.

Error in materia, in contractibus bonę fidei,vitiat contractum text.eſt in.l.ſi ſterilis. §. quamuis. ff.de acti. emp.& in.l.cum ab eo.§. final. ff. de cont.emp.

REGVLA. CCXLVIII.

Exceptio dilatoria ſuperueniens poſt litem cõteſtatam,opponi poteſt. glo.iuncto tex.quem doct. ibi not. in c.inſinuante.de offi.deleg. vbi Felin. confirmat hanc regulam.col.3.

Limita quinque modis. vt per eum ibi:& quintam limitationem ſublimi tat quinque caſibus.

REGVLA. CCXLIX.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt obijci infra biẽnium.text.in.l. contractibus.C.de non num.pecu.

Fallit ſeptem modis,vt per Feli.in c.ſi cautio.nu.51.de fid.inſt.

ANNOTATIO.

Adde tex.in §.1.inſt.de litera.oblig. regiã l.9.titul.1.part.5. &.l.184.in leg.Styli.Circa quam regulam vide Petrum de Vnzola in pract.artis notariatus in rub. de excep. non nume.pecu.

Hanc regulam,vltra authorẽ noſtrum cũ 12.ampliationibus &.10.limitationibus ſcripſit Petrus Dueñas in reg.240. Eandem regulam tradidit Petrus Rebuff.ſuper regias leges Gallię in tract.đ Chirographo.& ſchedu. recogni.artic.2 pag.209. primo tomo conſti. Franciæ vbi à nume.19.vſque ad nume.42. ampliat eam.17.modis,& a nume.43.vſque ad finem limitat eam.16.modis. In regno tamen Franciæ, ſemper auditur opponens exceptionem non numeratę pecuniæ, ſed is qui opponit oportet quod ſemper probet, ſiue ante biennium ſiue poſt.ita teſtatur Petrus Rebuff.in prooem. conſt. Frantiæ gloſ.5. nu.59. fol.30.& vide eundem in.d. tract.d.articul.2. nu.15.pag.209.& Rupellanum lib. 1. Foren. inſti.c.35.vbi aſſeuerat,exceptionem non numeratæ pecuniæ non admitti apud Gallos, etiam infra biennium:etiam aduerſus ſimplicẽ cautionem.Nec etiam apud Bituricenſes admittitur,teſte Nicola.Boeri.in conſuet.Bitur. tit.de iuriſdi.§.8.ſed nec apud Hiſpanos vnquam vidiſſe admiſſam,vt creditori intra biẽnium incumbat onus probãdi pecuniam vere fuiſſe numeratam, agnoſcit. D. Epiſcopus Segou.in.c.quamuis pactum.1.part.relecti.§. 3.nu.10.de pact.lib.6.Et ſecundum hoc intelligendum eſſe cenſeo quod Rupellani. & Boeri.de Franciæ,& de Biturici.conſuetudine teſtantur,vt apud eos ea exceptio non recipiatur intra biennium, vt onus probationis numeratę pecuniæ creditori incumbat.ita ex Rebuff.colligitur vbi ſuprà allegaui.

REGVLA. CCL.

Exceptio omnis peremptoria, quæ non venit ad impugnandum ſententiam,ſed ad moderandum,ſeu limitãdum executionẽ, poteſt opponi poſt ſententiam.tex.eſt in.l.Neſennius.ff. de re iudi.& in.l.ſi fideiuſſor.ff. de fideiuſſor.§.idem reſpõdit.& in.l.ex diuerſo.§.fin.ff.ſolu.matr.per quæ iura firmat hanc regulam Bar.in.l.1.C.de iur.& facti igno. quam ibi cõmendat Iaſ.col.4.in finalibus verbis ver. ſucceſsiuè nota. ex qua regula infert ibi Iaſ.col.5. quinque notabiles concluſiones,quas vide per te.

Limita primo, niſi iudex ſtatuiſſet terminũ reo ad opponendas exceptiones peremptorias,dilatorias,vel anomalas,quia tunc poſt ſententiam prędictæ exceptiones,de quibus loquitur

regu

regula opponi non possunt tenet Bal. in.l.ab executione.C. quorum appel. non recip. sequitur Alex.in.d.l. ex diuerso.§. si in iudicio. col.2. vbi dicit sing.illud dictum Bal.& sequitur Iaſ. in.d.5.col.facit quod not. Abb.in.c. pastoralis.col.2.de exceptio.

Secundo limita, nisi talis exceptio esset ante sententiam opposita, & per iudicem reprobata: quia ex quo iudex semel reprobauit,diceretur postea opponi contra sententiam. ita limitat Bar.in.l.ex diuerso.§.fin.& ibi Alex. d.2.col.post glo.not.in.d.l. Nensenius.§.fi.glo.fin.& ita tenet Iaſ.in.d. col.5.licet Alex.non referat.

REGVLA. CCLI.

Exceptio incompetentis fori, semper potest opponi, etiam si dicatur quod non possit agi de nullitate. glo. est singu.in Clem.vna.de sequest.pos. & fruct.in glos.fin. quam ibi dicit se nescire alibi Card.& illam gloss. sequitur Abb. in,c.ex parte.el.2.de offici.deleg. col. fin. pro qua vide notabiliter per Feli.in.c.pastoralis col.3.in fin.& seq.de excepti. vbi refert alias similes,& plures doctores eam commendantes.commendat etiam Iaſ.in l.hac consultissima. in col. 3. C. qui test. facer. poss.eam etiam dicit singu. Hipp. in singu.10.in ord. incip. Tu scis quod exceptio. quę omnino vide pro ea.

Amplia primo etiam si dicatur, quòd nulla species nullitatis admittatur,secundum Petrum de Anch.cons. 271.incipi. De titulis criminum.pen. col.ad finem & in seq.

Secundo amplia,etiam si partes iurassent non dicere de nullitate sententiæ vel laudi.quia de prędicta nullitate dicere possunt. not. Phil.in.c.dilecto.de appel.in quęstio.50.& in quęstione.52.in.3.col.referendo Ang.in suis consil. & ponit has ampliationes Felin.in.d.rub. de foro compet. quas latius prosequitur idem Feli.in.d.ca. pastoralis.col.4.

Limita quadrupliciter,vt per Feli. in.d.rub.de foro comp.quarum limitationũ,tres vltimas latius prosequitur in.d.c.pastoralis.in.col. 4.& seq. vbi eam optimè examinat & intelligit.

ANNOTATIO.

Adde quòd huius regulæ doctrina tanquã celeberrima multis in locis à doctoribus celebratur maxime a Bal.in sua marg. in verbo, iudex.quæst.162.& in verbo.Lis mota.quęst. 29.Ang.in rub.de excepti.inst.col.3.& in §. appellatur.col.8.ibidem.Lanfr.de Oriano in rep.cap.quoniam contra.in verbo,Exceptiones.col.4.& in verbo.interlocutiones.col.18. de probat.Barba in.c.iurauit.col. 3. de proba. & const.39.vol.1.& cõsi.44.eod vol. & cõsi. 50.col.3.ibide.& cõs.13.col.6.vol.2.& cõs.28 .col.5.ibi Areti.cõs.165.col.4.Rom. cons.42. Corne.cõs.37.vol.1.& Iaſſ.cõsi.9.col.2.vol.3. Deci.cõs.107.& cons.360. Corse.sing.incip. statutum.& in reper Abb.in verbo i.dicis in cõpetentia.Alex.ad Bart in.l.1 §.& parui.refert.nu.7.super verbo.Itẽ aduerte.ff.quod vi aut clam.& in.l.de pupillo.§.qui opus. nu.9. ff.de noui oper.nunti. Deci.in.l.hoc edictũ. §.Hæc autem verba.num.5.ff.quod quis.iur. Guil.Bened.in c.Raynuntius in verbo, mortuoitaq; 1.num.213.de testam Gome.in reg. de non iudi iuxta for.suppli quæstio.15. vers. Et quod dictum est de effectibus. Vital. de Gamb.in tract.clausular.in clausula,nulla exceptione obstante Rode. Suar.in.l. post rem iudicatam nume.33.fol.153.col.4 ff. de re iudi.D.Episcop.Segoui.lib.practi.quæstio c.25. nume.4.Anto.Gome.in tract.delicto cap.12. nu.8.D.Perez in.l.2.ti.6.lib.3.ordi.in glo 1. in versic.Dubitatur. Hippo.in pract. crimi. §.opportune.nume.28.Petr.Rebu.super regias leges Galliæ in tract.de sentent.exe.arti. 3.glo.2.nume.7.pag.341.tomo primo constitutionum Galliæ. Ex quibus patet regulam

istam esse approbatam cõmuniter, quod asseuerat Sebast. Vantius in tracta. de nulli. rub. quis possit dicere de nullitate nume. 37. pag. 61. Secundum paruam impressionem eãdem dicit esse magis communem opinionẽ Alex. cons. 79. nume. 9. ad fin. lib. 6. & vide Mar. Antonium Nat. consi 271. nu. 4. vol. 2. qui idẽ professus est.

Et ratio huius regulæ ea assignari potest, quia potestas ac iurisdictio in omni casu pro constantia à lege ex mẽte statuentium semper præsupponitur ex Bar. sentẽtia in l. 2. §. Prætor ait. ff qui satisdare cogan. cum alijs cumulatis a Decio. consi. 490. col. 4. & cons. 360. nume. 2. Ideo cum potestas iudicantis deficiat non potest dici sententia, vel quiuis alius actus iuridicus quod ipse discernit, prout à lege vel statuto præsupponitur, qa sentẽtia nulla non est sententia nec tali nomine meretur nuncupari. l. 3. §. iudicatum. ff. de re iudi. l. 1. §. si. ff. ad Tertul. l. 2. §. fi. ff. de pœnis. Clem. pastoralis circa finem de re iudi. Ideo si qualitas à lege vel statuto præsuppoſita non verificatur, lex vel statutum non procedit ex Bart. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. publi. Bal. in l. si quis non dicam rapere. col. 3. C. de episcop. & cleri. cum alijs allegatis à Decio. cons. 540. post prin. Qua in re memoratu dignum est quod scribit Bal. in sua disput. incipienti accusatus. col. 5. ver. Tertio requiritur, quod iudex incompetens qualitercunque procedat dicitur partem grauare, quia non potest secundum illum procedere nisi male allegat text. in l. magisteriæ. C. de iurisd. omni. iudi. Nec silentio prętermittẽdum est quod ab eodem Bal. memoriæ proditum est in consi. 21. col. 2. vol 5. quod sententia lata à non suo iudice potius debet appellari famosus libellus quã sententia. Et omnis actus factus à iudice incõpetenti dicitur fieri sine ordine vt voluit ipsemet Bal. in. c. fin. quo tempore miles in vsibus feudorum. Quia suppoſita incompetentia iudicis impossibile est quod ordo iudicij ſit seruatus vt scribit Bal in. l. testamenta. in princ. C. de testament.

Primo tamen amplia istam regulam, vltra authorem, vt dicta exceptio obijci possit contra tres sententias conformes, ad earum executionem impediendam. sic tradiderunt Ancha. & Abb. in Clem. 1. de re iudi. Bal. in l. generaliter. col. 1. C. de episcop. & cleri. & in. l. C. qui pro sua iurisdictione & in. l. exceptionem col. vlti. C. de proba. Paul. de Castro cõs. 99. lib 2. Alex. consi 77. nu. 8. lib 2. Roma in cons. 42. & 115. Domi. cons. 424. col. 5. tenet nouissimi in l. 4. §. condẽnatum. ff. de re iudi. Feli. in. c. ea quæ col. 2. de re iud. Hippol. in. l. fin. nu. 49. ff. de iuris. omni. iudi. & in practica §. opportune. nu. 28. Ludo Gome. in tract. vtriusque signat. nu. 75. D. Episcopus & noster vigilantissimus D. Perez in locis supra allegatis Sebast. Bantius in d. Rub. quis possit dicere de nullitate nume. 37. Mar. Anto. Nat. consi. 271. nume. 4. vol. 2 Ex quibus apparet hanc esse communem opinionem.

Secundo amplia vt nec principis literæ validę essent, quibus sentẽtia confirmaretur, exciusa exceptione proueniẽti ex iurisdictionis defectu. ita tenet Gomez. in cõpẽdio vtriusq; signaturæ fol. 74. & seq. & in reg. de non iudicando iuxta formam suppli. Petrus Rebuff. super regias leges in. d. glo. 2. num. 8. vbi illud dicit esse contra suos regnicolas notandum, literas regias impetrantes, vt non obstante exceptione incompetentiæ iudex cognoscat.

Tertio amplia supradictam regulam, vt procedat etiam stante regia lege. 2. titulo. 15. lib. 3. ordi. quæ statuit, exceptionem nullitatis opponendam esse aut de nullitate agendum fore intra sexaginta dies a tempore sententiæ latę, lapsis autem prædictis diebus nullitatis exceptionem opponens audiendus nõ est, & equidem regia constitutio intelligenda est iuxta superiorem interpretationem, vt procedat in alijs nullitatibus, non vero in ea nullitate quæ à iurisdictionis defectu procedit. vt censet D. Episcopus Segou. in pract. quęstio. c. 25. nu. 4. & D. Perez in. d. l. 2. glo. 1. ver. Limita secundo lib. 3. ordi. & idem in fere simili statuto in facti contingentia interrogatus respondit Corne. cons. 203. incip. In hac consultatione col. 3. ver. Nec etiam obstat. nume. 8. lib. 2. Alex. cons. 77. nu. 8. col. 4. lib. 2. Paulus Pari. consi. 24. nume. 102. lib. 2. Sebast. Vãtius in tracta. de nullitati in rub. de nullitate ex defectu iurisdi. nume. 4. Sunt tamen nonnulli regnicolæ nõ infimi nominis, vt hoc obiter dixerim, qui constanter asseuerant dictam regiam cõstitutionem intelligendam esse vbi iure actionis de nullitate agitur, quia tunc intra diem præfixam eius allegationi nullitas opponenda est: quasi aliud censeant quando per modum exceptionis obijceretur: hoc enim posteriori casu perpetuam esse iudicant. Cui quidem interpretationi suffragatur. Angeli sententia in consilio. 259. vbi respondit quòd quando statutum

tutum præfigit certum tempus ad dicendum de nullitate, etiã lapso termino, potest de qualicunque nullitate excipi. & ita in terminis in simili statuto consuluit Alex. cons. 82. nu. 12. vol. 3. quia interpretatio fieri debet eo modo, vt tale statutum minus lædat ius commune. vt in l. serui vestri. C. de noxalib. cap. cum dilectus. de consti. & hoc etiam sequitur Perusi. in c. dilecto. de appellat. ver. Quinquagesimo quarto quærtur. & Caro. Ruin. cõs. 37. nu. 15. volu. 5. Ipse tamen hanc interpretationem dubiam esse censeo nẽ dicam omnino falsam, & ea ratione iuris esse certissimi censeo nullitatis exceptionem de iure regio post sexaginta dies contra sententiam admittendam non esse quocunque modo proponatur. ita tenet dictus D. episcopus in. d. nume. 4. qui ea potissima ratione probat, quia quando exceptio principalem vim ab actione habet, nec in puris exceptionis viribus cõsistit perpetua nõ est: imo perẽpta ipsamet actione perit. Bart. in l. 2. ff de excepti. deducens hoc ex text. in l. vlti. ff. rem ratam hab. & in l. pure. §. vlti. ff. de doli excepti. not. Paul. in l. Titia seyo. §. vlt. ff. de leg. 2. Feli. & Dec. post Abb. ibi in c. sicut autem de rescrip. Paul. Alex. & Iaſ. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de mino. Vnde minor lęsus minimè potest per exceptionem beneficium restitutionis consequi, si intra diẽ præfixam à lege eam postulare neglexerit vt animaduertunt Paul. Alex. & Iaſ. in. d. §. si minor. Quæ sane interpretatio ex dicta regia lege bene colligitur cum dicit. *Si alguno alegare*. Quod quidem verbum allegare generale est & ex propria eius vi & natura, nec non ex communi vsu loquendi vtrunque modum proponendi nullitatem comprehendit. Nec in contrarium me mouet consilium Angel. & Alex. quia statutum illud nõ disponebat quãdo nullitas excipiendo proponebatur, sed solum agendo. & ita. Alex ipse ponderat verba statuti illius sonantia modum agendi & aduertit etiam bene Caro. Ruinus. d. cons. 37. nu. 15. Quam vero interpretationem ad. d. regiam legem, cum de hac re inter nos sermo esset, approbauit Licenciatus Antonius à Laguna illustrissimę Marchionissæ de Cenete à cõsilijs vir equidem & morum sanctimonia & iuris vtriusque cognitione pręclarus, quem in meis lucubrationibus censorem integerrimum habuisse nunquam pœnitebit.

Quarto amplia regulam, vt procedat, etiam si talis exceptio altiorem requireret indaginem, quia ea opposita sententiæ exequutio est retardanda. ita tenent. Ang. Alex. & Iaſſ. in l. vlti. C. si ex fal. inst. & in l. 4. §. iudicatum. ff. de re iudi. Sebast. Vantius in tract. de nulli. Rub. quot & quibus mod. nullitas. nu. 33.

Hanc regulam, vltra authorem nostrum, scripsit And. Barb. in rub. de foro compet. col. 3. vbi eam. 34. modis limitat. Eandem regulã cum 35. limitationibus cõstituit Anto. Corse. in rep. Abb. in verbo, iudicis incompetentia.

REGVLA. CCLII.

Exceptio dilatoria, quæ non fuit opposita in causa principali non potest opponi in causa appellatiõis, nisi ante litem contestatam. tex. est secundum communem intellectum Bar. & doctorum in. l. ita demũ. C. de procu.

Limita quinq; modis notabilibus, vt per Iaſ. ibi col. 4. quas limitationes primo scripserat Feli. in. c. ad audientiam. el. 2. de rescrip. num. 13.

REGVLA. CCLIII.

Exceptionibus ab statuto sublatis, intelligitur non solum de friuolis, sed etiam de legitimis. hanc regulam ponunt & firmant Imo. Anto. & doctores in. c. ex parte. de offici. delega.

Limita eam. 20. modis, vt per Feli. ibi col. 3. cum duobus seq.

ANNOTATIO.

Adde Hippoly. in practi. causarum crimi. §. Vltima quæstio. nu. 1. cum sequenti. ex quo colliges, quando regula hæc vera sit censenda.

REGVLA. CCLIIII.

Exceptio nullitatis quæ potest in continenti probari etiam per probationes extrinsecas, impedit executionem sententiæ. doctrina est Bar. quem sequuntur ibi omnes in. l. 4. §. condẽnatum. ff. de re iudi. cuius rationem ponit ibi. Iaſ. col. 2. ad fin.

Limita

Limita hanc concluſionem tribus notandis modis, vt per Iaſ. vbi ſupra col. 3. vbi etiam videndus eſt Vld. Zaſius.

ANNOTATIO.

Adde Bar. in l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iudi. & in l. 1. ff. nihil nouar. appella pend. & in l. 3. §. ibidem ff. ad exhibendum Bal. in. l. ab executione. nu. 7. ff. quorum appel. non recip. quo loco aſſeuerat quod talis nullitas ſic propoſita ſtatim perimat. Lāſtra. ab Oria. in. c. quoniam contra falſam. in verbo, exceptiones. nu. 8. de proba. Fran. in. c. dilectio. q. 10. de appel. Matthę. de Afflict. deciſ. Neapoli. 283. Alex. conſi. 181. col. 2. lib. 6. & conſi. 95. nu. 8. lib. 2. quam fatentur eſſe cōmunem idem Alex. conſ. 33. ad finē lib. 1. Sebaſt. Vantius in tract. de nullitatibus Rubr. quot & quibus modis nume. 32. pag. 100. & in eod. tract. rub. quibus mod. ſentent. nulla reparari poſ. num. 32. pag. 571. paruæ impreſsionis.

REGVLA. CCLV.

Exceptio nullitatis quæ requirit altiorem indaginem, nō impedit executionem ſententiæ Bart. in. d. §. condemnatum. facit. c. ſuſcitata. de in integ. reſt.

Limita hanc concluſionem tripliciter, vt per Iaſ. ibi. 4. col. cui Vldar. Zaſi. addit tres limitationes vide per eum.

ANNOTATIO.

Adde doctores omnes quos in ſuperioris regulæ annotatione allegaui apud quos late huius regulę materiam interpretatam reperies.

REGVLA. CCLVI.

Exceptio dilatoria opponenda eſt ante litem conteſtatam, poſt litem vero conteſtatam non licebit text. in. c. inter monaſterium. de re iudi. l. fin. C. de excep. l. ita demum. C. de procur. Vide tu Hiſpa. l. 8. in legi. de Madrid.

Limita primam partem regulæ tribus caſibus notandis. vt per Feli. in. c. exceptionem col. 4. de excepti.

Limita poſteriorem partem regulę terdecim modis, recollectis per Felin. in. d. c. exceptionē à. 4. col. in medio: vſque ad mediū fere nonę colūnę vbi primam limitationem ampliat decem modis, ſecundam limitationem impugnat & duobus caſibus ſaluat, alias autem optime proſequitur, & confirmat aliquas illarum.

ANNOTATIO.

Adde Iaſ. in l. ſi arrogator. nume. 59. ff. de adopti. Feli. in. c. inſinuante nume. 1. de offi. de leg. Paul. Pariſi. in. c. exceptionem. nu. 4. de excepti. Caro. Rui. conſi. 71. nu. 3. vol. 5. & conſil. 98. nume. 4. co. lib. Petr. Dueñ. regul. 263. Matth. de Afflict. in conſtitutioni. Neapoli. lib. 2. rub. 18. nu. 1.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum, cum quinque limitationibus conſtituit Roma. in. l. ſi mulier. nume. 3. ff. ſolu. matri. Eādem regulam cum nouē limitationibus ſcripſit Alex. in. l. ita demū. C. de procu. vbi Iaſ. nu. 2. ampliat eam ſex modis & ibi vſque ad numerum. 6. limitat eam. 16. modis & ibi etiā Iacob. de ſancto Georgio limitat eam octo modis a nume. 1. vſque ad. 12. Eandem regulam cum. 13. limitationibus diligenter tradidit Antoni. de Tremolis in addit. ad practi. Huberti. de Bonachurſio in rub. de impedimentis ſiue exceptionibus quę contra reſcripta & iudices delegatos ponuntur fol. 64. col. 2. in additione incip. Ante litem conteſtatam vſque ad finē.

REGVLA. CCLVII.

Exceptio non numeratę pecuniæ intra biennium competit ei qui in inſtrumento publico vel appocha confeſſus eſt ſe recepiſſe pecuniam. l. ſi ex cautione vbi glo. magiſtra & habetur toto titulo. C, de non nume. pe. & toto titulo de literarum obligati. inſt.

Amplia hanc regulam ſex notandis

dis extensionibus, & limita quinque signandis limitationibus, vt per Iaſ. melius quam alibi in.l.qui pecunia.ff. ſi cert.pet.1.&.2.col.

ANNOTATIO.

Adde authorem noſtrum ſupra in regula. 2.9.& quæ ipſe in eius annotatione ſcripſi.

REGVLA. CCLVIII.

Excommunicatus poſt abſolutionem, reſtituit ad iura lapſu temporis perdita not Abb.in.c.1.3.col. de præſcrip.& concludunt doctores in.c.cũ inter priorem de exceptioni. Limita tripliciter, vt per Feli.in.d.c.cum inter.col.9.

Primo niſi fuiſſet negligens in petenda abſolutione ab excommunicatione iuſta.

Secundo,dummodo tempus fuerit præfixũ à iure,ſecus ſi ab homine. declara vt per eum.

Tertio niſi excõmunicati non interſit lapſum fuiſſe tempus, puta quia non fuiſſet executus teſtamentum intra annum, quod eſt notandum.

ANNOTATIO.

Adde glo.per tex.ibi in.c.quia diligentia. de electione Cardi.in.c.ab excommunicato. col.2 verſic. Quarto deficiente cauſa, & melius not.2.prima oppoſitione eiuſdem cap.de reſcrip And.Tiraquel.in tract.de ceſſante cauſa prima par.nume.99.in verſic. Excommunicatione ceſſante.

REGVLA.CCLIX.

Excõmunicatus vbi offenſa eſt dubia,præſtita cautione eſt abſoluẽdus. probat hanc regulam tex.in.c.ex parte.el.2.de verbo.ſignifi.& in. c. cum deſideres de ſentent. excõm. & in.c. ſolet.eo.ti.lib.6.

Limita dupliciter, vt per Feli.in.c. cum contingat.de offic.deleg. col.2. nume.5.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.c.venerabilis. §.1. de ſenten. excõmu.li.6.& in.c.ad hęc. & in.c.ea noſcitur.de ſentent.excõmuni.cap. qua fronte de appellati.regiam.l.28.ti.9.par.1.in quare legendus eſt D.epiſcopus Segoui.in.cap. Alma mater.1.par.relecti §.11 .nume.11.de ſentent. excommuni.lib.6.

REGVLA. CCLX.

Excommunicatus pro manifeſta offenſa,non eſt abſoluendus, etiam ſi velit ſatiſdare de ſatisfaciendo, niſi actualiter ſatisfaciat text. eſt in capit. ex parte de verbo.ſignifica.

Limita quinque modis, vt per Ioã. Fran.de Ripa in cap.1.de iudi.col. 33. verſic.In eadem glo.& per Feli.in.c. cum contingat.de offic.deleg.

Primo niſi in articulo mortis.

Secundo,niſi ſatisfactio exigit lõgum tractatum, vt quia fuit excõmunicatus,quia non feciſſet conſtrui eccleſiam.

Tertio ſi impoſsibilis eſt ſatisfactio.

Quarto,quando fuit excõmunicatus pro manifeſta iniuria illata ſoli Deo.

Quinto, niſi ſatisfactio eſſet talis quę non cõueniret excommunicato, vt quia non fecit ſe ad ordines promoueri.

ANNOTATIO

Adde huic regulæ quæ in ſuperioris regulæ annotatione remiſsiue ſcripſi.

REGVLA.CCLXI.

Excommunicatus ſpoliatus non reſtituitur

ſtitüitur.gloſ.in cap.1.in verbo,audiẽ tiam.in fine.23.diſtin. gloſ. ſingul.in verbo,canonicum.in.c. ex inſinuatione de procur.ſecundum Imo.in. l. his qui reus. 35.col.ff.de publi.iudi. & alias gloſſas allegat Felin. vbi ſimilis eſt in.c.dilectus.de reſcript.

Limita ſex modis, vt ibidẽ per eũ. col.4.

ANNOTATIO.

Adde & collige ex iſta regula notandam limitationem ad vulgarem iuris regulam, quę diſponit ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum.de qua eſt tex.in.l.ſi quis ad ſe fundum. C.ad leg.Iuli. de vi. publi.cap.reintegranda. 3.q.1.cap.fin.de ordi.cogni.cap.in literis cap. Item cum quis.cap. conquerente cap.ſolicite.de reſti. ſpoliat. Quorum iurium regulam cum vndecim limitationibus ſcripſit Lanfrã. Brixiẽſis in rep.rub.de cauſa poſſeſſi. & proprie in.6.col.& ſeq. Eandem regulam cum. 24.ampliationibus &. 25. limitationibus tradit Ripa in l.natural.§. nihil commune.ff.de acqui poſſe.nume.46. Et cum.50.limitationibus aſsignauit Corſetus in tract.fallẽtia.reſt. ſpolia.8.vol.tractat.diuerſo. doct. Et cum eiſdem.50.limitationibus interpretatus eſt Iacobus de Nouello in practi. crimi.in forma inquiſitionis pro crimine blaſphemiæ §.vulgaris eſt regula.nu.1.cum multis ſequentibus.

Lanſſ. Ant. Sabul 3 tom. com. de reſt. ſpol. concius. 1.

REGVLA. CCLXII.

Excommunicatum ab vno regulariter alius non abſoluit text.in. c. paſtoralis.§ præterea.de offici.ordi.qui ad hoc quotidie allegatur ſecundum Abb. ibi facit tex.in. c. cum ab eccleſiarum.eod.titu & in.c.1. de treg. & pace cum alijs, quæ allegat Feli.in.d. §.præterea in prin.

Limita hãc regulam ſex modis, vt per eum ibi col. 2. & 3. vbi primam ampliat vno modo, & limitat alio. Quas limitationes quia materia eſt quotidiana in ſumma libet referre,

Primo fallit dicta regula in excõmunicatione lata per conſtitutionem hominis Ioan. And. Abb.& Imo.cap. grauiſ.de præbend.per capi.nuper.de ſententia excõmu.ęquiparando conſtitutionem inferiorum canoni Papę idem Abb.in.d.c.nuper.1.col. & alij relati per Feli.vbi ſupra.

Secundo fallit in delegato Papę quia data negligentia, vel iniuſta denegatione, illius qui excommunicauit, poterit ipſe abſoluere quãtum ad effectum, vt poſsit agitari cauſa ſibi commiſſa.c.prudentia.§.ſexta de offi. delegat.& rationẽ aſsignat ibi Abba. in.§.fin.in. fi.poſt alios vbi vide.

Tertio fallit in eo qui ſuccedit excommunicatori in ipſa cauſa:& intelligunt doctores idem ſi non ſuccederet in honore, ſed in onere pro quibus vide Domi.poſt Lap.de offici. de leg.c.cum pluribus.in fine.in.6.

Quarto fallit in articulo mortis, vt eſt text.de raptorib. cap.in literis. cum gloſ.& de ſponſa.capit. non eſt cum concord.

Quinto fallit in Papa, qui abſoluit excommunicatum ab alio etiam à cõcilio Ludo.conſi.354.Circa propoſitam.poſt prin.inducit pro ſing. gloſ. in.c.ad reprimendam eo.ti.dum dicit ordinarium poſſe abſoluere excommunicatum à plebano ſubdito ſuo.

Sexto fallit in abſolutione, quę fit teſti proferendo teſtimonium iuxta tex.in.c.veniens.el.2.de teſt. quia poteſt fieri à iudice cauſæ. Oldr.conſil. 278.licet quãtum ver.ſuper tertio de veritate, & de veritate & declaratione vide Feli.vbi ſupra.

ANNOTATIO.

Adde omnino circa regulam iſtam D.epiſcopum Segouien. in relectione capit.Alma mater.1.parte §.12.nu.2.cum ſequentibus de ſenten.excom.lib.6.

REGV

REGVLA. CCLXIII.

Excommunicationem non inducit præceptum factum à iudice sub pœna excõmunicationis, licet contrauenia tur, sed requiritur noua excõmunicatio glo. in. c. relatũ de iure patro. & in c. 2. de matri. contract. contra inter. eccle. cũ alijs quatuor, quas cõmendat Feli. in. c. sicut tuis de simo. in col. 2.

Limita tripliciter, vt per eundem Feli. ibi.

ANNOTATIO.

Adde glo. in. c. cum esses in glo. vlti. de testam. vbi Inno. Hosti. & Ioan. And. & in. c. cũ in ecclesia. de immu. eccles. & in. c. sicut tuis. de simo. & in. c. 1. vbi Ioan. And. & Abba. de sagit. & in cap. 1. de eo qui iuri tuæ ordi. suscep. & in. c. nõ solum. in verbo, sub pœna. de regul. iur lib. 6. & in cap. dolentes. in verbo, sub pœna. de celebra. missa. & in ca. 1. de bigam. lib. 6. & in Clem. 1. in prin. in verbo, intermi natum. de excess. prælato. Et tradunt Hosti. in summa, titu. de sentent. excõmu. §. 3. 24. casu canonis latæ sententiæ. & in summa tit. de sagittar. versic. Sed nunquid. & sequent. Abb. in. c. dura. not. 1. de crimine falsi. Petrus de Anchar. consi. 251 col. 2. Paul. de Castro & Iaf. not. 1. in l. ad diem. ff. de verb. oblig. idem Paul. cons. 99. lib. 1. Alex. consil. 103. col. pen. lib. 1. Deci in. l. non videtur. §. in pœnalibus. in prin. ff. de reg. iur. Cepol. cõsi. crim. 13. col. 3. ver. secundum istam. Steph. Bertran. consil. 28. nu. 15. lib 1. quam fatetur esse cõmunem & receptam sententiam Ioan. de Imo. in. c. 1. col. 2. ver. sed aduerte. d locato cui suffragatur tex. not. in. c. relatum. de iure patro. Nam primum text. dicit cunctis prohibere sub anathematis interminatione, & postea subdit, si quis autem prohibitionis vestræ contẽptor extiterit, eum excommunicationi subdatis. Quibus enim verbis satis manifestum est, ex illa interminatione anathematis, nõdum aliquem excommunicatum fuisse.

Hanc regulam, vltra authorem nostrum, cum septem limitationibus scripsit Andre. Tiraquel. in rep. l. si vnquam. in verbo, Reuertatur. nume. 254. pagin. 564. C. de reuoc. dona. quas quia materia hæc vtilissima est aliqua addendi gratia hic scribere constituit.

Primo igitur declara supra dictam regulam quando lex vel iudex, verbis supra dictis vtitur. secus si pacisctes, aut contrahentes, ver bi gratia, debitor qui promittit alteri centum soluere consentiat expressim in ipsum statim proferri excommunicationis sententia, sub ea conditione si intra mensem non soluerit centum. in hoc equidem casu accipienda est gloss. sententia & Ioann, Andr. ibi. in cap. cum Petr. & Guil. de offici. delega. & ita hoc eleganter annotarunt Innocen. Host. Abb. & Imol. ibi Lap. allega. 73. Cepola cautela. 117. Chosmas in Pragma. Sancti. titul. de pigno. cultum diuinum. in verbo, Absentes. D. Episcopus Segouien. in cap. Alma mater. 1. parte. §. 10. numero. 4. de sentent. excommunic. lib. 6. Martinus Nauarrus probitatis & eruditionis vnicum exemplum in cap. cum contingat. de rescriptis. 5. nullitate. Sic equidem apud Romanam curiam sepissime qui constitutioni & pensionum reseruationi consentiunt à Romano pontifice, vel ab eo qui opera vicaria eius ad hoc vtitur, maioris excommunicationis vinculo ligantur, ea conditione interposita si pensionem die constituto non soluerint, hoc sane fit ex ipsius constituentis consensu quemadmodum testatur Cassado. decisio, 2. de pensionibus super regul. Cancellariæ & decisio. 12. de rescript. Nec poterit is qui consensit appellare ante diem, sicuti Innocent. Ioann. Andr. Bal. Abb. in dict. capit. P. & G. animaduertunt. & Bal. in. capit. quod translationem. de offici. de legat. Iaf. in l. si conuenerit. 3. limitatione. ff. de iurisd. omni iudi. Catel. Cotta in memor. iuris in verbo, appellatio. Quasi aliud sit quoties quis intra mensem promittit alteri centum soluere, cõsentiens finito mense si non soluerit, absque aliqua mentione excommunicari, quo casu is excommunicari non potest, licet intra mensem præmissam quantitatem non soluerit, quasi conuentio illa iniqua sit, & canonicis decretis obuiet, quæ prudentissime trinam monitionem exigunt, vt quis merito excommunicari possit vt asseuerant Innocen. Cardin. Abba. & doctores in dict. capit. P. & G. quorum sententiam communem esse fatetur D. Episcopus in. d. nume. 4. Ex quo sequitur errasse Tiraquel. in. d. pag. 504. num. 256. cum illum posteriorem casum, tanquam huius regulæ limitationem scripsit.

Secun

Secundo limita, nisi postquã is cui aliquid sub excõmunicationis pœna iussum fuerat, id non fecerit, iudex declararet voluisse se excõmunicare re nõ impleta ex Host. in c. 1. de sagittar. Guil. à monte Laud. in Clemẽ. 1. vbi Imo. col. 2. de excessi. prœla. Nõ sane talis declaratio aliquo modo nocebit impetrationi beneficij nec aliis actibus interim factis ante ipsam declarationem, quia declaratio suũ producit effectum ex tempore ex quo fit non vero retro trahitur ad diem pronuntiationis. Nã in his spiritualibus fictionibus locus non est, sed veritas semper attenditur vt eleganter not. Archi. in c. vni. de voto lib. 6. quem sequitur Abb. in c. consuluit. de iure patron. & in quęstio. incip, stante statuto. col. 2. atque in illa sententia excommunicationis in qua loquimur est tex egregius in c. licet de senten. excommu. lib. 6. Domi. consi. 99. glo. in c. vt super. de appella lib. 6. quam dicit esse communiter approbatam D. episcopus Couarru. in d. c. Alma mater. 1. parte. §. 10. nume. 6. Ex qua singulariter infert, excõmunicationem post appellationem latam, minime vires assumere, licet post deserta fuerit appellatio, vel renuntiatum fuerit ipsi appellationi.

in memor. iuris in verbo, Filius grauat⁹. Paul. de mõte Pico in l. in quartam nu. 21. ff. ad leg. Fal. quam esse communem sententiam testatur Ioan. Oroscius in. d. l. si arrogator. nu. 75. licet frustra reclamet Curtius Iunior consil. 160. Et hæc communis sententia ea ratione fulcitur, quoniã nemo potest detrahere quartam Trebellianicam, nisi vt hęres rogatus sit. l. lex falcidia. § nunquam. ff. ad leg. Fal. l. si mulier. § vt Trebelliano. ff. ad Trebel. At vero instituit⁹ in re certa dato sibi cohęrede vniuersali habetur loco legatarij. l. i. § si ex fundo, ff. de hæredi. inst.

Tertio limita, vt minime habeat locum in ascendente grauato: nam hic etiam si ad diem vel sub conditione rogetur solum deducet vnam quartam ita Bal. (dubius tamen) in l. si à milite. § patri. ver. Ista sunt notãda. ff. de testa. mili. Alex. in l. cohæredi. § cum filiæ. nu. 10. ff. de vulg. & pupi. licet dicat, se nolle hoc decidere, quoniam quęstio pendebat in facto. hoc tamen tenet Ias. in. d. auth. nouissima. nu. 39. C. de inoffi. testa. Aug. Beroi⁹ in. d. c. Raynuntius. nu. 156. Catel. Cotta in. d. memor. incipi. Filius grauatus. col. 2. quam esse communem sententiam fatetur Ioan. Corra. in. d. l. filium quem habentem. nu. 44. Quanuis Cuma. in. d. § patri. nu. 1. atque ibi Ange. existiment regulam istam in ascendẽtibus esse admittendam: quorum opinionem fatentur esse communem eam sequuti Ioan. Crotus in. l. reconiuncti. nu. 177. ff. de lega. 3. & l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 80. ff. de verbor. obligat. D. Episcopus & Grego. Lup. in locis nouissime allegatis, & Ioan. Oroscí. in. d. l. si arrogator. nume. 73. *Hoc verissimum teneo. Molina vbi et costa in relato.*

Quarto limita, quando legitima portio ad semissem bonorum defuncti ascenderet, quo casu minime posset filius detrahere duas quartas, ne plus commodi consequeretur grauatus quam honoratus. Bal. in cons. 94. lib. 2. D. Episcopus Segou. vbi supra. nu. 6. *contra Molina t. 1. n° 7. et costa in relato.*

Quinto limita, quando testator expresse disposuit, vt Trebellianica imputetur in legitima, quo casu vnam tantum quartam licet detrahere filio instituto. ita voluit Bal. in. l. quoniam in prioribus. num. 7. C. de inoffici. testa. allegat multos idem sequentes Alex. qui etiã ipse hoc sequitur in. l. si debitor. nu. 4. ff. ad. l. Falci. Ias. in. d. auth. res quæ. nu. 3. & Grego. Lup. & Ioan. Oroscí. vbi supra.

Sexto limita, nam cum in hoc Hispaniarũ regno vniuersum patrimonium parentis sit legitima, excepta quinta parte bonorum. l. 9. titulo de legatis lib. 3. foro. leg. filius à patre grauatus non deducet duas quartas. Et generaliter hodie non posse ascendentem grauatum restituere etiam sub conditione, vel in diem, deducere duas quartas. probat regia. l. 12. tit. 5. par. 6. vbi Grego. Lupus scribit regulam nostram cessare, si filius quintam, vel ascendens tertiã bonorum partem, grauatus sit restituere. *Segũ. Molina. t. 1. n° 8 et costa in relato. Navarro in l. 19 nũ 14 cap.*

REGVLA. CCXCVII. *Ita est usq; recap.*

Filij testatoris detrahunt Trebellianicam ex corporibus hæreditarijs, nulla facta computatione fructuum, etiam si pater iusserit. vt in. l. iubemus C. ad Trebelli.

Limita decem modis, vt per Ripã in. l. fideicommissaria. ff. ad Trebelli. in col. 5. & sequen.

Fiscus vide supra in litera. A. in Reg. 2. incipi. Ablatum. & vide infra in verbo, pœna. & infra in reg. incip. Lex. vbi in versi. amplia.

REGVLA. CCXCVIII.

Formæ defectu quando actus est nullus, tunc nullo modo valet, vt valere potest. tex. est in. l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. quem ita intelligit Bar. ibi. & in. l. si quis pro eo. in. 3. mẽbro. ff. de fideiusso. quẽ alij sequuntur.

Limita tripliciter, vt per Ripam in. d. §. si quis ita in col. 5. & seq.

REGVLA. CCXCIX.

Forum sortitur quis ratione rei sitæ in loco, vbi res sita est. text. est in c. sanè & in. c. fin. de foro comp. & in c. experientiæ. 11. quęst. 1. & in. l. fin. C. vbi in rem actio. & in. l. prędium. C. de præd. mino. & in. l. fin. C. de logi. temp. prescrip.

Declara hanc regulam quatuordecim modis, & limita tribus, vt per Mari.

Mari. Soci. in. d. c. sanè col. 2. in prin. & per sex col. seq. vsque ad finem.

REGVLA. CCC.

Fructus non veniunt in restitutione fideicommissi, sed cedunt lucro hęredis: vt in. l. in fideicommissaria. ff. ad Trebell. & in. l. postulante. §. sed si huiusmodi. ff. eod. & in. l. si quis bonorum. ff. de leg. 1.

Limita hanc conclusionem decem & octo modis, vt per Ripam in. d. l. fideicommissariam in col. 2. cum duobus sequent.

ANNOTATIO.

Adde vtiliter istius regulę materiam interpretantem Antonium Gomezium 1. tomo de vltimis volunta. c. 5. nu. 15.

REGVLA. CCCI.

Fructus non imputantur in legitimam. in. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffici. testam.

Limita septem modis, vt per Ripā in. d. l. fideicommissaria. ff. ad Trebel. col. 6.

REGVLA. CCCII.

Fructuum quando à lege fit mētio, intelligitur deductis expensis. text. est iuncta doctrina Bar. ibi in. l. fructꝰ ff. solu. matri. & in. l. 1. C. de fructi. & lit. expen.

Amplia primo procedere, etiam si proferatur à lege municipali vt notat Vincentius in. d. l. fructus. in col. 2. in fine quem vide per totam seq.

Amplia secundo etiam si lege viua fiat mētio de fructibus, vt in rescripto quò impetratur beneficium, cuius fructus non excedunt centum, &c. Quoniam intelligitur deductis expensis. ponit Ias. in. d. l. fructus. col. pe. in fine referēdo Bal. Paul. & Cuma. & vide melius per Vincen. 4. col. tenet etiā Segura referendo solum Bal. & Paul. in repeti. l. si ex delegati causa. in fol. 3. col. 2. ff. de verb. obliga.

Amplia tertio, etiam si à lege vel statuto addatur verbum integros. videlicet iubēdo aliquem restituere fructus integros. not. Ias. in. d. l. fructus. col. pen. referendo Bal. Sal. & Alex. de quo vide melius per Vincen. in dicta col. 4.

Limita quadrupliciter, vt per Vincen. in. d. l. fructus. col. 5. & seq.

ANNOTATIO.

Adde glo. Bar. & Ang. in. l. in fundo. ff. de rei vendi. glo. in. §. ex diuerso. vers. certe illud. Insti. de rerum diuisi. glo. in. c. cum antea. in verbo, Fructus. de pignori. Bar. in. l. cum quęritur. §. vlti. ff. delega. 3. Specul. tit. de expensis. §. 1. ver. Expensæ igitur. Bal. & Sali. in. l. si quis sciens. C. de rei vendica. Roma. cons. 230. Paul. de Castro cons. 239. col. vlti. lib. 1. Feli. in c. ad nostram. nu. 3. de iure iuran. Paul. Pari. cons. 94. nume. 25. & cons. 96. nu. 25. vol. 2. Anto. Capi. decisi. Neapol. 20. nume. 1. Catel. Cot. in memora. iuris. in verbo, fructus. Et est tex. in. l. si à patre. §. vlti. ff. de peti. hæredi. vbi dicitur ad verbum, *Fructus intelliguntur deductis expensis, quæ quærendorum cogendorum cōseruadorum eorum gratia fiunt*, & de iure regio probatur in. l. 6. tit. 8. & in. l. 38. &. 40. &. 43. titu. 28. par. 3.

Secundā istius regulæ ampliationem, nec non exemplum sequuti sunt Paul. de Castro. Alex. Areti. Ias. & recentiores in. l. non amplius. in princi. ff. de leg. 1. quanuis Paul. circa dictum exēplum dubitat, an curia Romana id obseruaret, cum tales gratiæ sint restringēdæ. sequitur tamen Feli. in. c. ad aures col. penul. de rescrip. Ias. in. l. illud. in prin. C. de colla. & ibi Deci. 1. not. idem Deci. cons. 156. col. 1. Frā. de Ripa in. l. 1. §. si hęres. col. 5. nume. 27. ff. ad Trebelli. Petrus Rebuff. in tract. nominationum. in. 9. quæst. prin. nu. 35. And. Tiraq. in lib. 1. de rectractu. §. 15. glo. 1. nume. 6. vbi allegat regulā cancellariæ Martini secundi incip. Sanctissimus

Sanctiſsimus dominus noſter.

Tertiam ampliationem ſequuti ſunt Aret. & Alex. & moderni in l. diuortio §. vlti. ff. ſolu. matri. Corne. cõſi. 289. col. vlti. lib 1. Caro. Rui. conſi. 62. col. 2. lib. 1. Quibus ſuffragatur tex. not. in l. 1. in verbo, *Fructus integros* C. de his quib. vt indig. nam ibi dicitur, quod hęres qui multam reliquit necem teſtatoris, fructus hæreditatis integros reddere cogitur, vt malæ fidei poſſeſſor, ſed is malæ fidei poſſeſſor deducit expenſas. text. in. d. l. ſi à patre. §. vltim. ff. de peti. hæredi. quem dicit ſingularem & vnicum Roma in ſing. 334. incip. Malę fidei poſſeſſor. & Catel. Cot. in d. memora. in verbo fructus. Quãquam ampliationem iſtam impugnet expreſſę Roman. in l. fruct⁹. ff. ſolu. matri. per text. in l. vltim. C. ad legem Falci. & per gloſ. in l. decem. ff. de fideicommiſſa. libertati. quem aperte ſequitur Alexan. ſibi contrarius conſ. 133. incipi. ſuper quæſitis. ver. Et ſimiliter in propoſito. lib. 5. Barba. in c. Raynaldus. co. 65. ver. ſed ad hũc poſſet argui. de teſta. Anto. Corſe. in ſing. in verbo, integre. & in iſtam opinionem inclinat And. Tiraquel. in d. glo. 1. nu. 9. Nec obſtare videtur tex. in d. l. 1. C. de his quib. vt indig. & d. l. diuortio. ff. ſolo. matri. quæ de fructibus integris loquũtur, quia ibi nõſit mentio integrorum fructuum reſpectu ſumptuum, ſed temporis: vt ſcilicet ſoluantur ab initio & ante controuerſiam motam.

Quarto, vltra authorem noſtrum, amplia iſtam regulam, vt non tantum procedat in diſpoſitione legis, vel municipalis cõſtitutionis, verum etiam in diſpoſitione hominis. text. eſt in l. fundi Trebatiani. ff. de vſur. & in l. ſi quis argentũ. C. de dona. tradunt Bar. & doctores in d. l. fructus. Carol. Rui. conſi. 62. col. 2. lib. 1.

Primo tamen limita iſtã regulam, & quod generaliter dicitur de deductione expẽſarum in fructibus ſoluendis, vt non procedat in ſolutione decimarum prædialium, quia hę debentur ex fructibus ſine aliqua deductione expenſarum culturæ. vel collectionis. text. in c. tua nobis. & in c. paſtoralis. & in. c. non eſt in poteſtate. & in. c. cũ homines. de decimis. glo. in d. l. ſi à patre. §. vlti. in verbo, Impenſis. & tradit Petrus Rebuffus in cõpendioſo tract. de decimis. q. 11. nu. 3.

Sublimita tamen primo iſtam limitationem, vt procedat tãtum in caſu in quo loquitur. nempe in decima reali. Aliud enim eſt in decima perſonali, quæ ſcilicet ſoluitur ex aliqua negotiatione, nam ex ea expenſę deducuntur. text. in. d. c. paſtoralis. & ibi Innoc. & doctores de decimis not. glo. Alberic. Bald. & Ang. in. d. l. ſi à patre. §. vlti. ff. de peti. hæredi. Bal. in l. 1. col. 1. C. de fructi. & liti. expen. vbi eam rationem ſcribit, quia decimæ reales, (vt ille inquit) Dei beneficio percipiuntur, ſed perſonales hominis ingenio: quanuis totum à Deo procedat, tanquam à prima cauſa & radice omnium entium, vt etiam probatur in. d. c. tua nobis de decim. & alias huius rei rationes videre poteris apud doctores in. d. c. paſtoralis. & Soci. in. d. l. fructus. col. 1.

Secundo ſublimita, vt minimè procedat in ea decima quæ papæ debetur, nam ex ea expenſæ deducuntur per conſtitutionem Ioannis vigeſimi ſecundi incipi. Suſcepti regiminis prout retulit glo. in Clem. 2. in verbo, taxationem. & ibi cæteri doct. de decim & Areti. in. d. l. fructus. col. 3. Anto. in. d. c. cum homines. de decim. ſed illa Pontificia conſtitutio prout vulgo circũfertur, nihil loquitur de detrahendis vel non detrahendis expenſis, nec de decima papæ debita, ſed de alia quadam ſpecie decimæ, quæ illi dari iubetur vice ac loco neſcio quorum annalium. & ibi etiam Zenez in verbo, aliis eccleſiæ oneribus. lati⁹ diſputat.

Secundo limita dictam regulam, nam cum fiſcus & eccleſia equiparentur. l. vltima. C. de ſacro. eccleſi. Si ex fructibus agri debet ſolui certa pars fiſco intelligitur deductis expenſis. quod videtur voluiſſe Bal. in. d. l. ſi à patre. §. vlti. & Sali. & Paul. in. d. l. fructus. Matth. de Afflictis in Neapo. deciſ. 252. col. 4. Quanuis huius contrarium, vt ſcilicet expenſæ ſint deducendæ ex ea parte fructuum quæ fiſco ſoluenda eſt. tenet Bal. male ſibi conſtans. in l. 1. col. 1. verſic. Modo accidit. C. de fructi. & liti. expenſis quo loco refert Bar. ita conſuluiſſe idem Bal. Ange. Imo. Alex. Fran. Areti. & Iaſ. in. d. l. fructus. Feli. in. c. ad noſtram. in. 1. col. 2. de iureiur. Nec enim eadem eſt vtriuſque ratio: quia vt dicitur in. d. c tua nobis. decima eſt tributum animarum egentium. ideo eſt ſuper omnia fauorabilis. l. ſancimus. C. de ſacro eccleſijs id vero quod fiſco ex fructibus agrorum debetur, eſt tanquam gabella quædam, quæ contra odioſa eſt. vt per Bar. in l. ſi pupillus. §. vlti ff ad legem Fal. & ea ratione minimè de vno ad alterum argumentum ſumi debet, vt etiam in equiparatis voluit glo. not. in. c. in præſenti. in glo. 1. de ſenten. excõmu. lib. 6. Maximè in hoc caſu in quo inter eccleſiam

fiam & fiscum multę sunt differentiæ. vt videre poteris apud Alex. in d. fructus.

Tertio limita, quando nominantur fructus iam pendentes, siue extantes videlicet, si quis donat omnes fructus, qui sunt in tali agro meo tunc sane integri & sine aliqua expensarum deductione sunt soluendi. vt in l. vlti. §. pen. ff. de his quæ in fraud. credi. l. si pendentes. in prin. & in l. quoties. §. si colono. ff. de vsufructu tradunt Bar. Bal. & doctores. in d. l. fruct⁹. Bertrandus cons. 255. col. 1. lib. 1.

Quarto limita, quando fructus alteri non debent restitui sed tantum aliquid præcipitur solui: verbi gratia statuto cauetur, vt fructuũ omnium exprædijs collectorum sex denarij pro libra soluantur, hoc equidem casu minime expensæ deducuntur ita egregie tenuit Salic. in l. 1. col. 2. ver. Item quæro pone quod statuto. C. de fructi. & litis expen. Nam quod leges (inquit) dicunt expensas esse ex fructibus deducendas manifeste eo casu loquuntur, quando fructus alteri sunt restituendi. Hoc tamen casu aliud est affirmandum, in quo fructus ipsi extimantur: & pro libra sex denarij soluuntur, & ea ratione à verbis statuti recedendum non est, cum quantitas fructuum perceptorum consideretur. Quod sequitur Andr. Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 15. gloss. 1. nume. 23.

Quinto limita, quando quis venderet dimidiam, aut aliam certam fructuum portionem, is enim minimè deducere potest expensas, cum homines vulgo dicant hoc anno tantum fructuum percepi, nec vulgari modo, expensas sic loquendo detrahunt, cui vulgari loquendi modo est standum, vt in l. anniculus. ff. de verbo. signi. l. cum de lanionis §. asinam. ff. de fundo instru. Ita voluit Bal. col. 1. & ibi Salic. post princip. C. de fructib. & litis expens. Abba. in dict. cap. pastoralis. ad finem de decimis. Anto. Capi. Neapoli. decisione. 20. nu. 11.

Sexto limita, vt minimè procedat generaliter in ea fructuum restitutione, quæ vel ecclesiæ, vel alteri piæ causę, vel ex legis dispositione aut hominis est facienda. ita tenuit Socin. in d. l. fructus. col. 1. Sed vir ille doctissimus in hoc errauit, quia propter quam in illo speciali casu decimarum, semper ex fructibus qui ecclesiæ, aut pio loco sunt restituendi expensæ deducuntur. & quod hoc speciale sit in decimis voluit glo. not. in d. cap. pastoralis. de decimis vbi doctores.

Septimo limita, vt hęc expensarum deductio fieri minime debet quando quis faciendo expensas deliquent: verbi gratia si fructus immaturos decerpserit. l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad legem Aquil. & ita voluit Floria. in l. fundus. ff. communi diui. Et forte limitatio ista locum non habet nisi tantum in casu tex. in d. §. si oliuam. cum videlicet immaturi fructus fuerint decerpti. Nam prædo istas expensas deducit text. in l. si a patre. §. vltim. ff. de rei vendi. Et etiam fraudator l. aut prętor. §. per hanc. ff. quæ in fraud cred. Quod vero de fructibus immaturis dictum est intelligi debet iuxta ea quæ scribit Andre. Tiraquellus in lib. 2. de retractu. §. 5. glo. 4. nu. 15.

Octauo limita, quando dominus locat, aut aliter dat fundum colendum ea conditione interposita, vt ipse aliquam fructuum portionem accipiat. Tunc sane debet habere eam partem integram & sine aliqua expensarum deductione culturæ, & fructuum colligendorum: tanquam scilicet colonus ipse impensas & operas pro reliquis partibus ponat, quæ sibi ex fructibus agri alieni remanent. arg. l. cum duobus. §. si in secunda. ff. pro socio & est text. nota. in d. c. tua nobis. de decim. vbi Innoc. Hostien. & Ioan. And. qui hoc de consuetudine generali seruari dicit & ibi etiam Cardi. not. 3. Bar. Bal. & omnes in d. l. fructus. qui hoc etiã seruari assuerant Specul. titu. de locato. §. postquam. ver. Quid si tibi locaui fundum. Corne. consil. 289. col. 3. lib. 1. Stepha. Bertrandus consil. 255. nume. 4. lib. 1. Anto. Capi. Neapol. decisio. 20. nume. 11. Matth. de Afflictis decis. 252. col. 4. And. Tiraq. in lib. 1. de retractu. §. 15. glo. 1. nu. 19.

Nono limita, vt non procedat in legato fructuum quod omnino esset inutile, si expensæ deducerentur. per tex. in l. qui concubinam. §. qui hortos. iuncta glo. not. ibi. ff. de legat. 3. & vide Bar. in l. his verbis. §. vlti. eo. tit. Fran. Are. & Ias. in d. l. fructus.

REGVLA. CCCIII.

Fuga non probat delictum probat text. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllani. & in l. 1. §. sin autem post commissum C. de raptu virgi. & in §. susceptо. in authẽ. de exhi. reis col. 5. & in l. raptores. C. de episco. & cleri.

Limita iſtam cõcluſionem ſex modis, vt per Fel. in. c. nullus de præſumptioni. quos reſcripſit Hippol. in rep. rub. C. de proba. col. 54. quos referã in ſumma omiſsis allegationibus. per eos deſcriptis, quia aliqua opinor vltra eos adiungere.

Primo, limita iſtam concluſionẽ in officiali notato de barataria fugiente pẽdente cauſa, quia talis habetur pro confeſſo. per text. in. l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. quem cõmendant plures doctores per Hippol. vbi ſupra relati quod intellige, vt per eos ibi: & vide eundem Hippol. in ſua practica criminali in. §. diligenter. col. 8. ver. Vnus caſus eſt. Adde Iaſ. in. l. admonendi. col. 17. ff. de iureiuran. in lectura. qui poſt Sali. & Roma ibi dicit quod ille tex. hoc non probat, quia non dicitur quod facit probationem fuga contra ipſum officialem fugientem, ſed contra illum qui eum ſubtraxit, & fecit fugere: & ita conſtat aperte cuilibet cõſideranti legem illam.

Secũdo fallit in eo qui aufugit fractis carceribus, quia habetur pro confeſſo. Et pro iſta ſecunda fallentia cũ tribus ſublimitationibus ſequentibus vide Hipp. in. d. §. diligenter. d. col. 8. Sublimita ſecũdum eos tripliciter.

Primo, quia non habet locum iſta limitatio quando quis fugit de carcere aperto.

Secundo, vbi fugeret non de carcere ſed de palatio prętoris.

Tertio, ſublimita niſi ille fuiſſet in carceratus pro generali inquiſitione, & limitatio ꝓcedit in incarcerato ꝓ ſpeciali. ita Feli. & Hippo. vbi ſupra. Adde pro primis duabus limitationibus Iaſ. in. d. l. admonendi. col. 19. qui ſecundã ſublimitationẽ latius deſcribit, videlicet quod procedit etiã ſi dictum palatiũ prætoris vel vna camera palatij eſſet pro carcere aſsignata, qui refert Bal. Alberi. & Ludo.

Quarto ſublimita, niſi poſt fugam qs denuo eſſet incarceratus, licet, inuitus, quia tunc fuga prior non ſufficit ad condẽnationẽ. ita tenet Iaſ. vbi ſupra allegando Bal. in. d. l. raptores.

Quinto ſublimita, niſi carcer eſſet fractus per tertiam perſonam, nõ data opera incarceratorem: quia tũc eadem eſt ratio, quæ in oſtio dimiſſo aperto. Ita tenet Lanfranc. in. l. fugitiui. C. de ſerui. fugi. quem refert Soci. in reg. 172. in vlti. fallen. vbi etiã primã & ſecundam ſublimitationẽ ſequitur. & ſic habes hanc fallẽtiam quinq; reſtrictionibus ornatam, quas nullibi ſic ſimul reperies.

Tertio, fallit principalis regula, quando famulus fugit & reperiuntur amiſſę aliquę res domini: quia ex hoc videtur quod famulus illas ſubtraxerit. allegant gloſſ. nota. in authen. de exhib. reis. §. ſi vero in verbo, factum. col. 5. Adde quod illam gloſſ. commendauit vltra eos Iaſ. in dict. l. admonendi. col. 20. vbi refert Ang. Ioan. And. illam commendantes idẽ Hippol. in. d. rep. col. 47. vbi refert Angel. de Aretio. Et vide eundem Hippol. qui idem tenet in. d. §. diligẽter. in. d. col. 8.

Quarto fallit, quantum ad faciendum indicium ad torturam.

Sublimita hoc tripliciter ſecũdum eundem Felin. vbi ſupra.

Primo, ſi aufugit poſtquam eſt accuſatus, vel inquiſitus, vel poſt talem inquiſitionem ſtat occultatus, quia tunc non facit contra eum indicium: & vide Hippo. in dict. §. diligenter. in col. 7. qui facit in hoc bonam conſiderationem, ex qua videtur quod nũquam fuga faciat indicium ad torturam.

Secundo

Secundo, quando quis fugit de manibus familię, & poſtea citatus comparet: quia per talem comparitionem purgatur & non facit contra eum indicium.

Tertio, vbi quis fugit ratione partialitatis vel inimicitiæ: hæc ſunt Fel. Adde Iaſ. in d.l. admonẽdi. d. col. 19. qui hanc quartam fallentiã pro principali regula ponit, & prædictas ſublimitationes ei aſsignat pro limitationibus, quem vide quia latius allegat pro ipſa regula quã Feli. & tertiam limitationem ſupra ſcriptam generali? deſcripſit, videlicet quando quis aufugit ex probabili vel rationabili cauſa: & ponit exemplum prædictum de habente partialitates, & refert aliud optimum in ſcholaribus.

Quarto ſublimita ſecundum Iaſ. ibi, quod facit indicium contra eum, qui fugit, non contra conſocios de eodem delicto inculpatos, pro quo refert Ioan. And. & exemplum eiuſdem ſatis not. & vide Soci. in reg. 173. quæ incipit Fuga ſola. vbi dictas primas ſublimitationes tres deſcripſit, quarũ primam in. 3. ſuarum declarat, quia alio ordine eas congeſsit, licet regula cui eas ipſe aſsignauit, ab hac noſtra fallentia aliqualiter differat, quia ipſe ponit quod fuga facit ſuſpicionem, & ſublimitat dictis primis tribus modis. nos autem dicimus quod facit indiciũ ad torturam, vnde credo quod declaratio data per eum ad primam ex ſupra ſcriptis limitationibus, in termìnis noſtræ fallentię non procederet.

Quinto fallit principalis regula, quando lex punit fugam ipſam tanquam ſpecificum delictum, non autem tanquam ſignum delicti, puta militem fugientem, vel monachum fugitiuum. Ita Felin. & Hippol. vbi ſupra idem Hippol. in d. col. 8. Sed iſta reſtrictio (pace eorum dixerim) impertinentiſsima eſt, quia tunc fuga eſt ipſum delictum non autem eſt probatio delicti, & ſic non reſtringit hoc proprie regulam.

Sexto fallit, quando agitur de probando crimine ſolius ſuſpicionis, videlicet an aliquis ſit ſuſpectus vel nõ, vt ex iſta ſuſpicione ſequatur aliquis effectus, quia probata fuga, ſtatim eſt probata ſuſpicio doctores idem vbi ſupra quod commendat Feli.

Amplia omnes ſupra dictos caſus fallentiæ procedere, non ſolum in fugiente in actu, ſed etiam ſi adeſſent aliqua ſigna euidẽtia, qualiter vult aufugere, & iam ſe pręparaſſet ad fugã. Ita tenet Hippol. in d. rep. col. 55. motus per aliqua vrgentia, & maximè ex eo quod not. Bal. in l. pignoris. de pig. actı. C. vbi vult, quod illud quod operat' fuga in actu, operatur in prõptu: tenet etiam idem Hipp. in d. col. 8. in fine & in d. §. diligenter.

Septimo aduerte, an poſsit limitari hæc regula non procedere de iure noſtro regni per l. 9. ti. 11. lib. 3. ordi. reg. in fina. verbis vbi loquendo de capto pro crimine qui aufugit dicit. *Y el huydo uaya por echor, y quando quier que le hallaren hagan juſticia del.*

ANNOTATIO.

Adde & amplia regulam iſtã, vt in tantum procedat, quod non valeret ſtatutum quo diſponeretur quod fuga delictum probaret, quã opinionem tenet Roma. in l. leg. Cornelia nu. 3. ff. ad leg. Cornel. de ſic. vbi allegat plura fũdamenta ſequitur Ang. Areti. vbi Aug. Ari. in tract. maleſi. in verbo. Quod fama publica. nume. 47. & 48. Cato Sacchus. in rep. l. admonendi. nume. 61. ff. de iureiur. Et ratio eſt quia tale ſtatutum abſque dubio eſſet contra ius commune, quo cauetur neminem ex prę-ſumptionibus eſſe damnandum. vt in l. abſentem. ff. de pœnis. in l. 1. §. diuus. & in l. fin. ff. de quæſti. & in l. milites. in §. oportet. ff. eod.

ti. Quod tamen intelligendum est nisi contrafugietem essent manifesta delicta, & delicti qualitas pœnam mortis postularet tunc valet tale statutum ita concludit Dec. post Fel. & alios doctores qui tenent contra Roma. in c. sicut. nume. 56. de proba.

Primam limitationem huius regulæ sequuti sunt Fran. Cur. nume. 161. Petrus de Ptolemæis nume. 81. Cato Sacchus nume. 57. Fran. à Ripa nu. 173. in. d. l. admonendi. Ioan. Igneus in l. lex Cornelia. nu. 15. ff. ad Syllan. Petrus dueñas reg. 389. in prima limitatione quem vide.

Secundam limitationem tenuit glo. & ibi Bar. per illum text. in l. in eos. ff. de custo. reorum quam opinionem dicit communiter approbatam Cato Sacchus in. d. l. admonendi nume. 56. quam sequitur Paul. Grillandus in tract. de relaxatione carceratorum cap. de fuga carcerati. nume. 12. Bartho. Chass. in suis commentar. in consuetudi. Burg. ti. *Des justices*. rub. 1. §. 5. fol. 54. col. 4. nume. 116. & vide regias leges, nempe. l. 13. titul. 29. part. 7. & l. 34. titu. 19. lib. 8. ordin. Quæ sententia in tantum procedit, quod is qui carceribus effractis aufugit, amplius non sit citandus: nec nouus processus sit necessarius, vt condemnari possit. ita tenent Montal. in l. 4. in verbo. *Si aliquno*. versi dubitatur. titu. 3. lib. 2. Foro legum sequitur idem Petrus Auend. respon. 15. nume. 15.

Primam sublimitationem, quod is qui fugit de carcere aperto non puniatur pœna effracti carceris tenuerunt Alber. & Bal. in l. succurritur. ff. ex quibus causis maio. Ang. per illum text. in l. vinum. in. 2. ff. de fur. Fran. Cur. nume. 164. Lanfran. de Oria. nume. 56. Fran. de Ripa nume. 170. in. d. l. admonendi. Thom. Gram. in voto. 37. nume. 9. Nicola. Boeri. decisio. 215. nume. 15. & 23. Hippol. in pract. crimi. §. Attingam. nume. 37. vbi dicit quod hoc casu mitior pœna iudicis arbitrio est imponenda. & facit tex. in l. 1. ff. de effracto. vbi. *Quod si per negligētiam custodum euaserint mitius puniendos.*

Secundam sublimitationem sequitur vltra alios Paul. Grillan. in allegato tracta. de fuga incarceratorum cap. de fuga incarcerati. nume. 13. Et ratio est quia licet aula vel palatium prætoris largo modo carcer possit appellari, nō tamen proprio modo nec dicetur proprie in carcere incluſus is qui detinetur in palatio prætoris ita tenet Bar. vbi Roma. nu. 57. in d rep. l. admonendi. ff. de iureiurand. & ibi moderni. & ea ratione qui cum effractione ab eo loco fugit non tenetur pœna effracti carceris. vt tenet Albe. in. d. l. succurritur nume. 3. Quanuis huius contrarium, imo quod is qui cum effractione a prætoris palatio fugerit eadem pœna puniatur, ac si fugisset è carcere, tenet Salic. post Guil. in dict. l. succurritur. 1. & 2. lectura. Socin. in reg. 162. in 3. limita. Quod verius ipse censeo, quia quilibet locus in quo iudicis mandato quis detinetur dicitur esse carcer. text. est in. l. 1. ff. de custo. reorum. & ibi nota. & in hanc opinionem inclinare videtur Paul. Grillan. in eo loco vbi nouissime allegaui.

Tertiam sublimitationem sequuti sunt Ioan. And. in additio. ad Specul. in ti. de præsumpti. §. 2 in addi. mag. ad nu. 3. Paul. Grillā, vbi supra. nu. 1.

Quartam sublimitationem sequitur Nicola. Boeri. decisio. 215. nume. 20. & in casu istius sublimitationis extraordinaria pœna iudicis arbitrio est imponenda, l. 13. in fin. titul. 29. par. 7.

Quintam sublimitationem approbant fere omnes doctores quos supra allegauim⁹ maxime in prima sublimitatione.

Sexto, vltra authorem nostrum sublimita dictam limitationem, vt non procedat: quando quis frangit carcerem vt iret ad superiorem, quia iste non habetur pro confesso, nec punitur pœna effracti carceris: cum non dicatur fugere. ita tenet Hostien. in cap. vt debitus. de appellat. quem sequitur Cepola dicens. ita fuisse decisum in l. quis sit fugitiuus. in princip. nume. 21. ff. de ædi. edi. Ioan. de Ami. consilio. 7. nume. 20. Iacob. de sancto Georgio. in l. 1. nu. 9. C. de seru. fugi. Thom. Gram. in voto. 39. nu. 12. Nicol. Boeri, decisi. 215. nu. 28. Quia itineris arreptio ad superiorē habetur loco appellationis. vt est text. & ibi not. Bal. in l. sed & si per prętorem. §. fi. ff. ex quib. caus. maio.

Septimo sublimita, quādo quis erat iniuste incarceratus quia is excusatur. ex Bar. in l. vis eius. ff. de proba. Alex. in l. sed eximendi. §. si quis circa finem. vbi Iacobi. de sancto Georg. nume. 3. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi. eximat. Hippo. in pract. crimi. §. diligēter. nu. 50. & in §. Attingā. nu. 38. Nicol. Boeri. decis. 215. num. 30. Petr. Dueñas in reg. 393. limi. 4.

Barth.

Barth. Chaſſa in d. cõſuetu. Burg. rub. 1. §. 7. ver. notater nu. 3. & ita colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 4 & Archi. in c. cum homo 23. q. 5.

Ex quo infert Lucas de penna in l. prohibitũ. C. de iure fiſci. lib. 10. iniuſtè dãnatum ad mortẽ, qui non poteſt aliter iniquã pœnam euadere, licite poſſe cuſtodes carceris occidere quẽ ſequitur Paris de Puteo in tract. ſindi. cad. reſiſtentia fol. 9. nu. 27. & Hippo. in l. 1. in princ. ff. de quæſti. & iſtã opinionem ſequitur Greg. Lup. in l. 13. in glo. fin. titu. 29. par. 7. & Tho. Grãm cõſi. 51. nu. 7. in crimi. Careri. in pract. fo. 173. nu. 20. Sed opinio hæc abſq; dubio, falſa eſt eo enim caſu qñ iudex ipſe ſecundum allegata & ꝓbata obſeruãdo iuris ordinẽ aliquem ad mortẽ dãnauerit innocentem, nã minime huic cõdemnato licebit, vt mortẽ euadat, iudicem innocẽtem vel cuſtodes omnino inculpatos occidere. Si tamẽ iudex ipſe tyrãnice, ex certa ſcientia innocentẽ mortis pœna condẽnauerit: tunc forſan procedet Lucæ de Penna & aliorũ ſententia. vt tenet D. Epiſcop⁹ Segou. lib. 1. vari. reſol. c. 2. nu. 13. Et hoc verum eſſe cẽſeo qñ ille aliter mortẽ nõ poteſt euadere nõ vero alias. Is vero qui iuſte in carceribus detinetur, mortis pœnã digne paſſurus, minime poteſt cuſtodes interficere, aut alio corporali dãno eos afficere. quod Thomas & Caiet. in d. arti. ſpõte agnoſcunt. Sed an is poſsit, vt mortis pœnam fugiat, effringere carcerem vincula quę dirumpere Henricus à Gãdauo quolibeto. 9. ar. 25. aſſeuerat nõ licere, quod ex noſtris nemo negauit, propter apertiſsimas leges hoc diſponẽtes. Sed Caiet. d. q. 69. ar. 3. & 4. plurib⁹ adductis rationib⁹ cõtrariũ verius eſſe contẽdit, quẽ ſequitur Domi. Soto lib. 5. de iuſti. & iure. q. 6. ar. 4. quaſi hoc nõ ſit iudici reſiſtere nec vim inferre: ſed tantum à morte fugere quod omnino licitum eſt quanuis mors iuſte inferenda ſit. de quo lege D. Couar. in d. c. 2. nu. 14. Vnde dicebat Alcibia, prout Plutarchus inter apophthegmata refert tulit, in capitali cauſa fatius eſſe fugere, quam iudicis iudicium ſpectare in quo nec matri fidendum eſſe.

Octauo ſublimita, qñ quis effregit carcerẽ timore aquæ aut ignis tunc non habetur pro confeſſo nec puniendus eſt quia iuſtus timor eum excuſat. tex. in l. habitatores. §. fi. ff. locati & hanc opinionem tenet Iacobus de Belloniſo in pract. iudi. titu. de quæſt. & de qualitate tormen. nu. 104. qui dicit verum dũmodo ille qui frangit carcerẽ non fugiat & vide Nicol. Boeri. d. deci. 215. nu. 22. vbi idẽ aſſeuerat etiã ſi quis fugiat. ſed hæ opiniones poſſunt ſic cõponi vt Iacobi de Belloui. opinio procedat ad hoc vt habeatur fugiens pro confeſſo, vel arbitrio iudicis puniatur: ſed ad hoc vt capite puniatur etiã ſi qs propter aquæ vel ignis timorem rupto carcere effugiat procedit Boerij ſententia vt is ſit merito excuſandus ita cenſet Petrus Duenas reg. 393.

Nono ſublimita, qñ ille qui effractis carceribus fugit, eſſet obiecti criminis innocẽs, quia hoc caſu locũ nõ habet dicta limitatio quia ſi qñ quis fuit crimen cõfeſſus probando ei⁹ innocentiã nõ poſsit puniri. l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſti. l. 2. C. de cuſto. reor. ergo à fortiori hoc aſſerendũ eſt qñ non vere ſed ficte cõfeſſus fuit. ita tenet noſter. Ant. Gomez. in tract. deliẽt. c. 10. nu. 11. cuius ſententiã libenter ſequor: quãuis contrariam ſentẽtiam imo quod ille qui carceribus effractis fugit videatur delictum confiteri & puniatur & ſi re vera non cõmiſiſſet tenent glo. Bar. & ibi Ang. nu. 3. in l. eos. ff. de cuſto. reor. Iacob. de Belloniſo in pract. iudi. tit. de quæſt. & quali. torm. nu. 103. Abb. in c. à nobis. nu. 3. & ibi doctores. de apoſta. Fel. in c. null⁹. nu. 3. de preſum. Nec in cõtrariũ me mouet tex. in l. pen. ff. de cuſ. reorũ quia tex. ille nõ dicit ꝙ is q̃ fugit effractis carcerib⁹ habeatur pro cõfeſſo & puniatur, ac ſi cõmiſiſſet delictũ ſed quod reus capt⁹ puniat propter carceris effractionem, licet principale delictũ non cõmiſerit, ſit innocẽs reperiatur. Quã interpretationẽ tradit Ioã. Igneus. in l. 3. §. ſubuenitur. nu. 70. ff. ad Syllani. & cũ pœna effracturæ hoc caſu nõ ſit à iure determinata erit iudicis arbitrio imponẽda. ita Albe. in d. l. cos. Boer. d. deciſ. 215. nu. 21.

Decimo, ſublimita non habere locum, niſi qñ fuga facta fuerit precedente conſpiratione cũ ſocijs in carceribus, nam hoc modo fugiens effractis carcetibus habetur pro cõfeſſo nõ vero alias. ita tenet expreſſe Bal. vbi dicit ita eſſe intelligendã. d. l. cos. in conſi. 32. nu. 1. vol. 3. dicit que ponendã eſſe in hoc caſu pœnã arbitrariam. ſequitur Grillan. d. c. de fuga incarcerati & hãc opinionẽ probat. l. 13. ti. 29. par. 7. & ibi notat Grego. in ver. *Acordando ſe.*

Vndecimo ſublimita, niſi incarcerati haberent legitimam cauſam fugiendi, vt ſi de facto fuiſſent indebite per iudicem torti, vt tradit Alex. conſ. 144. vol. 2.

Duodecimo ſublimita, niſi accuſatio ſit inepta & male formata: nã licet libelli incepti

tudo veram confeſsionem non impediat tamē impedit fictam confeſsionem & legalem diſpoſitionem.ita Bal.in.l.admonendi.col.6.ff. de iureiur. Sequitur Greg.in.d.l.part.in ver. *Que ſe dan por hechores.*

Tertiam huius regulę limitationē ſequitur Fran.Cur.in rep.l.admonendi.nu.171,ff de iureiuran.Paul.Grill.in.d.c.de fuga incarcerati. nu.17.Nicol.Boeri.d.deci. 225.nu.29.

Primo tamen ſublimita dictā limitationē, vt non procedat quādo famulus aufugiat propter ſęuitiam iudicis vel dñi. Ita tenet Lucas de pœna. in.l.ſi colon.C.de agrico.& cōſi.lib. 11.pro qua opinione conducit text.egregius in l.ſi quis fugitiuus. in prin.ver. *Item ne in eum quidē qui à Prætore, cui in diſciplinam traditus erat fugiſſet.*& in verſi.ſicuti, *Nec in eum quidem, qui cum dñm animaduerteret.*ff.de ędi.edi. & ibi Cœpo.nu.6.Iaſ.in.d.l.admonendi.nu. 169.Ioan.igne.in.d.l.lege Cornelia. nu.55.ff. ad Sena.conſ.Syllani.

Secundo ſublimita, quando famulus ex alia iuſta cauſa fugiſſet.tex.in.d.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonē.ff.de ędi.edit.& tenet Bal.in.l.bonę fidei.nu. 7.C.de reb.credi.

Tertio ſublimita, niſi ille qui aufugit ſua ſpōtanea voluntate eſſet reuerſus.ita declarat Bar.in.d.l.quis ſit fugitiuus.§.1.& ibi Cœpola nu.15.Idem Cœpola in.l.bouem. §. qui ad amicum.nu.1.ff.eo.ti. Quib⁹ ſuffragatur tex. in.l.3.ff.de re mili.vbi is qui aufugit,reuertēdi animo ex fuga pœnam non patitur.& vide.l. 130.Styli.

Quartam limitationem,quod fuga in criminalibus faciat indicium ad torturā, tenuit Bar. in.l.ſi.ff.de quæſt.Bal.in.l.volūtatis.nu.11. C. de fideicōmiſſi.Iacob.de Bellouiſo in practi. iudi.titu.de quæſti.nu.1. Ang.Areti.in tracta. malefi.in verbo,quodfama publica.num.46. Mar.Anto.Blan.in tract.de indicijs & tortura nu.258.quam opinionem communem eſſe fatetur Iaſ.in.d.l.admonēdi.in lectura nu. 88. & repe.nu.169.

Primam huius tertiæ limitationis ſublimi tationem tenet Bar,in.l.1.nu.1.ff.de bonis eorum vbi dicit,quod quando aliquis eſt accuſatus de crimine capitali & fugit non eſt contra eū pręſumptio.Sequitur Ang. Areti. in tract. malē. in parte,quod fama publi.nu.46.Hipp. in ſing.115.& in ſing.497.Matthæſel.in not. 146.Roma.vbi dicit ſe ita vidiſſe practicari in d.l.Cornel.nume.2.vbi Ioan. Igne.nu.17.ff. ad Syllan. Soci.in reg.143.limi.3. Mar.Anto. Blan.in.d.tract.de indicijs & tortu.num.281, Curti.in rep.d.l.admonendi nu.160.&.178. & ibi Corali.in rep.nu.79.Petrus Duenas in reg.390.vlti.limi.glo.Montal.in.l.13.titu. 29. par.7.Quibus ſuffragatur text.in.l.fi.§.fraudis.ibi,*metu imminentis accuſatoris.*ff.de bonis damna.& in.c.ſi iudex.de pace tenēda & eius viola.ibi, *Qui de ſua diffiſus ſit innocentia.* In vſib.feudo.& in auth.de exhib.reis. §. ſi vero etiam.in verſi. *Penes ſui accuſatoris per fugam factum.*& vide.l.130.in legibus Styli. Quam quidē ſublimitationem(quā certo ſcio comuniter eſſe receptam)veram eſſe exiſtimo, præter quam ſi alia indicia,ſeu ſuſpiciones darentur contra fugientem:quia hoc caſu fuga etiā poſt accuſationem maximum operaretur indicium arg.l.vltimæ.C.qui numero tutela.ſe excuſant.& ita per illum text. tenet Rom.in d.l.lege Cornel.in fine & ibi Ioan. Igne.nu. 13 & Curti.& Cora.in loco nouiſsime allega. Illud etiam prætermittendum non eſt quod, (vt nōnulli cenſent)prędicta ſublimitatio nō procederet de iure regio, qñ is qui propoſita accuſatione fuit à carceribus ſub fideiuſſorib⁹ relaxatus,& lite pendente aufugit: Nam talis fuga non ſolùm contra eum facit indicium ad torturam,ſed etiam facit eum haberi pro cōfeſſo.ita probat tex.in.l.3.in fi.ti.8.lib.2.for. legum & in.l.9.titu.11.lib.3.ordi.quod an verum ſit videbis infra ver.7 limitatio.

Secundā ſublimitationē tenet Bar.in.l.qs ſit fugitiuus.in.§.1.per illū tex.ff.de ędil.edit. & ibi Cœpol.nu.6.& 15.Bar.in.l.aut facta.§. tēpus.col.1.ff.de pœnis.Mar.Anto.Blan.in.d. tract.de indi.nu.278. Thomas. Grāmati.cōſ. 42.nu.2.in crimi.Nicol.Boer.deciſ.215. nu. 27.Bertrand.conſi.61.nu.7.vol.2. primę impreſſ.& vid.d.l.130.ſtyli.

Tertiam ſublimitationem ſequuti ſunt Bal.in.l.in bonæ fidei.C.de iureiur. Frā.Cur. nu.157.Roma num.56. Petrus de Ptolemæis nu.76.in.d.l.admonēdi.Stepha. Bertran.cōſ. 115.nu.32.vol.2.ſecundæ impreſsi.Ioan.de Amic.conſ.7.nu.12.& conſ.86. num.5.Deci. conſ.410.nu.30.& facit tex.in.c.accedens.in primo vt lite non conteſt.

Quartam ſublimitationem ſequitur Ripa in.d.repet.l. admonendi. nume.174.Boerius deciſ.215.nu.25.

Quinta limitatio impertinentiſsima eſt vt doctè noſter author conſiderabit.

Sextam limitationem ſequitur Fran. de Ripa in.d.l.admonendi.nu.167.

Septima

Septima limitatio quatenus in ea author limitat regulam vt de iure regio non procedat si generaliter accipiatur vera quidem non est. cum eo quidē iure ad hoc vt absens pœna criminis ordinaria possit condemnari, requiritur quod vltra fugam ipsam sint contra eum obiecti criminis indicia, quæ si præsens esset sufficerent vt tormentis atque quæstionibus posset iure subijci. Sic lege lata sancitum fuit a catholicis regibus in hoc Complutensi populo anno domini. 153. Quæ lex hodie habetur in dictorum regum pragmaticis. fol. 189. Quod etiam d. lex aliter probat dum iudicibus admonet vt diligenter de absentium innocētia inquirat dicens. *Informādose aſsi meſmo el juez de ſu officio por quantas partes pudiere dela innocentia del delinquente*. Igitur sola fuga non sufficit ad condemnationem alias equidem frustra iudex de illius innocentia se informaret quem ex fugę ratione condemnare tenebatur. Nec refragatur huic sententiæ text. in l. 9. ti. 11. lib. 3 ordi. quam legem hic author noster allegat, quia ea regia constitutio non dicit quod absens sola fugę probatione possit condemnari, imo si diligentius consideretur contrarium præsupponit dum eo casu loquitur, quando quis ratione alicuius criminis fuit in carcerem missus, & postea fuit sub fideiussoribus relaxatus. Ergo cum ad capturam peruentum fuit necessario fatendum est id fieri non potuisse saltim sine aliquibus indicijs vt alias latius probaui. Si quis vero his obijciat quod in casu d. regiæ legis minime ea indicia quæ contra reum erant sufficiebant ad torturam infligendam, quia alias non relaxaretur ille sub fideiussoribus. Id quidem verum esse agnosco eotempore, quo ille relaxatus fuit: superuenerunt tamen postea non solum indicia verum apertæ & claræ probationes quod mihi ea lex manifeste probat cum dicit. *Y ſi aquel que fuere acuſado diere fiador, ſea tenido de lleuar a los plazos aq̄l a quien fio, y ſi le fuere prouado porque merezca padecer juſticia, no le dexen mas ſobre fiador*, Sequitur & facit. *Y den de ſi el dicho mal hechor ſe fuere, &c.* Et sic mēs legis est & tunc loquitur quando delinquēs fugit cum probationes criminis superuenerunt. Qua ratione censeo, parum aut nihil fuga circa ipsum principalem delinquentem operari ibi sed circa ipsius fideiussorem, quem in quingentis solidis regi soluendis condemnat ea regia sanctio. Et ex hoc colligitur quod ea lex minime loquitur quando delinquens fugit à carceribus prout nōnulli male eam intelligūt, quia si à carceribus fugisset, fideiussor qui eū præsentare promisit, de quo lex loquitur aliqua pœna cōdēnari non posset quia cum reus iam in carceribus fuerit detentus ipse est ab obligatione fideiussionis liberatus.

Octauo, vltra authorē nostrum limita. d. regulam, vt non procedat in mercatoribus fallitis, seu in cambijs fugitiuis cessantibus soluere nam ipsi ex sola fuga pro confessis habentur, & torqueri iure optimo possunt, vt indicent pecunias sibi datas vel depositas, quas falso pdidisse asseuerant. ita tenet Paris de Puteo in tract. tindicatus. c. an in causa pecuniaria & ca uilli. nu. 2. quē sequitur Nicol. Boeri. deci. 215. nu. 5. Hippo in pract. crim. in. §. Expedita. nu. 62. & in. l. diuus nu. 5. ff. de quæstio. Dueñ. in reg. 289. nu. 8. Frā. Purpur. in. l. singularia. nu. 94. ff. si cert. pet. Et cum crimen hoc grauissimū sit, & ipsi reipublicę admodum perniciosum, mercatores isti priuilegio immunitatis ecclesiasticæ nō gaudet. vt expresse tenet Nicol. Boeri. d. decisi. nu. 7. quem sequitur vir doctissimus Remigius de Gonni. in tract. de immunitate ecclesiarū fallen. 38. Quod de iure regio probatur in prag. 80. fol. 76. in antiquis regum catholicorū prag. vbi pœna imponitur qua isti puniendi sunt. & in. l. 5. ti. 8. lib. 5. Et non tantū ipsi dictis pœnis puniendi sunt qñ ipsi fugerent, verum si bona solū occultarent. vt in prag. de *Madrid*. 24. anni. 1528. Nec nobilitatis prętextu excusantur vt decretū fuit Segouiæ anno. 1532. c. 111. Imo hoc casu altioribus furcis nobiles ipsi suspēdi debent, prout in crimine proditionis à nobili commisso loquitur Bal. in. c. cum quidā. de iureiur. sequitur And. Tiraq. de pœnis causa. 31. nu. 21.

REGVLA. CCCIIII.

Furē vel malefactorē nō tenetur qs indicare glo. & doctores in. l. inciuile est. C. de fur. ponit not. Hoſt. in summa in ti. de furtis in rubricella de cōd. fur. ver. Illud faciēdū. & in ver. seq. vi de Bal. in. l. 1. C. de condi. ob tur. caus.

Amplia adeo hoc procedere, quod licet venditori alienę aliquid accipere à domino, vt sibi indicet rem. secundum Abb. post Hosti. in. c. dudum. in 2. in. 7. col. de electi.

Limita quatuor modis, vt per Iaſ. in.l.1.§.ſi tibi iudicium.ff.de cond.ob tur.cau.

ANNOTATIO.

Adde authorem noſtrum & quę ibi remiſ ſiue ſcripſi infra in reg.332.incip.indicare.vbi iſta regula repetita eſt.

REGVLA. CCCV.

Furioſi nomine per curatorem ſuũ ſucceſsio agnita, nõ tranſmittitur ad eius hæredes, eo in furore defuncto. text.in.l.fin.§ ſin autem in furore. C. de curato.furi.& in.l.1.ff. de ſucceſſ. edi.& in.l.1.§.ſed ſi infanti.ff. ad Tertullia.

Limita dupliciter, vt per Iaſ.in.l. infantis.C.qui admitti.prope finem.

Primo, quando talis furioſus eſſet hæres neceſſarius.

Secundo, quando immediate ſeruo vel filio eſſet ei acquiſita ſucceſsio, qui audiuit iuſſu curatoris.

REGVLA. CCCVI.

Furioſus teſtari non poteſt text.in §.Item furioſi.inſtitu. quibus non eſt perm. facere teſt.& in.l.furioſum.C. qui teſt.face.poſſ.& in.l.filiusfami.ff. de teſtam.

Amplia procedere, etiam nec ad pias cauſas.Bar.in.l.1.1. quęſt. primę quæſtionis princ. C.de ſacro.eccle.

Limita quatuor modis, vt per Iaſ. in.d.l.furioſum.col.1.

ANNOTATIO.

Adde regiam.l.13.tit.1.par.6.Et circa iſtam regulam vide late Marcum Anton. Baueria poſt alios in.§.Item furioſi.inſti. quibus non eſt permiſſum facere teſta. & noſtrum Rod. Suar allegatione.1.

De litera.G.

REGVLA. CCCVII.

Generali ſermõe, pſona loquentis videtur excepta text. in.l. inquilitio. C. de ſolut. text. cum glo.in.l.ſi mercedẽ §.fi.de action.emp. & vendi.ff.& in.l.inſulam.§. fina.ff. locat.

Limita niſi in tali ſermone non alia quam perſona loquens comprehẽdi poſsit.Ita reſtringit Hippo.in.l.1. §.ſi ſeruus.el.2.circa prin.ff.de quęſt. motus doctrina Bar. ſing. in.l. ſi quis legauerit.ff.de lega.1.& vide eundem qui aliqua exẽpla pro ipſa principa. regula.ſcribit.

ANNOTATIO.

Adde text.in.l. Paulus.§.vlti.ff. de pigno. Bal.in.l.ſi emptor.C.de hęredi.vel actu.vend. vbi ex hac regula ſingulariter dicit. Quod ſi quis emit vel cõduxit gabellam a communi, ſi commune aliquid emit gabellã ſoluere non tenetur,quia non vẽdit ius immunitatis quod habet, nec ius exigendi contra ſe quod ſequitur Matthæ⁹ de Afflictis deciſ.319.nu.8.Hinc etiam affirmat idem Bal.in.c.omnes. hic finitur lex. Conr. quod promiſsio de aliquem defendendo,non intelligitur contra ſe ipſum. quod ſequitur Afflictus.d.deciſione nu.9.

De litera.H.

REGVLA. CCCVIII.

HAEreditatis vna pars, licet ſolum ſit à principio alicui delata à teſtatore, ſi tamen poſtea cohęres repudiet, reliqua pars ſibi inuito accreſcit.vt ſ.l.ſi ex duab⁹ §.fi.iuncta lege ſi duo.ff.de acqui.hæredi.

redi.per quæ iura iſtam regulam tradit Iaſ.cõtra Bar.in.l.quidam elogio. col.fi.C.de iure delib.

Limita quadrupliciter, vt per eun Iaſ.ibi.

ANNOTATIO

Adde latiſsimè circa iſtam regulam, vltra ordinarios interpretes Anto. Gome. 1.tomo de vlti.volunt.c.10.nu.22.Et vide.19.caſus in quibus ceſſat ius accreſcendi quos diligenter ſcripſit Ferdi. Mencha. in ſummo dominicæ dictionis prætorio regius ſenator de ſucceſsionum creatione lib.1.pri.par §.10.nume.167. fol.190.quem vide.

REGVLA. CCCIX.

Hęreditas non poteſt dari nec adimi directo in codicillis tex.in.l.2.C. de codicillis & in l. hæreditas. C.de his quib.vt indig.& in.l.non codicillum.C.de teſtam.& in.§.pen.inſti. de codicillis cum concordatis allegatis per glo.in.d.l.2. Cui regulæ ſolũ tradit quatuor limitationes Soci.in reg. 169.incip.Hęreditas per fideicõmiſſum.ſine ampliationibus.

Amplia iſtam regulam, quod nec cõditionem poteſt apponere teſtator in codicillis inſtituto pure in teſtamẽto vt eſt tex.in.l.pen.§.fi.ff.de condi. inſti.& in.l.diui. in prin ff.de iure codicil.& habes tu Hiſpane tex.in.l.8. ti.3.par.6.

Amplia ſecundo, quod nec ſubſtituere poteſt teſtator in codicillis in locum hæredis inſtituti in teſtamẽto vt eſt tex.in.d.l.8 ti.3.par.6.

Primo,fallit in milite vt eſt tex.in l.militis codicillis.ff.de teſta. mi. ponit. Alex.& Iaſ.in.d.l.2.

Secundo,fallit in codicillis conditis inter liberos Bar.in.d.l.militis.refert Alex.in.d.l.2.vbi etiam Iaſ.de cuius veritate vide latiſsime per eũdem Alex.in.l.hac conſultiſsima.§.ſi quis autem.3.&.4.col.C.de teſtam.& Iaſ. ibi penul.col.poſt medi. & in ſe q.& hanc limitationem poſuit Socin.vbi ſupra & refert ſolum Bar.in loco ſupra allegato.

Tertio,fallit in relictis ad pias cauſas,ponunt Alex.& Iaſ.in.d.l.2.poſuit Soci. vbi ſupra allegando ſolum tex.in.l.1.C.de ſacro.eccle.& ibi Bal. col.penul.

Quarto,limita in inſtitutione directa certę rei,quę poteſt fieri in codicillis quando datus eſt cohęres vniuerſalis in teſtamento cum tunc talis inſtitutus in re certa habeatur loco legatarij per.l.quoties.C.de hęredi.inſtit.quod voluit Bal.in.l. non codicillum vbi ſupra alleg.ſequitur Iaſ.in.d. l.2.vbi ante eum ſequitur hoc etiam Alex. Quod ſublimita quando ille inſtitutus in re certa eſſet extraneus, ſecus ſi filius,quia tunc ſaltim quo ad querelam inſtitutio in re certa habet potius naturam inſtitutionis,quàm legati.Ita Bal.in.l.omnimodo in prin. 3.q.C.de inoffic.teſt. quod reputant ſolenne Alex.& Iaſ.vbi ſupra.

Quinto fallit, quia poteſt fieri inſtitutio hoc modo,Inſtituo illum hęredem quem in codicillis declarauero vt in.l.aſſe toto,ff.de hęredi.inſti. & vide ſimilem legem.8.ti.3.part.6. Iſtã limitationem tradit Iaſ.vbi ſupra quã etiam tradit Alex. ibi à quo Iaſ. habuit omnes præcedentes limitationes, licet de eo nullam fecerit mentionem in aliqua earum, contra fidelitatẽ ſcribentis debitam, cum ipſe nihil addiderit propter bonum ordinẽ quo non ſunt ab Alex.compoſitæ.

Sexto fallit, quãdo hęreditas eſſet adempta ab hærede ſcripto, & data alteri in codicillis, quia tunc ille hęres videtur grauatus reſtituere eam

per fideicommiſſum ſcripto in codicillis vt firmat Imo.in.l.1.§.2.ff.de iuſto rupto irri.refert Alex.in.d.l. 2. in fine & in.l. verbis ciuilibus. 3. col. in prin.ff.de vulga.& pupi. Et ſic regula noſtra loquitur quando tantum fit ademptio in codicillis, & alteri nó conceditur. Licet iſta non ſit proprie reſtrictio ad regulam, cum iſta talis ademptio hęreditatis tunc non fiat directo in codicillis.

Septimo limita,ſeu declara prædictam regulam,quia licet in codicillis nihil poſsit directo teſtator diſponere vt in regula,tamé clauſulam derogatoriam appoſitam in teſtaméto poteſt teſtator in codicillis reuocare, adeo quod ſi poſtea faceret aliud teſtamentum valeret abſque alia derogatione.Ita ſing.tenet Sali.in.l.2.C. de codic.refert & ſequitur. Ang.in.§.pe. inſti.de codicil.& commendat etiam Iaſ.in .l.ſancimus. C. de teſtam.in.4. col.ſic declarando.l. hęreditatem.C. de codicil.& in.;.pe.Inſt.eo.

ANNOTATIO.

Adde tex.in l.quidam cum teſtamento.§. ſed cum veteres. C. de neceſſa.hæred.inſtit. tex.in l.2.in fine cum prin.ſeq.ff.de iure codic.& in.l. Scęuola ff.ad Trebel.& in.l. quod autem in princi.ff.ſi quis omiſſa cauſ.teſta.& in.l.3.C. ad Trebelli. & in.l. fine ſcriptura. eod.titu.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum, ſcripſit Guil.Benedi.in repeti. cap. Raynuntius.in verbo,teſtamentum.3.nu.56.de teſta. vbi quinque limitationes ei conſtituit, quarum duę differunt à limitationibus hic ſcriptis & ex ſecunda eius limitatione alias quatuor limitationes colliges. Eandem regulam vbi diligentiſsime eam declarat eum ſex limitationibus ſcripſit noſter Ferdi. Mencha. de ſucceſsi.creatione.1.par.lib.3.§.25.nu.15.

REGVLA. CCCX.

Hæreditatis filio familias delatæ detętio facta lógo tempore per ipſum facit præſumi iuſſum pręceſsiſſe. tex. eſt ſingularis & non alibi ſecundum Bar.ibi in.l.ſi filius.C de peti.hæred. de cuius intellectu & materia vide Balbum in tract. de præſcrip.in.3.part. prin.in.7.col.cum duabus ſeq.

Limita.5.modis vt per Iaſ.in. l.1. col.5.& ſeq.C.qui admitti.

ANNOTATIO

Secundo amplia, quando quis producit instrumentum non solẽne, puta sine indictione & consule, quia etiam quæ in eo continctur confiteri censetur. vt voluit Bal. in l. alia. col. 2. ver. sed pone C. de his quib. vt indig. sequitur Ang. d. cons. 132. col. 2. Alex. consil. 104. col. 2. ver. Et posito. vol. 7. Bal. cons. 161. col. 3. post medium. lib. 2. quam esse magis communem sententiam fatetur Aymon. in d. §. viso. nu. 36. Secus tamen est secundum eum, si instrumenti defectus contigerit circa negotium principale, quia tunc ille qui tale instrumentum producit minime censetur confiteri, quę in eo continẽtur. ex Inno. Abb & doct. in c. cum venerabilis. de excepti. Item cons. 294. vbi rationem adducit, quia instrumẽtum producens censetur illud approbare, & confiteri prout in eo continetur. sed in tali instrumento non solenni nihil cum effectu continetur, ex quo probationis defectũ nullus sit, & pacta quidẽ sunt nihil cotineri, vel contineri. sed id quod cõtinetur apparere non potest ob probationis defectũ. vt in l. duo sunt. Titij. ff. de testi. tute. qua etiam opinionẽ sequitur Alex. cons. 108. col. 2. in fine. ver. Non obstat si dicatur. lib. 3. & cons. 124. col. 2. lib. 7.

Tertio amplia, vt procedat etiam regula & si instrumentum altera parte absente præsentetur, quia hoc etiam casu confessio quæ ex productione illius emanauit, illi contra quem producitur prodest. ex Ang. sententia in. §. si vero expressim. col. 4. in authent. de hered. & Falc. quem sequitur Ang. in l. non solum. §. morte col. 5. ver. Item pro conclusione. ff. de noui. ope nu. Et ratio est quia actus probationis ex sola partis voluntate dependet & ea ratione alterius partis præsentia non requiritur vt Bar. censet. in l. Pomponius. col. 1. ver. Itẽ ex eo. ff. de neg. gest. & in l. a quo enim. ff. rem ratam hab. nec obstat quod confessio facta absente parte non probat. quia illud intelligitur quando confessio tendit directo ad obligandum illum qui confitetur. Secus si principaliter tendit ad probandum aliquid ex qua approbatione absenti obligatio acquiratur.

Quarto amplia, vt nec talis cõfessio per instrumentum producentem possit reuocari. vt scriptum reliquit Innoc. in. c. cum olim. in fine de censib. sequitur Anch cons. 223. col. 1. circa fin. Caro. Moli. in consuetu. Parisi. ti. 1. §. 5. glo. 36. & facit quod not. Calde. cons. 2. circa medium. ti. de vsuri. quod sicut expressa confessio reuocari, nõ potest ita nec tacita. per text. in c. literas. de præsump. c. vni. vt ecclesiast. benefi. Quam sententiam etiam probato errore

sequitur

sequitur specul. in titu. de inst. edicti. §. Videdum. col. 3. ver. Quod si aliquis. sequitur Feli. in. c. imputari. col. 1. ver. septima & vltima declaratio. de fide instrum. Sed cõtrarium quod ea confessio prętextu erroris possit reuocari. consuluit Bal. cons. 307. lib. 5: Guid. Papæ. q. 131. & 503.

Quinto amplia, vt instrumẽtum producẽs non solum censeatur confiteri quæ dispositiue in ipso prolata sunt: sed etiam ea quæ enuntiatiue & incidenter scripta sunt. vt Abb. censet cons. 51. col. vltim. ver. & præterea, vt dixi. libr. 2. Sed huius contrarium aperte tenuit Bal. in. d. c. cum venerabilis. col. pen. quẽ sequitur Alex. cons. 16. col. 4. ver. Præterea etiam scriptura. lib. 5. Cuius controuersiæ Iaf. meminit nihil tamen decidit in. l. si cui. 2. §. 1. in fine. ff. de lega 1. sed Bal opinionem veriorem esse de iure fatetur Aymon. d. fol. 36. §. vlo. Quam ibi duobus modis limitat. Primo, ni si essent verba enuntiatiua ipsius producentis quia cum ipso negotium gestum est. arg. text. in. l. optima. C. de contrahend. & comit. stip. secundo, nisi verba essent enuntiatiua ad effectum necessaria, quia illa producens instrumentum fateri videtur. & in hoc casu loquitur tex. in. c. cũ olim. de censib. de quo lege Marcum Antonium Nattę cons. 333. nu. 2. vol. 2.

Sexto singulariter amplia, vt hæc regula procedat etiam si quis instrumentum produxisset, plura etiam capitula separata habens, etiam cum protestatione ordinaria, quod tantum producit instrumentum & eius capitula quæ fauorem illius concernunt, non vero illa quæ contra producentem faciunt, quia etiam ea confiteri videtur, protestatione non obstãte. ita dicit glo. sing. in. l. 1. §. editiones. in glo. mag. in verbo, die & consule, circa fin. ff. de edendo. quam reputat sing. & mirabilem. Sali. ibi prope refert Iaf. col. 4. in prin. cuius opinionem sequutus fuit Bal. in. c. præsentium. col. 1. de testi. & in. l. 1. C. vt quæ desunt aduoca. vbi Paul. & Alex. hoc plurimum extollunt. Rom. cons. 133. dubio vlti. Paul. de Castro in. d. §. editiones. col. 2. ver. Et nota circa finem gloss. quo loco scribit hoc habuisse in practica. Bertran. cons. 120. lib. 2. Aymon in. d. tract. de antiqui. tempo. fol. 37. col. 4. Carol. Moli. ad Alex. cons. 136. super num. 123. litera A. lib. 2. Anto. Trigona. in sing. 116. Et ratio est quia fides instrumenti indiuidua est, quia nõ potest instrumẽtum pro parte probare, & pro parte non. vt not. Bar. & docto. in. l. si ex falsis in fine. C. de transacti. Bal. cons. 405. lib. 4. Deci. in. c. ad audiẽtiam circa medium col. 2. ver. secundo ampliatur. de rescriptis.

Quanuis huius contrarium aperte tenuit Alb. in. d. §. editiones. vbi dicit quod iam in iudicijs inualuit talis cautela & Bal. ex more sibi contrarius in. l. siquidem. C. de excepti. & in c. 1. §. denique. quæ fuit prima causa beneficiamit. & in. l. Publia. §. vlti. ff. depositi. Innoc. in. d. c. cum olim. in glo. in verbo, instrumenta. de cẽsib. vbi Anto. de Butrio col. vlti. Alex. cons. 136. nu. 23. lib. 2. Felin. in. c. imputari. in fine de fide instru. vbi hanc dicit esse communem opinionem quam etiam sequitur Guido Papæ deci. 503. nume. 2. vbi testatur. ita fuisse decisum in curia parlamenti. & in hanc opinionem inclinare videtur Caro. Rui. cons. 136. nu. 4. vol. 4. Hiero. Gratus cons. 101. num. 6. vol. 1. vbi dicit quòd plures doctores & numero & authoritate superiores opinionem illam sunt sequuti. Et quanuis hanc rem veluti dubiam indecisam reliquit Marcus Anto. Natta cons. 365. nume. 4. vol. 2. Ego tamen priorem glo. & aliorum opinionem veriorem esse de iure censeo, quam ea innixus ratione sequor. Nam aut instrumentum quod producitur authenticum erat, aut non, si authẽticum & fidem facit quomodo is qui illud produxit poterit nec minimam eius partem impugnare, cum fides eius sit indiuisibilis vt iam dixi. Aut instrumentum productum authẽticum non erat, & tunc illud producens approbare censetur respectu fidei probatoriæ quo ad omnia quæ in eo continẽtur vt supra scripsi in. 2. ampliatione. Si tamen opinionem illam veriorem esse iudicaueris poteris lector candide sequentibus modis declarare.

Primo limita, vt non procedat in actis iudiciorum, quia acta cum dicta protestatiõe. produci possunt. ita in facti contingentia interrogatus consuluit Laurentius Calcaneus cons. 8. nume. 39. Sed opinionem hanc egregie post alios impugnat Feli. in. d. c. cum venerabilis. col. 6. ver. Quartus casus, Et est vera ratio, quia acta communia sunt. vt late scribitur in. d. §. editiones. Sed in iuribus communibus nihil dicta protestatio operatur. vt supra scripsi.

Secundo limita, vt non procedat in scriptura priuata quia ea cum tali protestatione produci potest. vt tradit Iaf. in. l. non solũ. §. morte. col. 14. in fine ver. Infertur notabiliter. ff. de noui operi nunti. & ante eum idem scripsit Alex. in. l. 1. col. 4. C. vt quæ desunt aduo.

& ita intelligo Bar. doctrinam in l. Aurelius. §. idem qu erijt. ff de lib. leg. vt loquatur in scriptura priuata. vt patet ex lege publia. ff. de po ten. quam Bar. ibi allegat licet Guido Papæ. d. decis. 503. aliter & male Bar. intellexerit. Et vera ratio istius differentiæ inter publicam & priuatam scripturam colligitur ex eo, quia priuata scriptura & eius fides depēdet a potestate approbantis, & ea ratione poterit in parte approbari, & in parte separata impugnari. Secus autem in publica scriptura cuius fides a lege & non a producentis potestate dependet.

Tertio limita quando instrumentum confectum non est cum ipso producente, ita quod inter partes commune non sit, nec agens aut excipiens illud producere tenebatur, tunc potest producens dicta protestatione vti. secundum alex consi. 124. ante fin. lib. 7.

Quarto limita, quando producenti imputari non potest cur non prouiderit quæ produxit, puta quia intra brevissimum temporis spatium sua iura producere cogitur, tunc potest ea iura cum dicta protestatione quatenus pro eo faciunt producere. tenuit Felin. in. d. c. imputari. in fine de fide instru. Aymon in. d. tract. fol. 39. nume. 87.

Sed an is contra quem instrumētum producitur possit illud acceptare pro parte & pro altera parte impugnare, quando capitula separata sunt vide Bar. in l. quædam. §. numularios. ff. de eden. Abb. in. c. 2. de fide instr. Roma. consi. 346. col. 2. Ang. consi. 394. Corne. consi. 81. col penul. lib. 4. Ias. in. d. §. morte. d. col. 14.

REGVLA CCCXLIII.

Instrumentum alienationis rei ecclesiasticæ, in quo narratur præcessisse tractatus & licentiam, non probat dictos tractatus & licentiam nisi aliter de eis cōstet not. Bar. in l. & si forte. ff. de cast. pecu. & notant alij quos refert Hippol. in l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæstio. in col. 3. & Purpura. in authen. si quis in aliquo documento. C. de edendo col. pen.

Limita quatuor modis, vt per Purpu. vbi supra.

Primo, quando talia verba essent in instrumento antiquo.

Secundo, quādo talia verba essent apposita à prælato & toto capitulo cū iuramento.

Tertio, vbi de modico præiudicio agitur.

Quarto, vbi coniecturæ essent pro enuntiante.

ANNOTATIO.

Adde Guid. Papa dec. 151. nu. 1. vbi Addit. litera B. scribit aliam limitationem huic regulę. & vide quæ scribit Petrus Rebuff. in tract. de reb. eccle. non alie. fo. 110. nu. 75.

REGVLA. CCCXLIIII.

Instrumenta publica, confecta manu notarij publici non habent executionem paratam de iure cōmuni: sed requiritur solennis libellus, & alius processus iudiciarius. text. est melior de iure in l. minor. 25. annis cui fidei cōmissum. in princ. ff. de minor ib. quē ad hoc allegat Ias. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. allegat etiam. l. 1. C. de execu. rei iud.

Limita sex modis, vt per Ias. in l. fin. col. 2. C. de edicto diui. Adria. tollendo.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matri. Ias. in l. 2. num. 9. ff. de iurciuran. & in l. quæ delegatorum. num. 6. ff. de lega. 1. & in §. item si quis. nu. 17. insti. de acti. & in l. legitima. ff. de pact. Bar. in l. 3. §. in hac. ff. commoda. Hippo. sing. 356. Soci. cons. 255. col. 1. nu. 1. lib. 2. Benedict. in rep. c. Raynuntius. in verbo, si absque liberis. 2. nu. 192. de testam. Stepha. Costa in tract. de Ludo. 5. arti. prin. nume. 3. Guid. Papę dec. 117. Ioan. Campezium in tract. de statu loq. de dote. q. 111. nu. 2. Laurent. Calca. cons. 3. nu. 22. Rod. Suar. in l. post rem iudica. fol. 128. nu. 6. ff. de re iudi. Matth. de Afflictis Neapol. dec. 283. nu. 1. Dida. a Segura in rep. l. si ex legati causa. nu. 59. ff. de verbo. obliga. D. Perez in l. 4. in glo. in verbo. *Mandamos*. ver. sciendum tamen

est

est ti.8.lib.3.ordi.Anto.Gome.in l.64. nu.2. in legibus Tauri Fran.Aules in capit.prætorum.c.10.in verbo.Execution.nume.1.Caten. Cott.in memor.iuris in verbo. instrumenta, qua ratione non dubito doctrinam nostræ regulæ esse approbatam communiter.

Hanc regulam, vltra authorem nostrum, cum duabus ampliationibus, & vndecim limitatibus, eiusque materiam non vulgariter declarans scripsit Petrus Rebuff. super regias leges Galliæ in tract.de literis obligator. arti. 6 glo.3 fo.137.à numero.1. vsque ad nu.40. tomo.1.comiti.Francię.

In his tamen Hispaniarum regnis praxis forensis iam pridem obtinuit, vt instrumentum publicum ac quarentigium statim, nulla prorsus citatione precedente executioni tradatur, vt testatur summus ille practicus Rode. Suar.in.d.l.post rem iudicatam.in.12.limi.legis regni col 1. Qua in re illud notandum esse censeo non omnibus instrumentis executionem hanc competere, sed illis tantum quæ clausulam quarentigiam habuerint, atque ita in exercitatione forensi receptum est. Teste domino episcopo Segou.lib.2. Vari.resolu.c. 11.nu.3 quem sequitur insignis, & magni nominis Padilla in l.quanuis.nu.20.C. de iuris & facti igno. Quæ praxis ex eo nō vulgariter fulcitur, quòd cap.vlti.in legibus quæ in Madritijs conuentionibus celebratę fuerunt, anno quingentesimo trigesimo quarto obiter fit mentio regiæ legis de exequendis contractibus quarētigijs, igitur cū regia illa constitutio loquens de exequendis instrumentis, ad contractus quarentigios referatur, manifeste constat locum non fore regiæ legi in illis contractibus qui quarentigij non sunt. Quod verius esse censeo tametsi Gome in.d.l 64. Tauri nume.4. in distincte existimat quibuscunq; publicis instrumentis hanc executionem cōpetere, atque ita in practica receptum esse.

REGVLA. CCCXLV.

Instrumentorum amissio, iuramēto probatur tenet Bar.in.l. emancipatione. C. de fide inst. pe.l.fi.eod. Flor. in.l.in lege Aquil.si deletū.ff. ad leg. Aqui. not.etiam hoc Hippol.qui ad hoc plures refert in rep. rub. C. de prob.col.28.

Limita tripliciter, vt per eundem Hippo.vbi supra. Aduerte tamē quod Fel.in.c.licut in.6.col.de re iudi. facit regulam cōtrariam videlicet quod amissio instrumenti debet probari per probationes legitimas, sicut etiam amissio cuiuslibet alterius rei. pro qua allegat Bar. & omnes in. l. si quis ex argentarijs.§.fi.ff.de eden. quam limitat dupliciter.

Primo, vbi agitur de modico præiudicio.

Secundo, quando quis tenetur ad exhibendum officio iudicis tantum.

ANNOTATIO.

Adde Specul. titu.de inst.edi.§. postquam ver.vbi.vide glo.in.c.cum olim.in.1.in verbo, sine reprehensione.de priuilegijs. Alex.consi. 58.nume.6.vol.1. Guid.Papæ deci. 243. nu.1. Matth.de Afflict.Neapo.decis.330. nume.3. Bartho.Chass.in consuetu. Burg.in fine pag. 1521.nu.7.

REGVLA. CCCXLVI.

Instrumenta, si eodem die appareāt confecta, nec cōstat de prioritate, nec de posterioritate, dotis instrumētum præsumitur prius confectum. text. in arg. in. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. Bar. in.l.1.ff.solu.matri. Iaf.in.§. fuerat.col.13.nume.70. instit. de acti. & in.l.1.ff.solu.ma.in pri. & in.l.fin. C. de edi. diui Adr.tol.

Amplia quatuor modis, & limita tripliciter secundum Iaf.in.d.l.1. col. 1. cum seq.

ANNOTATIO.

Adde omnino And. Tiraquel. in tract. de priuil. piæ causæ priuilegio.126.

REGVLA. CCCXLVII.

Instrumenta cōfecta per notarium putatiuum, non legitimè creatum, nihil valent: tenet Specula. titu. de inst.

edi.

edi.§.Reſtat.ver.Quid ſi is.& Bar.in l.actuarios.C.de nume.& actuar.lib. 12.& in.l. Herennius.ff.de decuri. Et iſta eſt communis ſententia, licet aliqui diſſentiant.

Limita quinque modis, vt per Iaſ. in.l. Barbarius. ff. de offic. prẽto. in col.pen.in fine & per totam ſeq. quẽ vide prius col.8.&.9. vbi ipſam regulam principalem bene examinat, & tandem dicit eam communem ſententiam eſſe.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam iſtam Antoni.Corſet. in ſing.incip.Error communis.

REGVLA. CCCXLVIII.

Inſtrumenti falſitas in vna parte, vitiat totum inſtrumentũ probat glo. 1.in.c.ſi ſcripturas.9.diſt.tenet Inno. in.c.fraternitatis.de hære. & in.c. cũ in iure. ante fin.de offic.deleg.& Bar. in.l. Quintus.ff.de auro & arg.leg.

Amplia iſtam concluſionem etiam ſi falſitas eſſet in verbis narratiuis notarij, vt in appoſitione confinium loci, in quo eſt factum inſtrumentum, vel in alia narratione facta ab ipſo notario, non à partibus, in qua non aſſerit aliquid de viſo ſuo, nam tunc vitiatur totum inſtrumentũ. tenet Innoc.in.d.c.cum in iure.& Arch.in.c. ſi Papa.de priuileg.in. 6. quos refert eis aſſentiendo Fel.in.d.c. fraternitatis pen.col.in prin.

Limita primo, quando falſitas eſt præſumpta, quia tunc ſi eſſet in vno capitulo non vitiat reliqua firmat Iacob.Butri.& Bal.in.l.iubemus.per illum tex.de teſta.C.refert Felin.in.d. col.pen.ver.Fallit autem.ſcripſit hoc etiam Iaſ.qui latius in hoc allegat quã Feli.in.l.ſi ex falſis.col.fin.de tranſacti.C. qui firmat idem quaſi falſitate, vt puta ſi ſit raſura inſtrumẽti in vna parte.

Secundo fallit, quando eſt vitioſum in acceſſorio, quia tũc non vitiabitur principalis diſpoſitio inſtrumẽti, puta in fideiuſſore, vel in pœna. ſecundum Bal.in.l.2.C.de falſ.per illũ tex.& glo.ſequitur Feli.in.d.pen. colũna verſicu.ſecundo fallit.

Tertio fallit, quando falſitas eſt in parte non ſubſtantiali inſtrumenti: puta in demonſtratione alicuius rei, de cuius corpore aliter non conſtat, ita reſtringit Fel.in.d.pen.col. & Iaſ. in.d.l.ſi ex falſis.in penul.col.in fine ver.Limita.qui referũt doctores hoc tenentes.

Quarto fallit, niſi ſit falſitas commiſſa ſine vitio notarij, ſed ob falſam partis aſſertionem, quia tunc non vitiantur capitula ſeparata ab illa parte in qua ineſt falſitas: tenet Feli. vbi ſupra qui refert Bal. in.c. ad audientiam de reſcrip.& in.d.l.ex falſis.

Quinto fallit, niſi pars contra quã producitur tale inſtrumentum, acceptet ipſum in partibus non falſis, redarguendo ipſum ſolum in partibus falſis tenet Bal.in.l.2.C.de fal.Feli.in d.pen.col.ponit etiam Iaſ.in.d.l.ſi ex falſis in fine qui melius loquitur alios referendo,& rationem aſsignando.

ANNOTATIO.

Adde Bar.l.ſi ex falſis.C. de tranſacti. vbi moderni.Alex.conſi 43.nume.6.vol.4.Mari. Soci.conſi.40.nu.16.vol.2.Ioan.Igne.in.l.3. §.ſi quis tabulas.nu.92.ff.ad Syl. Sylueſt.in verbo,Falſarius.num.6.& vide glo.in.c.quid ergo.in verbo,falſum.23.q.5.quam doctrinam noſtrę regulæ communem eſſe teſtãtur eam ſequuti Rom.nu.36.Iaſ.num.9. Curti.ſenior nu.46.Rimil.col.2.poſt medium in.d.l.ſi ex falſis.Carol.Rui.conſ.63.nu.18.vol.1.Marian. d conſ.40.& conſ.132.nu.9.vol.3.Bellonus conſ.

conf.75.nu.10. Quæ cõmunis ſententia probari videtur in .c. quanto de his quæ fiunt a prælato ſine conſenſu cap. vbi probatur quod ſi notarius deſcribit aliquem teſtem in inſtrumento qui, re vera non interfuit, vniuerſum inſtrumentum ex hoc ſolo vitiari. Et vera ratio iſtius regulæ procedit ex eo, quod notarij fides indiuidua ſit, quæ ſi in vno capitulo inſtrumenti læſa ſit, vniuerſum inſtrumentum facile vacillat.

Primo vltra authorem, amplia dictam regulam, vt procedat in librorationum, nam ſi falſitas aliqua reperiatur in vno capitulo, cætera ſuſpecta ſunt vt egregie conſuluit Pariſi. conſi.23.nu.253.vol.1.

Secundo amplia vt procedat in teſte, qui ſi in parte vitioſus reperitur in totum repellendus eſt, quoniam fides in teſte indiuidua eſſe cenſetur .c. pura & ſimplex.3.q.9.& cum falſum ſemel dixerit, veluti periurus, iam teſtimonium dicere prohibetur. c. teſtimonium. de teſt ib. quam doctrinam in ſpecie ſcripſit Bal.in.d.l.ex falſis.col.fi.quem ibi ſequuntur Roma.nu.36.Alex.nu 12.Rimi col. fi. Altia. nu.31.vbi Alber.nu.5. communẽ opinionem eſſe teſtatur idemque ibi profitetur inſignis Padilla nu.21. & eandem opinionem communem eſſe fatentur Alex.conſi.133.nu.7.vol.1. Mari.Soci.conſi.132.nu.10.vol. 3. Hippol.in ſing.76.Mari.Soci.conſi.41.nu 13.vol. 2. quã ſequutus fuit conſulendo Cornel.conſi.149. nu.18.vol.2.& vide bonam glo.in.c.in noſtra. in verbo, ſed aduerſa.ibi idem videtur ſi teſtis. de teſt ib.& ibi eam ſequitur Abb.num.2.& cæteri poſt eum Oldr.conſ.37. incip. Ad primam quæſtionem.nu.1.dicens hoc eſſe indiſtincte verum ſiue articuli, ſuper quibus teſtis deponit ſint ſeparati, ſiue cohærentes, cùm dictum teſtis vnicum ſit ſuper vnico iuramento fundatum. Et vide Bal.in l.fin.nu.18.C. de edit.diui.Adri.tolle.vbi id intelligit, ſiue falſum procedat vera ſiue ſubſequatur, quoniam in teſte nihil ſit prius neque poſterius. Et nõ ſolum hoc recipiendum eſt in eadem cauſa, ſed etiam in diuerſa. nam teſtis falſus contra Petrum cenſetur etiam falſus contra Ioannẽ. ita dicit Bal.in l.2.nume.5.C. de fideicommiſſ.liberta.

Primam huius regulę limitationem tenuit Bal.in.l.2.nu.5.C.de fideicommiſſ lib. quam communem eſſe opinionem alios allegans fatetur Padilla in.d.l.ſi ex falſis.nu.7.

Secundam limitationem tenet Bal. in.d.l. ſi ex falſis.col.pen. vbi Alex.nume.10. Alcia. nu.27.pro qua facit tex.in.l.filius.§. ſequens quæſtio.ff.de falſis.

Tertiam limitationem ſcripſit Inno.ille parens iuris canonici in.c.fraternitatis. de hæreticis.vbi doct.Bal.& Paul.in.d.l.ex falſis.nu.13, vbi Remi.col.fin.Iacob.nu.20.Iaſ.nu.9.Alci. nu.28. Cur.Seni.nu.53.Bellam.deci.47.Iaſ. in.l.1.§. hoc autem.nu 9.de noui operi.nun. Alex.conſ.88.vol.5.Petrus Auenda. de exequend.mand.reg.1.par.c.27.nume.19.quam aſſeuerat eſſe communem ſentẽtiam inſignis Padilla in.d.l.ex falſis. Et huius limitationis exemplum ſcribit ibi Paul. in tabellione dicente aliquid fuiſſe factum in domo Titij, cũ domus illa non ſit Titij, ſed Sempronij: nam & teſtis in hac ſpecie falſi pœna non punitur authore Butricario.in.l. Lucius. ff. de his qui not. infami.Hippoly. ſing. 79.Author noſter ſequitur infra reg. 745.

Quartam limitationem libenter ſequor & ſummam habet æquitatem.

Quintam limitationem ſequitur Bal. Sali. Alexand. & omnes in. d.l.ex falſis. Sed hæc partis confeſsio vel acceptatio ſibi præiudicabit in priuato ſuo commodo, non vero in publico, vt notarius excuſetur à falſitate.

Sexto vltra authorem limita quando inſtrumenti falſitas cõuincitur in præſentia notarij ſecus ſi in abſentia propter eius contumaciam ita que ſi de falſo non conſtat aliter quam vigore condẽnationis latæ in contumaciam ſola pars falſa damnabitur cætera non vt dixi in reg.683.

REGVLA. CCCXLIX.

Inſtrumenta nec alij actus non poſſunt recipi, niſi parte preſente, vel ſaltim citata. vt eſt tex. quem dicunt ibi ſing. Ang. Alex. in.l. properandum.§. ſin autem reus. C. de iud.

Limita tripliciter. vt per Iaſ. ibi in 2. col.

ANNOTATIO.

Adde Rotam deciſ.1.ti.de fide inſtrumentorum nu.3. ſecundum nouiſsimam impreſſionem.

REGVLA. CCCL.

Inter

Interesse lucri cessantis potest peti etiam de iure canonico, tenet Abb. in c. cum venerabilis. de excep. & idem in consil. 65. & alij plures doctores relati per Felin. in d. c. cum venerabilis. 2 col.

Limita & intellige dictam conclusionem quadrupliciter, vt per Fel. vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde tenui in c. dilecti de foro comp. & in c. peruenit de fide instr. & not. glo. in c. conquestus de viur. & glo. in l. curauit. C. de act. emp. & in l. 1. C. de summa trin. & in l. 2. vbi Bar. C. de vsur. Innoc. in c. sacro. de sentent. excommuni. Ioan. Calde. in c. nauiganti. q. 3. de vsur. Bar. in l. 1. col. 9. ver. Venio ad vltimam partem. C. de sent. quę pro eo quod inter. Petr. de Anch. Abb. & Ioan. de Ana. in d. c. conquestus. Abb. in c. P. & G. in prin. de offi. deleg. Fran. Areti. consi. 9. col. vlti. Cer. cons. 113. col. vlti. lib. 3. Rapha. Co. cons. 139. col. vlt. Alex. cons. 122. col. 1. & vlti. lib. 2. & cons. 141. col. 1. lib. 5. Guid. Pap. in tract. de cõtract. illic. col. 2. ver. Circa hoc quęro, Deci. cons. 116. & 119. tradit late Petrus Rebuff. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod int. Aymon cons. 189. col. vlt. D. Episcop. Segou. lib. 3. vari. resol. c. 4. nu. 1. And. Tiraq. li. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. nu. 71. & ex Theologis tradiderunt late Thom. 2 2. q. 62. arti. 4. & quæsti. 78. arti. 2. vbi Caiet. Gabr. in 4. sent. dist. 15. q. 11. arti. 1. not. 2. & Ioan. Maior. q. 30. Cardi. a Turre Crem. in c. si res. 14. q. 6. Syluest. in verbo, Vsura. 1. q. 19. Conrad. in tract. de contract. q. 30. quorũ sententia cõmunis est vt fatetur Deci. in c. cum venerabilis. nu. 14. de excepti. quam tamen ipse impugnat post Socin. in l. de diuisione. col. vlti. ver. Aliquando & sexto ff. solu. matri.

REGVLA. CCCLI.

Interlocutoria à qua bis fuit appellatum, & semper fuit confirmata, non potest amplius per iudicem reuocari glo. est sing. in Clem. fin. de appel. in verbo, super eam. quam sequitur & cõmendat Abb. in cap. cum cessante. de appel. in col. 4. cõmendat etiam Feli. vbi plura pro ea refert in. c. qualiter. el. 1. col. 6. de accus.

Limita dupliciter, vt per Feli. ibi.

ANNOTATIO.

Adde Ioan. de Arnono in sing. 37. quo loco asseuerat millies doctrinam nostræ regulæ in practica vidisse.

REGVLA. CCCLII.

Interlocutoria quælibet, potest reuocari per iudicẽ, siue concernat processum, siue emergentem, siue incidẽtem quæstionem, vt in l. quod iussit. ff. de re iudica. & in c. cum cessante. de appel. & in l. diẽ proferre. in prin. ff. de arbi. facit. c. fin. de appel. in. 6. not. Innoc. in c. quoad consultationẽ. de re iud.

Limita duodecim modis, vt p Feli. in c. qualiter el. 1. de accus. in col. 4. cum. 9. seq. vbi aliquibus ex limitationib⁹, alias sublimitationes interserit. Vide Alex. qui ante ipsum illas, 12. limitationes scripsit, licet non tam copiosè examinauit ind. l. quod iussit. 5. col. cum trib. seq. ff. de re iudi. vbi Ripa ampliat istam regulã vndecim modis, & limitat alijs terdecim. Et vide Præpos. in. d. c. cum cessante. col. 12. cum tribus seq. de appel. vbi eam restringit. 22. modis. vbi vide Phil. col. 3. cũ. 6. seq. q eã. 14. modis restringit.

REGVLA CCCLIII.

Interlocutoria habens vim diffinitiuæ reuocari non potest, quoniam de illa prout de diffinitiua iudicatur. not. Bar. in l. quod iussit. ff. de re iudi. refert eum Mari. in c. qualiter el. 1. de accusa. tenet Abb. in c. cum cessante. 2. col. in fine de appel. & in. c. peruenit el. 2. eod. ti. & voluit glo. in c. fin.

in

in verbo. inanes.de electi.in.6. quam commendauit Feli. in. c. cauſam matrimonij de officio deleg.in princip.

Limita duobus modis, vt per Feli. in.d.c. qualiter. col.4. in fine & ſeq. de accuſa. per quem vide in.d.col.4. quæ ſit interlocutoria habens vim diffinitiuę: de quo etiam per Bal.in.l.pe. 1.col.C.aduer.rem iudi. & per Barb. in add.ad Bal.in l.minoribus . C. de his quib.vt indi.in addi.incipi. debet intelligi lite.B.& in addi.ſeq. Et vide quod notaui in meis doctrinis magiſtralibus in doct.incip. Interlocutoria.& vide Phili.in.d.c.cũ ceſſante de appella.in col.3.melius per eũdem in col.antep.vſque ad finem vbi deſcribit vltra.26. ſententias interlocutorias, quarum aliquę habent vim diffinitiuæ.

ANNOTATIO.

Adde pro noſtrę regulæ interpretatione & vt perfecte intelligas, quando interlocutoria ſententia vim habeat diffinitiuę ſtatue conclusiones ſequentes.

Prima igitur ſit concluſio, omnis interlocutoria quæ poſt ſe aliam ſententiam non ſperat, dicitur habere vim diffinitiuę: quia videtur facere effectum quẽ facit diffinitiua: quia illi inſtantiæ finem imponit Bar. in. l. quod iuſsit. ff. de re iudi. Anto. de Butrio Abb. Imo. & doctores in.c.cum ceſſante.de appel. Et exẽplum conſtitui poteſt in ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij. Item in illa per quam pronunciatur appellationem eſſe deſertam. Item in ſententia multæ. Item in ſecũdo decreto & in alijs ſimilibus.

Secunda concluſio, omnis interlocutoria, quæ diffinit articulum ſubſtantialem cauſæ principalis dicitur habere vim diffinitiuæ glo. in Clem. 1. de cauſa poſſeſſi. & propriet. & in Clem. fin. in gloſſ. 1. de appellat. Bal in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ. cui ſententiæ ſuffragatur tex. in l. intra viile. ff. de mino. Vt quando minor poſtulat beneficium reſtitutionis in integrum, & iudex pronuntiat ſuper ea re: ſcilicet eum non eſſe minorem nam hoc caſu tacite eum excludit à reſtitutione petita: & ea ratione dicitur articulus ſubſtãtialis cauſæ. ita docte ſcribit Alex. in rub. ff. de re iudi. in fin. col. ſequitur egregius Maranta in aduocatorũ Speculo. 6. par. actu. 1 §. Expedita nu. 44. pag. 518. Item poteſt concluſio hæc exemplificari quando exceptio aliqua peremptoria repellitur. & in. d. Clem. fina.

Tertia concluſio. Omnis interlocutoria per quam finitur iudicis officium, dicitur habere vim diffinitiuæ. ita ſcribit Bar. in. d. l. quod iuſ ſit. Et huius concluſionis exemplum eſt quãdo iudex pronuntiat ſe incompetẽtem. vt bene colligitur ex his quæ ſcribit Alex. in. d. l. quod iuſsit. col. 7.

Quarta & vltima concluſio. Omnis interlocutoria continens aliquid dari vel fieri, habet vim diffinitiuæ. vt tradit Bar. in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. in prin. ff. de offi. proconſul. Et circa ſuperiora illud notandum eſſe cenſeo, quod ſicut reperitur interlocutoria habens vim diffinitiuę: ita etiam reperitur diffinitiua habens vim interlocutoriæ cuius exemplum eſt quando iudex pronuntiat male appellatum fuiſſe. vt tradit Bal. in. l. cum & minores. col. 2. C. ſi aduerſus rem iudi.

REGVLA. CCC LIIII.

Interlocutoria per quã iuriſdictio iudicis eſt finita, vt ſi pronunciat ſe iudicem incompetentem, vel non eſſe procedendum ad vlteriora, vel ſi abſoluat conuentum ab obſeruatione iudicij nõ poteſt reuocari per eum tex. eſt not. in. c. ſignificantibus. de offic. deleg. bonus tex. in. c. iudex ab Apoſtolica. §. 1. in fin. eo. ti. in. 6. not. Abb. Imo. Rom. Mari. Bal. Anton. in locis relatis per Feli. in. c. qualiter. el. 1. col. 4. in fine. ver. Fallit ſecũdo. de accuſ.

Limita quatuor modis, vt per Fel. ibi quas limitationes tranſcripſit Ripa etſi aliquid addens in. l. quod iuſ ſit. col. 4. de re iud. ff. quas in ſumma tranſcribere libet.

Primo fallit, in iudice ordinario: pro quo allegat Fel. & Rip. Bal. Paul. & Iaſ. hoc tenentes & poſtea referunt doctores alios contrarium firmantes.

Secun

Secundo fallit, vbi à tali interlocutoria esset appellatum, quia tunc poterit reuocari secundum Feli. & Ripã vbi supra: quam tamen limitationem dicit idem Ripa sibi nó videri tutam, ex ratione de qua per eum, ex quo relinquit cogitandum.

Tertio fallit, quando iudex declarauit se incompetentem, super aliquo dependenti à principali negotio, seu incidenti tantum.

Quarto fallit, quando iudex qui pronuntiauit, se non iudicem, non est datus principaliter, sed accessoriè, vt executor: quia potest talem sententiã reuocare. Ita nota. singu. Domi. post Paul. in c. si super. de offic deleg. in. 6 quos refert Felin. qui dicit hanc limitationem notandam, quia multa ex ea elici possunt: quam simpliciter sequitur Ripa referendo Feli.

REGVLA. CCCLV.

Interpellatio extraiudicialis constituit debitorem in mora. vt not. glo. in l. qui Romę. §. cohęredes. in verbo, testato. ff. de verb. obliga. & in l. fideiussor. obligari § fi. ff. de fideiusso. in verbo, reus. & in l. amplius non peti. ff. rem ratam hab. per quas. ita tenet Bar. in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. idem in l. qui vxori. in prin. ff. de adulte. alia glo. in l. vinum. si cert. pet. ff. in glo. mag. in prin. tex. pro eis in l. denuntiasse in princi. ff. de adul. quem ad hoc dicit menti tenendum Bar. in d. l. qui vxori. in princip. cum qua legit simul eandem. l. denuntiasse. Et hoc tenet Segur. vbi plures gloss. allegat in rep. l. si ex legali causa. in fol. 14. col. 2. ff. de verb. oblig.

Amplia etiam si talis interpellatio fieret per verba enuntiatiua: vt si creditor debitori dicat. Egeo pecunia quam mihi debes, vel similibus verbis vtatur not. Bar. in. l. & hoc modo. ff. de lega. 1. Ang. & Flori. in. l. mora. ff. de vtur. qui adducunt tex. in. l. Paulus §. 1. ff. de bon. lib. & not. alij quos refert. Ias. in. d. l. vinum. in col. 8. si cert. pe. & in. d. l. si ex legati causa. in col. 6 ff. de verb. oblig. & ista est magis cõmunis sententia secundum eum, licet alij quos ipse enumerat ab ea dissentiant. & tenet etiam Segu. in. d. fo. 14. & in. d. col. 4.

Amplia secundo quod etiam sola notificatio debiti extraiudicialis cõstituit in mora. ita Bal. in. d. l. vinum. quod ibi sequitur Ias. d. col. 8. dicens. hoc raro reperiri alibi & not. etiam Segur. in. d. col. 4. in fine.

Amplia tertio, vt sufficiat etiã vna interpellatio ad hoc tex. est iũcta glo. in l. mora. ff. de vsur. & not. Bar. in. l. Titia. §. vsuris per illum tex. ff. de leg. 2. not. Dida. de Segu. in alleg. l. si ex legati. fo. 15. col. 1. vbi describit tres casus vbi hoc fallit, & sic non sufficit vnica interpellatio. *v. Covar. lib. 1 miscel. c. 6.*

Limita istam regulam quadrupliciter, vt per eundem Ias. in. d. l. vinum in. d. col. 8. & in. d. l. si ex legati. d. col. 6. cum duab. seq quarum limitationũ duæ vltimæ differũt, à tribus descriptis per Soc. huic regulæ in suis fallentijs in reg. 191. incip. interpellatio. & duæ primæ quę cum alijs cõcordant latius & melius à Ias. examinantur, quã sint ab ipso Soc. descriptæ, qui huic regulæ nullam ampliationẽ assignauit: & supra scriptas quatuor limitationes rescripsit etiam idem Didacus de Segura in alleg. l. ex legati. fol. 15. col. 4. in duabus col. sequen.

ANNOTATIO.

Adde circa istã regulã Roma. in sing. 429. incip.

incip. Ego. dixi. Anto. Rub. in. l. non solum. §. morte nu. 781. ff de noui. operi. nunt. Corne. consi. 101. nu. 19. vol. 1.

Hanc regulam, vltra authorem nostrũ scripsit Fran. Purpuratus in. l. vinum. num. 31. ff. si cert. peta. vbi ampliat eam quatuor modis, & sex modis limitat. Eandem regulam cõstituit Mar. Anto. Bauer. in tract. de mora. vbi prima parte à nume. 1. vsq; ad final. ampliat eam decem modis &. 2. par. à numero. 1. vsq; ad fin. limitat eam tredecim modis. Et circa. d. regulam vide doctores quos remissiue allegat And. Tiraq. lib. 2. de retract. conuenti. §. 4. gloss. 6. nume. 39.

REGVLA. CCCLVI.

Interpellatio ad hoc vt constituat debitorẽ in mora debet fieri congruo tempore. tex. est in. l. cum filius. §. fin. ff. de ver. obligati. Et dicas idem si cõgruo loco non fiat. vt in. l. si soluturus ff. de solut. & nota. gloss. in. l. mora. in princ. ff. de vsur. cum de tempore ad locum argumentum teneat, vt sunt iura in. l. si. ff. de tritic. & in. l. vinum. ff. si cert. pe. in. c. 1. de plus peti.

Limita dpuliciter, vt per Ias. in. d. §. fin. col. 1.

REGVLA. CCCLVII.

Irregularitas contrahitur, quando quis ministrat in ordine, quem non habet & in. c. 1. &. 2. de cleri. non ord. minist.

Limita sex modis, vt per Siluest. in sua summa in verbo, irregularitas ver. duodecimo quæritur.

ANNOTATIO

Adde Lapum allega. 29. & authorem nostrum in practi. crimi. cano. c. 12. nu. 4.

REGVLA. CCCLVIII.

Iudex potest parcere reo cõtumaci spectando eum etiam actore inuito & contra dicente tex. in. c. cõsuluit. de offi. deleg. quod dicit ibi Fel. sing. not.

Limita tripliciter, vt per Felin. ibi col. 1.

ANNOTATIO.

Adde Deci. post alios interpretes in. c. consuluit. nu. 3. de offic. deleg. & And. Tiraq. in lib. 1. de retractu. §. 8. glo. 2. nu. 10.

REGVLA. CCCLIX.

Iudex si ex pluribus pœnis vnam eligit, non potest aliam imponere. vt in. l. Prętor edixit. §. fin. ff. de iniur. & not. Bar. per illam. l. in. l. 1. in fine. ff. vi. bon. rapto. idem in. l. senatus. in. 2. col. ff. de accusa. vide Bal. in. d. l. data opera. col. 2. C. de accusa.

Limita tripliciter, vt per Feli. in. c. quod. olim. de iudæ. in fin.

REGVLA. CCCLX.

Iudex non potest reuocare diffinitiuam sententiam tex. est in. l. Paulus. & in. l. iudex. ff. de re iudi. faciunt iura not. quę in criminalibus loquuntur in. l. moris. §. sed enim & in. l. Diui fratres. ff. de pœn. quę cõmendauit Abb. in. c. suborta. de re iudi. in col. pen. Habes Hispane tex. in. l. 2. ti. 22. par. 3.

Limita. 12. modis, vt per Prępo. in c. cum cessante. de appel. in. col. 17. & seq. Quam etiam regulam octo modis restringit Feli. in. c. qualiter. el. 1. col. 13. cũ octo. seq. de accusa. vbi plenissime hoc examinauit. Et vide Ripam in. l. quod iussit. in col. 10. cum duabus seq. ff. de re iudi. vbi ampliat istam regulam octo modis & limitat alijs nouem. *octo modis limitat regulam in iudex*

ANNOTATIO.

Adde circa regulam istam nostrum Anto. Gomez. in delictorum tract. c. 13. vbi à nume.

65. vsq; ad fin. duodecim casus scribit in quib⁹ sententia diffinitiua vel reuocatur vel saltim suspenditur. & vide Rebuff. super regias leges Gallię in tract. de sententi. arti. 3. glo. vni. 3. tomo. Eandem regulam cum 12. limit. scripsit idem Rebuff. in. l. quòd iussit. ff. de re iudi. notabilis?

REGVLA. CCCLXI.

Iudex delegatus non potest cognoscere de nullitate suæ sententię. vt in l. si vt proponis, la. 1. C. quom. & quãdo iud.

Amplia tripliciter & limita quinque modis, vt per Ripam in. l. quod iussit. ff. de re iudi. in col. 3. & sequẽti.

REGVLA. CCCLXII.

Iudex secularis non potest cognoscere de causa spirituali, nec principaliter, nec incidenter vt probat tex. in c. tuam. de ordine cogni. & in. c. lator. qui filij sint legitimi & in. c. si iudex laicus. de sent. excõm. in. 6.

Limita nouem modis, vt per Alex. in. l. Titia. in. 4. & 5. col. ff. solu. matr. Vide Ias. qui addit alias quatuor limitationes in. l. quoties. 2. col. ad fin. & in seq. C. de iudi.

ANNOTATIO

Adde authorem nostrum infra in reg. 459. incip. Matrimonij causa. vbi vide quæ ipse ibi adnotaui post eum.

REGVLA. CCCLXIII.

Iudex propter sententiam nullam non facit litem suam. not. Ang. in. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris quod dicit sing. Fel. in. c. ex tenore. de rescriptis. in col. 4. qui allegat glo. in l. fi. ff. de var. & extra. cogni. vbi Bar. Adde vltra cum Bar. in suis quæstio. in. quæstio. 9. incip. iudex per imperitiam. col. 1. ver. Decimo probatur. vbi sequitur prædictam gloss. Ex quo colliges rationem huius regulæ, quæ est videlicet, quia talis sententia non lędit partem. & vide Imol. in cap. fin. de emptio. & vendi. qui dicit non alibi illam glos. eam etiam commendat ad hoc Iasso. in. l. 4. §. condemnatum. in princi. ff. de re iud. vbi etiam refert Ang. vbi supra not. etiã Paul. in. l. si filiũ familias. ff. de re iudi. allegando. d. gloss. Et vide tu Hispane. l. 11. ti. 22. par. 3. quæ ponit plures casus in quibus sententia est nulla.

Limita primo, nisi fuisset eam executus secundum Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. quæstio. 21. ff. de offici. procon. quem sequitur Feli. vbi supra & tenet etiam Paul. in. d. l. si filium famil. Adde vltra eos Ang. in. l. 1. §. hęc verba. supra alleg. vbi etiã per Alex. in prin. qui refert Fulgo. hoc sublimitantem. Nisi executio posset retractari per grauatum, quia tunc debet eam retractare grauatus, & sic quod limitatio procedat, quando executio est irretractabilis: quam sublimitationem nota. Et credo eam intelligendam, siue sit irretractabilis, ex natura ipsius actus, quia fuit executus, siue quia lapsum est tempus quo pars debebat illam retractare, quia ista negligentia non potest opponi parti per iudicem, ex his quæ infra in. 4. limitatione describam. Ex hoc habes vnum effectum, quod actus sit irretractabilis: conforma eo quod nota. Philipp. in cap. vt debit⁹. 6. col. de appella. vbi tenet. Quod à futuro grauamine potest appellari, quando grauamen est irreparabile, vt puta à tortura, vel captura & vide Felin. in cap. si quando de offic. delega. in col. pen. vbi ponit. 5. effectus irreparabiles cõtra regulas iuris cõmunis. Vide etiam

etiam alium per Alex. post Paul. ibi in.l.4.§.condemnatum.col.fi. ver. Et per istam.ff. de re iudi. videlicet quod quando per executionem sentētiæ infertur infamia, vel prēiudicium irretractabile tūc allegatio nullitatis, vel restitutionis in integrum impedit executionem. Vide alium per Iaf. in.l.vt vim.in col.4.circa fin.ff. de iusti. & iu".

Secundo declara, quod regula procedit quo ad totale interesse, sed quo ad expensas propter hoc factas, & damna, bene facit litem suam. ita Bar. in solutione quæstionis.9. supra allegatæ in.1.col.in fin.& tenent Aug.& Alex. vbi supra tenet etiam Paul.in d.loco.

Tertio limita, nisi nullitas sententiæ prouenerit ex eo, quia iudex pretio corruptus tulit eam: quia tunc licet sententia sit ipso iure nulla. vt in l. venales. C. quando prouo. non est necesse & in.l.seruo iniusto.§.cum Prætor.ff.ad Treb.vbi docto.& not.glo. in.c.cum non ab homine.in glos.fin. de vita & hone.cleri.& in.l.si per imprudentiam.in verbo, authore. ff. de euict. Tamen tenetur parti in totum. vt est tex.& ibi Bar.in.l.fin C.de pœna iudi in.d.q 9 col.ant p. in fine.m ver. Decim probatur. & vide Alex. in.d.§.hæc verba.1.col. vbi idem tenet per alleg.l. & refert plures. idem firmantes.licet de Bar.vbi supra non meminerit. Et aduerte quod Alex.vbi supra, generalius tradit hanc limitationem, dicendo quod quando sentētia nulla non fuit dolo iudicis lata, tunc iudex tenetur ad integram litis æstimationem: licet vt videre poteris, illa lex finalis solum loquitur, quando iudex precibus, vel pretio tulit sententiam.

Quarto crederem (saluo meliori iudicio) supradictam regulam restringendam, nisi esset lapsum tempus ad agēdum de nullitate (quod ex iure nostri regni Hispaniæ est tempus sexaginta dierum. vt in.l.2 titul 15.lib.3. ordi.) vel si elapsi sunt 30.anni, infra quos posset agi de nullitate. iuxta not. per Bar. in.l.li expressim. ff. de appel. quem refert Lāf. in rep.cap. quoniam cōtra.fo.3.col.2. de prob. & per Card. in Clem.1. de re iudi. in.14. & per Philip. in.c. dilecto. de appel. in col.5.& per Iaf. in.l.1.col.fi. ff. de ferijs, quia tunc tum sententia lędat partem & ratio huius regulæ cessat, merito cessabit eius dispositio. Nec arbitror quod poterit iudex imputare parti quare de nullitate non egerit, sicut nec imputare potest, quod ab eius sententia iniusta non appellauit, vt voluit glo. in.l.1. in verbo, noui iuris. ff. quod quisque iuris. & probat glo. in.d. l.si per imprudentiam ff de euicti.& not. Bar. in solutione.d.q.in prin.& tenet Inno. in.c.sacro. de sentē excomuni. quem refert & sequitur Bal. qui hoc comprobat rationibus optimis in.c.1. §.iudices. de pace iuram. fir. in col. pen. ver. Quæro nūqd. & tenet Ang. in.l.4.§.fin.ff. de damno in facto vbi vide Alex. qui plures refert & tandem concludit quod ita est communis conclusio. Imo fortius opinor quod etiamsi pars cœperit agere de nullitate, & causa nullitatis sit deserta, ad huc possit contra iudicem: quod infero ex illa magis communi conclusione relata per Alex. vbi supra. quæ habet. Quod si appellatio sit deserta, pars agit contra iudicem qui iniq; pronuntiauit, dum tamen lapsu temporis, & non renuntiatione ipsius appellantis & sic appellatio deserta: & sic eodem modo intelligo de desertione nullitatis, vt iudex tenetur.

Quinto generalius reſtringe, niſi aduerſarij interſerit, quia tunc benefacit litem ſuam. Ita tenet Bal. in. l. ſi vt proponis. la. 1. in fine. C. quomodo & quand. iudex. & conſonat illud quod firmat idem Bal. in allega. §. iudices. in col. 1. ver. Quęro nunquid. vbi tenet. Quod in caſu noſtræ regulæ iudex facit litem ſuam, in eo quod partem damnificat. Facit etiam quod voluit idem in. l. pen. C. de pact. prope fin. vbi tenet quod quando ſententia nulla generat pręiudicium parti, iudex facit litem ſuam.

ANNOTATIO.

Adde late Paridem de Puteo in tract. findi catus. § An ſententia. & §. precedenti in fine Sebaſti. Banti. in tract. de nullitatib⁹. ti. Quoties & intra quod tempus. nume. 65. Thom. Grama. conſi. crimi. 54. nu. 9.

REGVLA. CCCLXIIII.

Iudex vel is cui fit commiſsio, non ſe excuſat prętextu infamię, vel alterius inhabilitatis. tex. eſt in. l. nec infames. C. de decuri. lib. 10. per quam ita tenet Specu. in tit. delegato. § Excipitur. ver. Sed nunquid. tenet Inno. & communiter alij docto. in. c. ſciſcitatus de reſcrip.

Limita ſex modis, vt per Felin. ibi col. 4.

REGVLA. CCCLXV.

Iudex ad quem, non inhibet iudici à quo, ſed prius debet pręmitere cognitionem vtrum appellatio ſit recipięda: & ſi eam recipit veluti emiſſam exprobabili cauſa poterit poſtea inhibere iudici à quo ne procedat. text. in c. Romana. §. quod ſi obijciatur. de appel. lib. 6. iuncto Inno. in. c. dilect⁹. lo. 2. de reſcrip. Iſtud dictum ſequitur Cõpoſtella. & cõmuniter alij ibi. Bal. in add. ad Specu. tit. de appel. ver. Per appellationem ab interlocutoria. idẽ tenẽt dñi de Rota in deciſi. 412. in nouis incip. Item ſi appelletur. titul. de appel. & eod. ti. decii. 6. in antiq.

Limita quadrupliciter, vt per Feli. in. d. c. dilectus. lo. 2. col. 9.

ANNOTATIO.

Adde concilium Tridentinum ſeſsione. 22. C. 7. quo loco ſancitum ſtat inhibitionibus poſt appellationem faciendis ad vnguem ſeruandam eſſe Pontificiam conſtitutionem. c. Romana. § ſi obijciatur. de appellat. on. lib. 6. aliter inhibitio eſt ipſo iure nulla.

REGVLA. CCCLXVI.

Iudex debet pronuntiare ſententiã ſecundum partium conuentionem & cõcordiam tex. eſt in. l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. facit. l. 1 §. poſt operis. ff. de oper. noui nunti. Exempla ad hanc regulam ponit Vlda. Zazi. in. d. l. ſi conuenerit. col. 1. & in. 2. col. dicit per eam limitari tex. in. l. iudicium. ff. cõmuni. diui. item tex. in. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſi. item text. in. l. rem non nouam. C. de iudi.

Limita hanc concluſionẽ quinquemodis notabilibus, vt per Iaſ. in. d. l. ſi conuenerit. Et addẽ ſextam limitationem per Vlda. Zazi. vbi ſupra.

ANNOTATIO.

Adde text. in. l. ſi quos. C. de decuri. lib. 10. & facit tex. in. c. vlti. de tranſacti. & vide quæ ſcribit Bar. in. l. ſi expreſsim. ff. de appel.

REGVLA. CCCLXVII.

Iudex poteſt ſupplere in acceſſorijs, poſtquã tulit ſententiã: debet tamen illud facere eodẽ die. l. Paulus reſpõdit reſcindere. ff. de re iudi. facit. l.

iudex

iudex postea quam.cod.ti.

Amplia hanc regulã in prima parte,scilicet quod iudex potest supplere in accessorijs duob⁹ modis,vt per Vldar.Zazi.in.d.l.Paulus. 1.col.

Limita tripliciter, vt per eum vbi supra.2.col.

REGVLA. CCCLXVIII.

Iudex alterius territorij, nõ potest mittere executioni sententiam, ab alio iudice latã,nisi ad literas & requisitionem iudicis qui eam tulit text.est quem ibi not.Ang.in.l.properãdum. §.sin autem reus . C . de iud. in.1. col. quem dicit ibi Paul . alibi in corpore iuris non reperiri meliorem . Et vide tu Hispane.l.1.ti.27.par.3.

Limita duobus modis notabilibus, vt per Ias.ibi in.1.col.& vide. Alexã. quem ipse Ias. non refert in. l. à diuo Pio.§.sententiam.in col.5.ff.de re iudi.vbi descripsit dictas duas limitationes, & aliam tertiam,& in materia bene loquitur. *limita inuidicio alterius regni &c Guid. Pap. singul. 935 vbig nonreneuo nisi de verbo in verbum*

REGVLA. CCCLXIX.

Iudex etiam delegatus, cognoscit an sua sit iurisdictio.probat text.in.l. 2.ff.si quis in ius voca.non ierit & in l.præscriptione.C.si cõtra ius vel vti. pub.& in.8.c.super literis.derescrip.

Amplia istam regulam tribus modis,& limita alijs.14.vt per Feli. in.d. c.super literis.in col.12.cum alijs.12. col.sequentibus.

REGVLA. CCCLXX.

Iudex qñ procedit super delicto ex præsumptione,debet multum temperare sententiam suam, & maxime ne cõdemnet,nisi raro & modice ad pœnam,nec pecuniariam, nec corporalẽ,Verba sunt aurea Innoc.in. c. quia verisimile. de præsumpti. quem commendat.Abb.in.c.auditis.in col.pen. de præscrip.Anto.& idem Abb.in.c. quanto.de præsumpti.& celebrãt hãc doctrinã Inno. Specul. Oldral. Petr. de Ancha.Bal.& Cẽpol.& Fel.in pluribus & varijs locis relatis satis diffuse per Hipp.in repet.rub.C.de proba. in col.50.quos etiam fere ad literam retulit idem Hippo. in.l. repeti. ff. de quæstio. in col.6 . in fine & sequenti quæ loca referre nolui breuitatis affectu.Sat sit authorum tibi referre nomina, vt noueris qui fuerint tantę decisionis celebratores, vltra quos vide Ias.in.l. vt vim.3.col.ff.de iust. & iure.Alex.in.l.1.in col.9.ff.si cer.pe. & ibi Ias.in.5.col. in fine qui allegant glo.in.c.inter solicitudines de purga. cano,in glo.fin.Licet Ias.in loco proxime relato, corrupte eam alleget. Commendat etiam Thom. Ferra.in caut.vltra Cẽpol.caut.5.in col.2.

Amplia istam regulam, verbis Paul. de Castro notandis in consil. 197.incipi. visa inquisitione vbi voluit quod ad condemnandum quem ad pœnam ordinariam delicti, non sufficiunt argumenta vel indicia quãtuncunque vrgentissima, etiam si sint talia, quæ mentem iudicis adeo coarctarent, vt aliud credere non possit: & ibi scribit plura exempla, quod refert Hippol.in.d. rep.col.50.

Limita & intellige prædictam cõclusionem quando iudex procedit ex hominis præsumptione, secus si ex præsumptione iuris. Ita limitat Abb.in.c.accedens. col.2. de accusa. in ver.Nec obstat. Dat rationẽ, quia illa non ita fallit, sicut præsumptio hominis. Confirma hanc conclusionem. 12. differentijs, quas cumulat

Fel.inter ea quæ ſunt hominis, & ea quæ ſunt iuris.in.c.paſtoralis.§.fi. pe. col.de offic.delega.

ANNOTATIO.

Limita iſtam concluſionem octo modis, quibus multum declaratur iſta regula, vt per Mar. Anto. in tract. de virtut. iuram. in. 72. effectu. col. fin. quem omnino vide quia prius per duas col. & vltra corroborat ſupra ſcriptam regulam duodecim fundamentis notandis: quod non obliuiſcaris, quia cum plura ſint, in quibus iuramentum alterat contractus naturam, vt per Iaſ. in l. ſi conuenerit. 2. &. 3. col. ff. de iuriſ. omni. iudi. vbi plura cumulat. ex prędictis limitationibus optime declaratur materia. & habes illum tractatum. 3. vol. tracta.

ANNOTATIO.

Adde late circa iſtam regulam D. Epiſcop. Couar. in cap. quanuis pactum. 1. part. relecti. §. 4. nume. 1. de pact. lib. 6. And. Alcia. in. c. 1. nume. 26. de iudi. Zazi. lib. 1. ſing. reſponſo. cap. 14.

REGVLA. CCCXCI.

Iuramento omni ſemper intelligitur authoritas ſuperioris excepta text. in. cap. veniens. de iureiurand: facit text. in. c. ea. & in. c. ad noſtrum. eod. titul. *et in c. venientes eod. tit. in 27. nu. 11 p. 3.*

Limita quatuor modis, vt per Ioan. de Selua. in tract. de iureiurand. fol. 6. 4. col. vbi prius vide aliqua exempla pro ipſa regula. Et vide Felin. in cap. conſtitutus. in. col. 6. cum tribus ſeq. de reſcrip. vbi ampliat tripliciter regulam iſtam, limitat etiam quatuor modis.

ANNOTATIO.

Adde S. Thom. 2. 2. quæſtio. 89. articul. 9. Iaſſ. in l. vltim. ff. qui ſatis. d. cog. D. Epiſcop. Segoui. in cap. quanuis pactum. 1. par. relecti. §. 3. nume. 1. de pactis. lib. 6. Guil. Bened. in. c. Rainuntius in verbo, duas habens filias. num. 272. & 275. de teſtamen.

Iuramentum vide ſupra in verbo, abſolutione. & in verbo, authoritate. & in verbo, clauſula. lo. 3. & in verbo, deponens, & in verbo Epiſcopus. & in verbo, iudex.

REGVLA. CCCXCII.

Iurandi facultas in caſu. l. ſi quādo

C. vnde

C. vnde vi & in casu capi. fina. de his quę vi metus ve causa hunt transit ad hęredes damnum passi, si sit mortuus damnum passus antequam iuret notant. Paul. Roma. & Alex. in. l. si per alium. §. fin. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. ponit Ias. vbi hoc ratione confirmat in dict. l. si quando penul. col.

Limita & intellige, quando hęredes sunt tali conditione quod possunt iurare, quia sunt bene informati, alias non: ideo oportet quod sint tales hæredes, qui morati essent cũ defuncto, & gessissent negotia eius. Ita Bal. in cap. 1. col. 1. si de inuest. inter domi. & vas. lis ori. & refert sequẽdo Ias. in. d. col. penul. pro quo facit glo. 1. iuncto tex. in. l. maritus. ff. de quęstio. ex qua notat ibi Hipp. 2. col. quod iuramentum non defertur non defertur non defertur habenti vnum testem, quando ille non potest scire veritatem rei. Et ponit exemplum in hæredibus, & successoribus in ius alterius, quibus dicit non differendũ iuramentum per prędictam glo. quod est notandum, quia sępe contingit in practica.

ANNOTATIO.

2 Adde doctores maxime modernos in. l. admonendi. ff. de iureiur. Roma. cons. 290. Caro. Rui. consilio. 35. col. 4. nume. 10. ver. Et dato. vol. 5. Matth. de Afflict. Neapol. deci. 169. nu. 8. D. Episcop. Segou. in. c. quanuis pactum. 1. par. §. 5. nume. 7. de pactis. lib. 6. & doctrinam nostræ regulæ communem esse fatentur Soc. in. l. penul. §. vlti. nu. 4. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat Ioan. Baptist. Plotus in tract. de in litem iur. §. 29. nu. 1. fol. 177.

Hanc regulam, vltra authorem amplia primo, vt non solum procedat in casu l. si quando. C. vnde vi & c fin. de his quæ vi metus ve caus. fiunt quibus constitutionibus conueniunt l. 2. titul. 11. par. 3. & l. 4. ti. 7. par. 5. & l. 10. ti. 9. ead. par. Sed generaliter in omnibus iuribus, ac statutis, & decretis quibus facultas conceditur alicui iurandi in litem in supplementum probationis, vel aliud quodlibet iuramentum cuiuscunque generis, quia non solum tale iuramentum fieri ac præstari potest per illum cui à lege, vel statuto committitur verum ab eius hęredibus & successoribꝰ tex. not. in. c. 1. §. si quis. & in. §. sequ. qui est vlti. si de inuesti. inter domi. & vatal. lis ori. vbi vasallus iurat se vel patrem suum fuisse inuestitum & ita de facto patris quo loco glo. huius rei duas rationes reddit, nam persona (inquit) patris & filij vna esse intelligitur. l. vlti. C. de impub & alij. §. ei qui tuto. institu. de inuti. stipu. Et vnum est sacramentum defuncti & hæredis §. 1. in authen. de iureiuran. à mori. præsti. Et id quoque late explicat Bal. in. d. §. si quis. vbi Marti. Laud. & Card. Alex. quibus addenda est glo. in d. l. pen. §. vlti. ne quis eum qui quæ dicit. facultatem iurandi in litem cõtra eum qui vi eximit in ius vocatum transire ad hæredes. vbi Bal. Ang. Socin. & Ias. & doctores qui magna ex parte id trahunt ad iuramentum quod defertur contra dolosum, vt contra tutorem qui non confecit inuentariũ iuxta tex. in. l. alio. C. de in litem iuran. vt si licet transeat ad hæredes minoris, quanuis è diuerso non transeat contra hæredes dolosi. l. vlti. eod. titul. & voluit Bar. in. l. in actionibus col. vlti. Salic. Roma & Alex. ff. de in litem iuran. Et hanc primam ampliationem generaliter veram esse probat Deci. in. l. edita. ver. His tamen non obstãtibus. C. de eden. Zazi. in. l. ait Prætor. in. 2. col. vlti. ff. de iureiur.

Licet contrariam opinionem teneat aperte Bal. in. d. l. ait Prętor. in princ. qui censet in his casibus & similibus iuramentum deferri damnum passo non tamen eius hæred. idem Bal. in. l. 2. ff. de condi. indeni. & in rub. ff. de iureiurand. in fine & in. l. in bonę fidei col. vlti. C. de iureiuran. quo loco scribit, quod iuramentum necessarium quod defertur à iudice in supplementum probationis non deferri hæredi, qui verisimiliter ignorat iura illius cui successit. Sequitur Alexand. consi. 39. col. vlti. lib. 5. Ias. in. rep. d. l. admonendi. col. 91. ver. Secũdus casus clarus est. Soci. cõs. 194. col. 2. ver. Cõfirmatur hoc idem. lib. 2. Stepha. Bertran cons. 288. in princ. lib. 1. Quorum ratio est quia de facto alieno non debet quis iurare vt in. l. Marcelus. §. 1. ff. de rerum amot. l. videam'. in prin. ff. de in litem iuran.

Regularum & Fallentiarum

Quia hæres minime compertum habet quod defunctus egerit. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. c. cum quis. eo. titulo in. 6.

Sed ad sedandas has doctorum controuersias multis in locis distinxit Rom. An iuramẽtum à lege deferatur, vel à iudice legis authoritate, & hoc casu iurandi facultas ad hæredes transit quoniam lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hæreti. & sic æque tũc respiciat personam hæredis atque olim defuncti. An vero iuramentum defertur ab homine, & sic ex partium conuentione & tunc non transit ad hæredes nam alia est conscientia defuncti, de qua confisus est is qui iuramentum detulit alia est hæredis quam ipse minime nouit & sic eam minime approbauit argum. l. is cui bonis. ff. de cura. furio. ita voluit ipse Roma. in l. 3. §. vltim. ff. de iureiur. & in. l. ius iurandum quod ex conuentione in fine prin. eod. tit. & consi. 290. col. 2. ver. Præterea nunc quæritur. Socin. in. l. penul §. hoc iudicium. vbi etiam ipse Rom. & Iaſ. ff ne quis eum qui. quæ sententia communis est vt statim dicam in. 6. huius regulæ limitatione.

Secundo amplia regulam, vt procedat etiam si iuramentum prædecessori delatum fuit sed per eum nondum esset præstitum. ex Bal. sententiam in. d l. in bonę fidei. col. pen. C. de reb. credi. quem sequitur Soci. consilio. 42. col. 2. lib. 2. Rom. dict. consilio, 290. col. 2. Alexand. & docto. in dict. §. hoc iudicium Catel. Cotta in memor. iur. in verbo, iurandi facultas.

Tertio amplia, vt non tantum procedat in hæredibus & successoribus secularibus, verum etiam in successoribus spiritualibus puta in Episcopo, Priore, Guardiano, Abbate, Prælato, Rectore, vel Abbatissa. ita tradit Matth. de Afflict. Neapolita. decisi. 169. num. 9. quo loco fatetur. ita fuisse decisum in regio Neapolitano Prętorio. Catel. Cott. in memora. iuris in verbo, iuramentum in litem in fine Couar. in dict. cap. quanuis pactum. 1. par. §. 5. nume. 7. Ioan. Baptist. Plotus in. d. tract. de in litem iuran. §. 29. nu. 2.

Quarto amplia, vt in hoc casu satis sit, quod hæres iuret de credulitate. vt in simili traditur in. c. 1. §. vlti. titul. de nou. feud. & ibi not. Bal. Mar. Laud. Aluaro. Cardi. Alex. Nam alias vidimus, quod in his quorum scientia certa non est, vt peritis cuiuspiam artis & cæteris huiusmodi sufficere iuramentum de credulitate etiam in teste. l. 1. in princ. ibi, *renuntiauerunt videri*. & ibi glo. & Bar. ff. de ventre inspi. cap. literis. ibi, *Ea ut credebat intentione*. & ibi glo. & Anto. col. 2. & Abb. 2. not. de præsum. cap. tertio loco. ibi, *dixerunt se pro certo credere* & ibi Anto. eod. titu. tex. in cap quanuis. in fine. ibi, *Et credere ita esse*. & ibi Anto. Abb. Imol. & Feli. col. 3. ver. Limita tertio. de testib. & in cap. licet. paulo ante fin. eod. titu. & in. c. vlti. de purga. cano. & tradit Specul. in ti. de teste. §. Opponitur. ver. Item quod deposuit. Bar. in prooem. ff. in prin. col. vlti. & in. l. in summa. §. Labeo. in fin. ff. de aqua plu. arc. & in. l. 3. ad fin. ff. de adulte. Bal. in. l data. col. 7. ver. Non excusatur. C. qui accusa. non poss. & in. c. dudum. in. 2. col. 2. de electi. Alex. cons. 24. col. 4. lib. 2. Iaſ. in rub. ff. de iureiur. col. 3. Hippo. in rep. rub. C. de proba. col. 4. in princip. & in sing. 19. Cepo. cons. crimi. 28. col. 5. & consil. 62. col. 2. ver. sed prædicta.

Quinto amplia vt procedat etiam si hæres vel successor vellet iurare de facto defuncti, dicendo quod ipse negotium nouit, atq; quod ipse de veritate certus est quia poterit iurare, ex quo ei' iuramẽto creditur in eo quod declarat se esse certum, sicuti testium iuramento statur dicentium se alienum factum compertum habuisse. ita tenent fere omnes quos in huius nostræ annotationis principio allegaui & vide quę dicam infra ver. Et vnicam.

Sexto singulariter amplia, vt hæc regula procedat etiam si accusator, vel actor, seu hæres vel successor, respondisset positionibus dicendo, non vidisse delictum fieri per accusatum, quia contingere potest quod ex eius confessione compertum habuisset, vel aliũde scierit quod nunc iurare vult. ita tenet Alexã. consi 69. col. vlti. ver. Non obstat ei. li. 2. Imo. cons. 147. ver. Nec dicat.

Et vnicam limitationem quam noster author huic regulæ constituit, vt minime procedat quando hæres certus non est de re ipsa in qua vult iuramentũ subire, vltra eũ tenuit Bar. in. l. admonendi. col. penult. vbi docto. ff. de iureiur. Mar. Laud. & Cardi. Alexand. in dict. §. si quis. cap. 1. si de inuesti. inter dom. & vasal. lis ori. & in. c. 1. ibi qui ita tex. illũ intelligũt. Soci. cons. 194. lib. 4. Rom. d. cõs. 290 Paul. de Cast. cons. 296. col. 3. ver. Sed subest vnica. lib. 1. Stephan. Bertran. consilio. 100. dubio. 5 num. 25. lib. 1. Caro. Rui. cons. 35. vol. 5. Cateli. Cotta in. d. memo in verbo, iurandi

facultas

facultas. And. Tiraquel. in lib. 1. de retractu. §. 2. glo. 2. nume. 9. & fatetur illam esse communem sententiam doctissimus Plotus in d. §. 29. nume. 3.

Illud vero non prętermittam, quod in dubio hæres si esset filius vel coniunctus defuncti præsumitur quod nouerit veritatem negotij, ideſt (vt cum nostris loquar) sit bene informatus de veritate. & sic iurare potest. text. in dict. cap. 1. in fine & ibi glos. Bal. & docto. si inter domi. & vasal. de inuest. lis ori. Socin. consilio. 264. nume. 9. ver. Confirmatur. lib. 2. Roman. dict. consil. 290. col. 2. Cateli. Cot. in d. verbo, iurandi facultas. Item hæres præsumitur veritatis conscius, si cum defuncto habitauerit etiam si sit extraneus, vel si erat eius vicinus. arg. ex. in l. ex consensu. C. de repudi. capi. constitutus. de testib. Socin. d. consi. 264. nume. 10. Idem etiam affirmarem quando hæres extraneus exercebat negotia defuncti. vt censet Iaſſ. in l. si quando. nu. 53. & 54. C. vnde vi Caro. Ruin. d. consilio. 35. & not. author. in hac regula.

Sed quando minime constat quod hæres fuerit veritatis conscius, nec datur aliqua ex dictis præsumptionibus, nec aliter hæres ipse probat scientiam illius rei de qua controuertitur, nec eius aduersarius probaret ignorantiam hoc casu in dubio non præsumitur hæredem fuisse veritatis conscium. & hac ratione iurare non potest. vt scribit Bal. in dict. l. in bonę fidei. Socin. consilio 194. col. 1. in fine. ver. Confirmatur. volu. 2. Carol. Ruin. in sępe alleg. consilio. 35. volu. 5. qui id probant tex. authoritate in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. quę lex mea sententia nihil probat in hoc casu quia in fauorem hæredis loquitur, vt præsumatur ignorare quando eius interest ignorantiam allegare. & ea ratione minime debet torqueri in hæredis damnum vbi eius interest scientiam allegare. per. l. quod fauore. de legib. Et ideo contrariam opinionem de iure veriorem esse censeo, imo quod si hęres vult tale iuramentum subire, iurare possit & pars aduersa vt eum à iurandi facultate excludat, probare teneatur non esse veritatis conscium. Primo per leg. 21. qui. ff. de proba. & per ea quę scribit Bar. in l. in illa. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. actor quod asseuerat. C. de probat. Socin. consilio. vol. 135. 2. & consil. 136. in prin. vol. 1. Secũdo quia hoc quòd hæres de facto defuncti sit conscius pendet ab eius animo & conscientia & ideo eius iuramento in hoc erit standum gloss. in §. sed istæ quidem in titu. de acti. cap. pastoralis. de excepti. cap. nulli. cap vt circa. de elect. lib. 6. Tertio quia hæres qui sic iurat loco testis habetur in causa propria, ex eo quod tale iuramentũ pro plena probatione habetur. ex Soci. consil. 136. nume. 4. volu. 1. & consilio. 135. volu. 2 docto, in dict. l. admonendi. Ergo sicuti testi affirmanti se veritatem scire, fides est danda, nisi contrarium probetur. vt per totum titul. ff. & C. de testi. Ita etiam hęredi hoc dicenti fides dabitur, vt in litem iurare merito possit. Quibus rationibus innixus publico munere legendo iura pontificia hanc opinionem docui, quam gaudeo postea approbatam vidisse à Ioan. Bap. Ploto. d §. 29 nu. 4.

Secundo limita dict. regulam, vt non procedat respectu declarationis verborum ambiguorum prolatorum per defunctum in libello, vel in alio casu, quia licet defunctus ambiguitatem posset declarare, hęc tamen facultas ad hęredem non transit. Hęc est communis omnium sententia vt testatur Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune nume. 139. ff. de acqui possess. per text in l. idem Pomponius scribit si frumentum §. vltim ff. de rei vendi. Tamen si hęres in hoc casu rem probe nosset quia de mente defuncti sibi constaret, puta quia eius fuisset aduocatus, vel procurator, hoc casu potest verborum defuncti ambiguitatem declarare. vt est de mente glo. in l. generaliter. C. de reb. credi. & not. Socin. in dict. l. penul. §. vltim. numero. 7. ff. ne quis eum qui.

Tertio limita, quando pars aduersa ad excludendum hæredem ne posset iurare, probaret eum fuisse absentem, & sic non potuisse veritatem ipsam scire, vel esse malæ famæ vel periurum aut infamem vel talem qui pro alio non esset testis omni exceptione maior ita tradit Hippo. in sing. 41. & 74. & 273. Imo. cons. 2. Aegi. Bosi. in del. ctorum tract. ti. de rapi. nu. 44.

Quarto limita, quando non interesset hæredis vel successoris iurare in litem: puta, quia actio vel accusatio esset ad meram vindictam super qua hæres vellet iurare, & non transiret regulariter ipsa actio vel accusatio actiue ad hęredes actoris vel accusatoris. Nã tunc hęres aut successor iurare non potest, etiam ex facultate cõcessa defuncto. vt in d. §. vlt. puta quãdo

quis nullum damnum pecuniarum paſſus eſſet vt in actione verbalis iniuriæ vel in alijs milibus . Sed ſi hæres vel ſucceſſor in his actionibus quæ ad hæredes actoris vel accuſatoris non tranſmittuntur probaret ſua intereſſe, puta quod lis fuerit cum defuncto cõteſtata, poterit iurare quia hoc caſu actio vel accuſatio competens ad meram vindictam tranſit actiue ad hæredes. tex. in. d. §. pen. vbi Soci. nume. 4. fatetur iſtam eſſe communem opinionem quam ibi ſequitur Paul. & Alex. col. 2. & docto.

Quinto, quando agitur de iuramento in litem affectionis, & hæres vellet iurare non ſecundum affectionem ipſius hæredis, ſed defuncti quia hoc modo iurare non poteſt, quia iurare debet ſecũdum affectionem propriam non vero defuncti . pro qua limitatione vide Ioan. Baptiſt. Plo. d. §. 29 nu. 10.

Sexto limita, in facultate conceſſa non à lege, nec ſtatuto, ſed ab homine, ex pacto vel contractu, quia talis facultas iurandi minime ad hæredes tranſit. l. generaliter. vbi glo. & docto. not. C. de reb. credi. Iaſ. in. d. l. ſi quando. nume. 52. & in. d. l. penul. §. vltim. col. vltim. vbi Roma . & Alex. col. vltim . Idem Roma. in. l. qui bona. §. qui damna. ff. de damno infecto quam dicit communem ſententiam. d. §. 29. nume. 7.

Septimo limita, vt non procedat è diuerſo contra hæredes doloſi. l. vlti. C. de in litem iur. vbi docto. omnes & Bar. col. vlti. in. d. l. in actionibus vbi Salic. Rom. & Alexand. ff. de in litem iur.

REGVLA. CCCXCIII.

Iuriſdictionem ordinariam vel delegatam habens, ſi procedat ſimpliciter videtur procedere principaliter ex delegata . not. Ioan. Andr. in. cap. ſi poſtquam . ſuper verbo, ordinaria. de elect. i. in. 6. per. l. 3. ff. de teſtamen. mi. & ſequitur ibi Domi. in princi. in. 2. col.

Amplia dupliciter, & limita duobus modis, vt per Feli. in. c. cũ ex officij. de præſcrip. col. 12. & ſeque.

ANNOTATIO.

Adde omnino circa hanc regulam Sebaſt. Van. in tracta. de nulli. tit. u. de nulli. ex defectu iuriſdi. ord. nume. 171. cum ſeq. pag. 249. Et aliquos notandos effectus qui ſequuntur, ex eo quod quis cenſeatur procedere ex delegata & non ex ordinaria iuriſdictione ſcripſit Iaſ. in. l. ius aũt ciuile. nu. 3. ff. de iuſti. & iure.

REGVLA. CCCXCIIII.

Iuriſdictionis ꝓpetuatio circa expreſſa in reſcripto, non operatur regulariter quo ad non expreſſa. gloſſ. Ioan. And. & communiter doctores in. c. quoniam. de præſcrip. Bal. in. c. licet vndique. de offici. deleg. quam concluſionem probat defendit & dicit communiter teneri Feli. in. d. cap. quoniam. col. 3.

Limita quinque modis notabiliter vt per Fel. ibi, & in col. ſeq.

REGVLA. CCCXCV.

Iuriſdictio ordinaria reſpectu certi generis, non poteſt prorogari ad diuerſas cauſas, & diſſimiles expreſſis. Iſtam regulam ponit Abb. in. c. cęterum. de iudi. quã ibi refert Feli. 1. col. & allegat Anto. idem tenentem in. c. 1. de offic. deleg. col. 16 . Facit notabilis doctrina quam inſerui in meis doctrinis magiſtralibus in doct . incip. iuriſdictio.

Limita quadrupliciter, vt per Feli. in. d. col. 1.

REGVLA. CCCXCVI.

Iuriſdictionem contẽtioſam nõ poteſt quis exercere in alieno territorio. tex. in. l. fin. ff. de iuris. omni. iud. & in. cap. fin. de conſtitu . lib. 6. facit text. in. l. fin. ff. de offici. præf. vrb. & in. l. 2. ff. de offi. proconſ. & lega. probat hoc etiam. l. 7. titul. 4. part. 3. quaſi in medio, quę lex punit ſimili ordi-

ne

ne ſupplicij iudicē qui homini alieni territorij corporalem pœnā infligit.

Limita quatuor modis, vt per Mari. Soci. in. c. fin. col. 37. de foro cōpe. vide Iaſ. vbi eam limitat. 17. modis in d. l. fin. inter quos includit dictas limitationes Mari. prēter vnam etſi eum non referat.

ANNOTATIO.

Adde late circa materiam huius regulæ Sebaſtian. Vantium in tract. de nullitatibus ſub. de nulli. ex defectu iuris. ordi. nu. 107.

Hanc regulam vltra authorem noſtrum, cūm. 17. limitationib⁹ ſcripſit Hippo. in. l. vlti. ff. de iuris. omni. iudi. à numero. 7. vſque ad numerum. 32.

REGVLA. CCCXCVII.

Iuriſdictio de iure ciuili, prēſcribitur ſpatio longi temporis, videlicet decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes: exigitur tamen ſcientia & patientia illius contra quem prēſcribitur quæ habet vim tituli. per l. 2. C. de ſerui. & aqua. & facit text. in leg. fi. C. de longi. tempo. prēſcrip. & ita concludit. Marian. in. cap. cum contingat. de foro comp. in col. 9. de quo vide not. & late per egregium doctorem noſtrum Ioan. Lupu. de Pala. Rub. in ſua vberrima rep. capi. per veſtras. de dona. inter vir. & vxo. fo. 19. col. 3. cum duab. ſeq.

Limita quinque modis, vt per eundem Mari. in. d. col. 10. quem vide in materia per tres col. prēcedentes.

ANNOTATIO.

Adde Bal. in. l. 1. nume. 18. C. de eman. lib. & conſ. 439. lib. 3. Petrum de Anēha conſil. 142. numero. 12. Areti. conſil. 154. col. vltim. Alexan. conſilio. 16. nume. 27. lib. 5. quo loco doctrinam noſtræ regulę communem eſſe teſtatur. idem aſſeuerat. Fran. Balb. in tract prēſcriptionum. 5. par. prin. 2. par. ver. Circa primam quæſtionem. Iaſ. numero. 20. & Ioan. Oroſci nu. 13. in. l. imperium. ff. de iuris. omni. iudi. D. epiſco. Segou. in regula poſſeſſor. 2. par. §. 3. nume. 5. de pactis lib. 6.

Limita tamen ſing. iſtam regulam vt procedat, quando iuriſdictio præſcribitur contra priuatum, ſecus vero ſi contra principem: quia hoc caſu, in præſcribendi iuriſdictione tam ciuili, quam criminali, tempus immemoriale requiritur. Quod manifeſte probatur quia merum imperium plura continet quæ ſpeciali quodam iure ad ſupremam principis dignitatem pertineāt, quorum acquiſitio exigit neceſſario tempus illud, cuius initium hominum memoriam excedat. capit. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbo. ſigni. vel quadraginta annorum præmiſſo titulo iuxta deciſionem text. in cap. 1. de præſcrip. lib. 6. Reliqua vero quæ ad iuriſdictionem criminalem vel ciuilem attinent, ita propria principis ſunt, vt minime competere valeant præterquam ipſi principi, in quibus iuris præſumptio ipſi ſuffragatur, & aduerſatur cæteris. Nam tota iuriſdictio ipſius principis eſt, nec ſine eius mandato poteſt per aliquem exerceri. l. 1. ff. de conſti. princ. nota. docto. in. l. 1. ad finem. ff. de iuriſdi omni. iu. And. de Iſer. in procemi. conſti. Neapolita. & ibi Matthæ. de Afflict. quæſt. 3. & bene probat regia, l. 2. titul. 4. part. 3. ibi. *Eſtos tales no los puede otro poner ſino ellos, o otro alguno, a quien ellos otorgaſſen ſeñaladamente poder delo fazer por ſu carta o priuilegio.* l. 1. titul. 15. lib. 2. ordin. ibi. *O a quien ellos lo otorgaſſen* l. 1. titul. 2. lib. 7. ordin. ibi. *Tienen priuilegios y cartas eſpeciales delos reyes nueſtros progenitores de poner Alcaldes.* & l. 2. titu. 9. lib. 5. ordin. Atque ideo in prēſcribenda & acquirenda iuriſdictione obſeruanda eſt conſtitutio text. in dict. capit. 1. de prēſcrip. lib. 6. quam ſententiam poſt alios tenet Paul. de Caſtro. in. d. l. imperium. col. vltim. vbi Ioan. Baptiſta in rep. nume. 38. fatetur eſſe communem opinionem quam bene defendit D. Epiſcop. Segou. in. dict. regula poſſeſſor. §. 2. numero. 3. Quanuis eam impugnet Gaſpar Vellaſcus in dict. l. imperium numero. 135. contendens ſufficere etiam in hoc caſu ad prēſcriptionem inducendam, longum tempus Sed communis ſententia tenenda eſt.

Hic tamen tanquam huic regulæ accommodatiſsima interpretanda eſt Regia

constitutio in hoc Complutensi populo à rege Alfonso condita Aera Cæsaris millesima trecentesima octuagesima sexta quæ hodie habetur lib.3.ordi.titu.13.lege vlti.& habet tres potissimas partes. Prima enim satis euidenter probat,iurisdictionem ciuilem & criminalem posse acquiri,per nobiles,& alios eam proprio nomine exercentes,per tempus cuius initium hominum memoriam excedat, etiam si titulus huius iurisdictionis probatus non fuerit. Qua in parte regia lex communem probat opinionem quam modo asseuerauimus.In qua tamen specie loco immemorialis præscriptionis sufficeret tempus quadraginta annorum cum titulo.iuxta tex.in.d.c.1. de præscri.lib. 6.Secunda verò pars regiæ legis probat criminalem iurisdictionem præscribi posse contra principem centenaria præscriptione. Quæ decisio deduci potuit à Nouella Iustiniani in auth.quas actiones.C.de sacro.eccle.qua difficultat,contra Romanam ecclesiã admittendam, non esse præscriptionem minorem cẽtenaria, quam ad iurisdictionis præscriptionem adducit Bal. in l.2.q. 6. nume.25.C.de seruit.& aqua.Tertia regię legis pars statuit,ciuilem iurisdictionem aduersus regem præscribi posse quadraginta annorum vsu.quod forsan deductum est à lege omnes.C.de præscri. 30.vel quadraginta anno.

Explicandum tamen est quænam differentia sit inter primam, & cæteras regiæ legis partes.Siquidem prima ad præscribendam iurisdictionem ciuilem & criminalem simul tempus cuius initium hominum memoriam excedat exigit.Et affirmari potest, quod prima pars regiæ constitutionis tractat de iurisdictione ante illius legis sanctionem per nobiles,alios q; priuatos in aliquibus populis obtenta. Quod clare probant verba.d.legis ibi. *Porque algunos tienen ciudades villas y lugares en nuestros reynos y señorios,y no tienen titulos derechos delos reyes onde nos uenimos dela justicia y jurisdicion ciuil y criminal, en los tales lugares:ordenamos y mandamos,que si los tales señores usaron dela jurisdicion por tanto tiempo que memoria de hombres,no es en contrario, y lo prouaren &c.Que les uala,y lo ayan de aqui adelante.* Vnde merito castiganda est ea regia lex quæ in libris impressis deprauata legitur cum dicit.*Si los tales señores usuren.* Nam legi debet *Vsaron.* Nam legis principium de præteritis possessoribus loquitur & non de futuris cum dicit.*Porque algunos tienen.*& ibi,*Como lo ouieron.*& ibi, *Lo ayan de aqui adelante no siendo probado por nuestra parte,que en este tiẽpo les fue contradicho por algunos delos reyes onde nos uenimos.*& ibi,*Pero si alguno delos reyes nuestros predecessores, &c.* Quæ quidem verba significant præterita. Reliquę vero duæ regiæ legis partes quæ de centenaria & quadragenaria præscriptionibus loquuntur, tractant de iurisdictione,post illam legem acquirenda statuens quonam tempore iurisdictio in posterum acquiratur.qui sensus bene colligitur ex.d.l.& euidentius ex.l.2.ti.27.apud veteres regis Alfonsi leges. Et quia eius decisio, passim in controuersijs forensibus contingit, statui pro eius interpretatione,aliqua breuiter annotare.

Primo,quod.d.regia lex tantum procedit quando agitur de præscribenda iurisdictione regis Castellę,quod clare verba.d legis significant ibi,*Se puedaganar de aqui adelante contra nos.* Si vero agatur de præscribenda iurisdictione contra inferiores dominos, puta Duces, Comites,& Marchiones,aut alios habentes iurisdictionem, tunc præscriptio decem annorum inter præsentes,& viginti inter absentes sufficeret.vt supra scripsimus.

Secundo, adnotandum est quod ita demũ firmitatem habet immemorialis præscriptio, de qua ea lex loquitur, si scientia & patientia regis contra quem præscribitur interueniat. Quod loquendo in immemoriali prę scriptione tenuit Bar.in.l. quominus.nume.4.ff. de flumi.& in l.1.§. denique.ff.de aqua plu.arcen.& in.l.si publicanus §.in omnibus.ff.de publ.& vectiga. quem sequitur. Abb. in.c. cum à nobis,nu.4.de præscripti. atque hanc Bar.opinionem cõmunem esse testatur Ioã. Lup.in rep.c.per vestras.2.not. §. 48. nume. 34.qui ita.d.regiam legem declarat. Contrariã tamen opinionem quod in hac prę scriptione nulla principis scientia necessaria sit tenuit glo.in.l.hoc iure.§.ductus aquæ in verbo, memoriam.ff.de aqua coh.& æsti.& eam sequitur Bal.in.c.1.nu.3.quæ.sint rega.& communem esse testantur Alex.conf.6.num.4. vol. 1.Ias.in.d.l.imperium.nu.21.ff. de iur.omn. iudi.Deci.conf.85.nume.2. D.ep.f. Segou.in d.reg.Possessor.2.par.in initio.nume.8.And. Tiraq.in tract.de nobili.c.14.nume 4. Ioan. Orosci.in.d.l.imperium.nu.15. Padilla.in.l.fi quas actiones.nu.52.C.de seruit.& aqua quam etiam sequuti fuerunt Feli.in.c.cum à nobis. col.1.& in.c.de quarta.col.pen.de præscripti.

Fran-

Fran. Bal. in tract præscripti. 2. par. 3. par. vers. sexto quæro. num. 23. Alcia. in l. munus. ff. de verbo. sig. Cur. Iuni. cons. 157. col. 4. num. 12. Anto. Rub. cons. 21. nu. 7. & noster doctissimus doctor D. Perez in. d. l. vlti. ver. Dubitatur præterea in glo. 1.

Quanuis in quadragenaria præscriptione, quæ ex regię legis decisione necessaria est ad præscribendam ciuilem iurisdictionem contra regem, eius scientia requiratur. quia dępta immemoriali præscriptione, nulla minor præscriptio procedit contra regem sine eius scientia. vt est communis opinio teste Alex. cons. 16 col. 2. & 4. vol. 5. & ita in casu. d. regię constitutionis tenent insignis Anton. Padilla. in d. l. si quas actiones. nu. 53. Tametsi huius contrarium defendat doctissimus Petrus Auęda. in lib. de manda. regum Hispanię exequen. 1. par. c. 1. nu. 22. fol. 12. secundum nouissimam impressionem contendens, ex serie illius legis principis scientiam necessariam non esse ad præscribendam ciuilem iurisdictionem, quæ contra eum quadragenaria præscriptione acquiritur. Cuius equidē opinio in forensi exercitatione minime admitteretur, quia licet regia lex præscriptibilem faciat ciuilem iurisdictionem contra regem quadraginta annorum tempore, non tamen excludit quin necessarię sint ille qualitates quę de iure communi in tali præscriptione desiderantur. Cui interpretationi suffragatur in simili Curtij Iunior. sentētia in. l. hac cōsultissima §. ex imperfecto nu. 10. C. de testa. vbi asseuerat quod lex noua superueniēs diminuē testamēti solennitatē nō derogat qualitati eius. Vnde generaliter affirmat Succin. nep. in. l. sciendum nu. 142. ff. de lega. 1. quod si aliqua lege sancitū sit quod testes duo vel tres in testamentis sufficiant, si aliud non exprimatur testes erunt eiusdem qualitatis, quæ à iure expressa erat si septem testes interuenissent, quia lex solo testium numero iuri communi derogat. & hoc tenet Paris. cons. 32. nu. 36. & 37. vol. 2.

Tertio ex dicta regia lege colligitur quod in præscribenda contra regem iurisdictione bona fides non requiritur vt verba illius significare videntur cum dicit ibi, *Se pueda ganar de aqui adelante contra nos.* Et sic ea lex constituit possessorem in bona fide & sic ad præscribendam sufficit authoritas. d. l. & regis voluntas ibi adhibita. Nam etiam de iure canonico ex legis authoritate absque bona fide currit præscriptio. ex Ripa in tract. de peste. 3. par. nu. 253. qui plura allegat. Idem loquendo in pacto affirmat Bal. in rub. de consti. nu. 15. Idē si rex tractaret de præscribenda iurisdictione quam priuato concesserit quia hoc casu bona fides non requiritur. vt affirmat Collecta. & ibi Bellam. in. c. cum dilecta. de confirma. vtili. vel inutili. Quam interpretationem ante nos scripsit egregius Auenda. in. d. c. 1. nu. 21. quæ difficultate non caret per ea quæ versiculo precedenti scripsi.

Quarto ex. d. Alfonsi regis lege deducitur iurisdictionem regi competētem in supremæ iurisdictionis signum & tanquam in caput ac tutissimum subditorum præsidium, nec iustitia pereat nullo tempore præscribi posse quod ea lex probat ibi. *Dela justicia que el rey ha por la mayoria y señorio real.* Et paulo inferius ibi, *Saluo mayoria dela justicia que pertenece a nos dela cumplir delos señores que la menguaren.* Quę sane decisio procedit ex tex. in. c. cū non liceat. vbi Feli. nu. 10. de præscripti. & tradit hoc late Ias. cons. 208. col. 3. lib. 2. & in. d. l. imperium. col. 9. versi. Limita istam communē. quam sententiam late defendit Ioan. Igne. in rep. l. necessarios §. non alias n. me. 651. ff. ad Sylla. Purpur. in. l. 1. nu. 4. ff. de offic. eius. Deci. cons. 307. col. 3. versi. Secundo respondetur & hanc fatetur esse magis communem opinionem Soci. cons. 275. col. 3. in fine lib. 2. Quanuis multi & non infimi nominis constanter defendant, quod aduersus supremam principis potestatem præscribi potest. quorum dicit esse magis communem opinionem Aymon in tract. de antiqui. tempo. fol. 168. num. 73. & D. Episc. Segou. in. d. reg. Possessor. 2. par. §. 2. nume. 7. ver. Ex his vero. & in reg. Peccatum. 2. par. §. 9. nu. 9. de regul. iur. lib. 6. Sed apud nos priorem communem opinionem dicta regia lex probat.

Quinto, ex proxime dictis affirmandum est quod stante. d. regia lege nullus Dux, Comes, aut Marchio, nec alij inferiores præscriptione acquirere possunt ne ab eis appelletur ad regem. vt asserit dictus D. Episc. in. d. reg. Possessor. d. nu. 7. & nouissime Petrus Auęd. d. lib. de manda. reg. Hispaniæ. 1. par. c. 5 nu. 2.

Sexto. d. regia lex non solum procedit in laicis, regiam & secularem iurisdictionem præscribentibus, verum etiam in prælatis & alijs personis ecclesiasticis, cum ipsi vasallos & iurisdictionem seculare habere possunt. vt passim vidimus. Et in hoc casu a prælatis appellatur ad regem vt in prag. Hispalensi fol. 11. antiqui.

tiqui. impreſsi. & tradit hoc Stepha. Auſ. in Clem. 1. de offic. ordi. 2. reg. ver. Secundo fallit. vbi affirmat id eſſe verum ſecundum ius commune quod ante eum tenuit Bar. in l. ſi quando. C. de appella. & alij quos refert Feli. eos ſequutus. in c. ſolitæ. col. 3. de maio. & obedi. D. Epiſcop. in practi. quæſti. c. 4. nume. 2. D. Perez. in l. 5. titul. 4. lib. 1. ordin. in verbo, *Donde tienen ſu iuriſdicion*. Et non tantum in Hiſpania ſed in Gallia idem receptum eſt vt teſtatur Specul. ti. de appel §. Nūc tractamus ad quem ſit appellandum. in fine Carolus de Graſſalius lib 2. Regal. Franciæ. cap. 14. Guil. Bene. in c. Rainuntius in verbo, *Vxorem nomine Adelaſiam*. 2. deciſione. nu. 317. de teſt. Ioā. Imbertus Rupella. lib. 2. foren. inſti. c. 3.

Septimo, non procedit. d. regia lex nec id quod modo aſſeuerauimus quando eccleſiaſticus iudex contenderet contra regem præſcriptionis titulo acquiſiſſe facultatem capiendi laicos propria authoritate & in carcerem eos mittendi non implorato auxilio ſeculari contra. l. 7. titu. 3. lib. 1. ordina. quia huiuſmodi præſcriptio cenſetur ſemper acquiſita ſine regis ſcientia & ideo eſt inualida. l. vlti. quæ in publicis totius regni comitijs condita fuit Toleti anno. 1525. ibi, *Porque aquello ha ſido ſin nueſtra ſciencia y paciencia*. Et memoria equidem teneo in magna cauſa quæ in regio ſenatu agitata fuit inter fiſcalem regium, & illuſtriſsimum Archiepiſcopum Toletanum, eo quod D. Archiepiſcop⁹ ex antiquiſsima cōſuetudine legitime præſcripta, ſibi & ſuis eccleſiaſticis iudicibus facultatē competere aſſerebat, capiendi laicos propria authoritate, & eos ſuorum fiſcalium miniſterio incarcerem mittendi. obtentum fuiſſe contra Archiepiſcopū, iuſſum que fuit vt dictæ regiæ leges ad vnguē obſeruarentur.

Sed nouum dubium ſe offert cuius deciſio iſtis temporibus eſt ſumme neceſſaria. Vtrū eccleſiaſtici iudices quibus iure regio prohibitum eſt capere laicos, eoſque propria authoritate incarcerem mittere, an poſsint eos coram ſe perſonaliter citare pœnis & cenſuris ad id impoſitis. Et huius quæſtionis examen exigit, vt præmittendum ſit, an iure communi conceſſa eſſet eccleſiaſticis iudicibus facultas vt abſque auxilij ſecularis inuocatione poſſet laicos incarcerem mittere. qua in re Oldral. conſ. 86. non omnino explicat quid verius in iure ſibi videatur. tandem in eam ſententiam inclinari videtur vt nullo modo dicta facultas cōpetat, præterquam in crimine hæreſis in quo hoc erit ſpeciale & in alijs ſimilibus criminibus. c. excommunicatus. in 2. ad finem. de hęreti. c. vt commiſsi eo. ti. in. 6. Clem 1. eo. titu. eandem ſententiam tenuit Ioan. And in addi. ad ſpecul. in titu. de offici. ordi. in rub. Ancha. in. c. cum epiſcopus. de offici. ordi. lib. 6. & in reg ea quę. de reg. iur. lib. 6. quo loco opinionem hanc communem eſſe teſtatur, quam multis rationibus comprobat Ioan. Lup. in rep. c. per veſtras. 2. not. §. Sed pulchra dubitatio num. 17. de donati. inter vir. & vxor. Sed opinionem contrariam de iure veriorem eſſe cenſet Domi. vbi Fran. in. d. c. cum epiſcopus. quæ manifeſtiſsime in multis iuris pontificij locis probatur cap. attendendum. 17. quęſt. 4. cap. contra idolorum. 26. q. 5. cuius ad hoc meminere Roma. 650. Fel. in. c. ſignificaſti. col. vlti. de offici. deleg. & in. c. cum ſit generale. nume. 20. de foro competen. D. epiſc. Segou. in practi. quæſtio. c. 10. nume. 2. Auſ. in rep. Clemen. 1. de offic. ordi. quæſtio. 5. & in tract. de poteſt. eccleſi. Super laicos in princ.

Et vt dubium propoſitum decidam aſſeuero, quòd non eſt hodie ſublata poteſtas iudicibus eccleſiaſticis per dictas regias leges, vt poſſint in his criminibus, in quibus de iure cognitionem habent, laicos coram ſe perſonaliter citare. Primo, quia cum dicta decreta canonica facultatem capiendi laicos eccleſiaſticis iudicibus concedant, regiæ leges contrarium diſponentes ſunt reſtringendæ reg. Odia. de regul. iur. lib. 5. cum ſimil. & ea ratione cum tāctum in perſonali captura loquantur, minime ſunt ad perſonalem citationem ampliandæ.

Secundo, adhuc etſi dictæ regię leges canonicis decretis nō aduerſarētur minimē eſſent extendendę ad perſonalem citationem, cum ea citatio diſtinctum nomen & effectum habeat à captura vt manifeſtiſsimum eſt. Et hic procedit quod arbitri qui non poſſunt eos qui ſe ſuo iudicio ſubmiſerunt in carcerem mittere, poſſunt tamen coram ſe perſonaliter citare. l. non diſtinguemus. § fin. ff. de arbi. not. Feli. in. c. pen. de offici. delegat. Ludo. Gome. in. c. 1. de iudi. lib. 6. nu 38.

Tertio, ſi hęc facultas eccleſiaſticis iudicibus denegaretur, mancha ac proſsus inanis rederetur eorum iuriſdictio, na quo modo poſſent rei veritatem indagare, & aceuſati confeſsionem exigere, eum que condignis pœnis punire, niſi reus ipſe hac perſonali citatione vocatus prius comparuerit (certe nullomodo.)

Vnde

Vnde cũ ipſa perſonalis citatio, ſit veluti medium ad finem iuſtitiæ miniſtrandæ conſequendum, ea iure eccleſiaſtici iudices vti poſſunt. l. 2. ff. de iuriſdi. omni. iud.

Quarto, ſi regiæ leges loquentes in captura ad perſonalem citationẽ extenderentur eſſet contra eccleſiaſt eam libertatem, vt bene ex præcedenti ratione colligitur. & ea ratione inualidæ cap. nouerit. de ſenten. excõmu. c eos. de immuni. eccleſi. lib. 6. auth. ea ſa & irrita. C. de ſacroſanct. eccle. l. 19 tit 9. par. 1. l. 2. 4. 6. & 7. ti. 3. lib. 1. ord. Abſit igitur ab omnium mẽte credere catholicos Hiſpaniarum reges aliquid aduerſus eccleſiaſticam libertatem ſtatuiſſe quam ipſi tot legibus obſeruare & tueri ſunt profeſſi.

Quinto, ſententia hæc probari videtur in ea lege quam Henricus ſecundus huius nominis Hiſpaniarum rex Tauri Sanciu. anno Domini. 1409. quæ hodie habetur lib. 1. ordi. ti. 3. l. 8. cũ dicit, *Mandamos que los dichos nueſtros juezes y juſticias y los ſeñores delas villas y lugares de nueſtros reynos en ſus tierras, y lugares y ſeñorios dexen, y conſientan libremente leer, y notificar y cumplir las cartas y mandamientos delos juezes eccleſiaſticos enlo que pertenesce a ſu juriſdicion.*

Et in hac tamen perſonali citatione cauſa exprimi oportet, vt cenſent Ioan. And. & Frã. in. c. 1. de iudi. lib. 6. quæ cauſa ſi generaliter exprimeretur ſufficeret dicẽdo compareas in quadam cauſa criminali abſque eo quod delictũ in citatione narretur ita tenet Ioan. Bern. in practi. c. 113. nu. 2.

REGVLA. CCCXCVIII.

Iure communi ſublato, intelligitur ſublatum ſtatutum illi ſimpliciter cõforme. colligit Feli. poſt plures hanc regulam defendit & dicit eam communem in. c. 1. de reſcript.

Limita duodecim modis, vt per eũ ibi col. 10. cum ſeq.

REGVLA. CCCXCIX.

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito pendente lite prodeſt, & poteſt ſequi condemnatio, etiam de iure ciuili. text. in. l. ſi rem. §. fina. ff. de pigno. actione & in. l. ſi tibi mandauero, vt à Titio exigeres. ff. mand. Iſta eſt communis concluſio doctorum in. l. non poteſt. de re iudi. ff. & in. d. §. fi. vt firmat Mari. in. c. ſignificãtibus. col. 38. de libel. obla. quem vide in materia per tres colunas præcedentes.

Limita tripliciter, vt per eum ibi col. 39. per totam. vide Paul. in. d. l. non poteſt in fine vbi hanc regulam limitat dupliciter.

ANNOTATIO

Adde Bar. in. l. & an eadem. col. antepe. & pen. ff. de excepti. rei iudica. & in. l. ſi Titius. vbi doctores. ff. de verbo. oblig. Bal. in. l. 1. col. 4. C de aliena. iudi. mut cauſa fact. & in. l. per diuerſas. 7. & 8. quæſti. C. manda. quo loco in 13. quæſtio ſcribit quod ſi per ſtatutum diſpoſitum ſit, quod is qui gabellam non ſoluerit, non audiatur, ſufficeret hoc caſu, quod iudicio pendente gabella ſoluatur. & vide eũdem Bal. in. l. 1. col. 2. C. de executi. rei iudi. Laſ. nume. 110 poſt Ang. ibi. nu. 9. in. §. ſupereſt. Inſti. de actioni. eundem poſt doctores ibi in. §. actionum. nume. 67. eo. titu. vbi doctrinam regulę noſtræ communem eſſe teſtatur. Et vide Bal. in. l. per hãc col. 3. ver. His igitur. C. de appel. vbi ampliat hanc regulam, vt procedat, etiam appellatione pendente ius ſuperueniat. quem ſequitur Caro. Rui. conſi. 12. nu. 8. vol. 4.

REGVLA. CCCC.

Ius patronatus nunquam cenſetur Romanus põtifex per literas ſuas derogare, nec pręiudicare. Ita tenet Hoſtien. in. c. dilectus. de offici. delega. & Lapus alleg. 96. incipi. Beneficia vacantia Domi. poſt Ioan. Andr. in. c. 2. de pręb. lib. 6. reprobata glo. ibi & Abb. in. c. cum dilectus. de iure patro. & plura ponit Feli. in tract. quando li terę apoſtoli. noceant patronis eccleſ.

Amplia hanc regulam vndecim modis, & limita totidem. vt per Feli. vbi ſupra col. 2. cum ſeptem ſequen.

ANNO

ANNOTATIO

Adde glo. in Clem. 2. in verbo, Apostolicis. de preb. Caro. Rui. consi. 79. nume. 5. vol. 5. & hanc fatetur esse communem opinionem D. Episco. Segou. in practi. quæsti. c. 36. nume. 1. D. Perezius. l. 2. in verbo. *Costumbre antigua.* ver. Quod procedit ti. 6. lib. 1. ordin. Si tamen de summi pontificis voluntate constet, nemini dubium est eum posse per literas suas derogare, non tantum iuri patronatus ecclesiastico, sed & iuri patronatus laicorum. iuxta glo. sententiam in. d. Clem. 2. Innoc. & omnes. in c. cum dilectus. de iure patro. Archid in c. pie mentis. 16. qu. est. 7. Rochus de Curte. in tract. de iure patro. in verbo, Honori. q. 3. Cæsar. Lamb in eod. tract. lib. 3. par. q. 9. articul. 2. quæ quidem sententia communis est.

Sed apud Hispanos minime derogationes istę admittuntur, nec admitti cōsueuerunt. Supremi regis tribunalia quę regio nomine illic iustitiæ ministerio præsunt, statim apostolicas literas summa diligentia examināt, propter publicam que vtilitatem, earūdem vsum grauissimis pœnis & comminationib' interdicunt. Sic Carolus Cæsar huius nominis Quintus summæ potentiæ & fœlicitatis Imperator & Hispaniarum rex anno. 1525. apud Toletum edictum pronuntiauit ac misit in omnia Hispaniarum regna in hoc decretum, vt nullus à summo pontifice apostolicas literas impetraret ad dignitates vel beneficia, quæ sunt regij iuris patronatus, aut impetratis vteretur in derogationem consensus ac præsentationis, quæ à rege ipso postulanda est ad easdem dignitates, vel beneficia obtinenda: idque grauissimis pœnis stabiliuit, eiusque senatoribus ac consiliarijs præcipiens, vt diligenter & summa cura obseruent, ne quid authoritate literarum apostolicarum aduersus regium ius patronatus fiat. Demum anno domini 1543. Madriti idem Carolus Cæsar sanciuit idem seruandum fore, quoties literæ apostolicæ impetratæ fuerint, ad derogationē cuiuscunque iuris patronatus laicorum: aut in præiudicium illius iuris quod collegia & capitula cathedralium ecclesiarum obtinent, ad electionem doctorum virorum in sacra Theologia & iure pontificio, vt quosdam canonicatos obtineant. Qua ratione Philippus gloriosissimus Hispaniarum rex qui nunc fœliciter regnat, quo melius parentis decretum executioni mandaretur, quis esset ordo in his controuersijs seruandus apud regia tribunalia scripsit anno domini. 1528. ac demum diffiniuit præmittendam fore supplicationem ad summum pontificem, vt interim iustius literarum apostolicarum executio suspendi possit. Et idem quod in his regnis decretum est, seruari apud Gallos testatur Petrus Rebuff. in amplissima illa beneficiorum praxi. 3. par. signa. in verbo. Nec non iure patronatus. nu. 12. & 36. idem Rebuff. in tract. de nominationibus. q. 15. nu. 2. Caro. Molin. in reg. Cancellariæ. de infirmi. resig. nume. 32. qua in re legendus est D. Episcop Segou. in. d. c. 36. qui prædicta regia decreta pro singulari eius eruditione interpretatur. Et ex his omnibus eam firmissimam regulam colligo Romanum pontificem non solere beneficium sub iuris patronatus laicorum existens, sine derogatione conferre alioqui collatio quæ sine derogatione fit subreptitia censeri.

Hanc regulam sic propositam cum. 13. limitationibus diligenter scripsit Petrus Rebuff. in d. verbo. Nec non iure patronatus. nume. 10. pag. 166.

REGVLA. CCCCI.

Ius patronatus potest vendi cum vniuersitate & transit in emptorem. tex. in. c. cum seculū. de iure patrona. not. in. l. literis. eo. ti. Vide in materia. Roch. in tract. eiusdem titul. fol. 33. in col 1. ver. vigesimoquinto quęro.

Limita quadrupliciter, vt per Paul. de ciradi. in tract. de iure patro. in. 3. part. col. 3. ver. Nono quęro.

ANNOTATIO.

Adde Hosti. in summa titu. de iure patro. § Qualiter transferatur. ver. Venditioq; Inno. Abb. & docto. in c. querelam. de Simo. Abb. in c. illud. col. 2. & in. c. præterea. in. 2. de iure patro. Domi. & docto. in c. vni. eod. titul. in. 6. Patauii. in tract. de sede vacan. 2. part. quæst. 5. col. 2. Cæsarē Lamb. in amplissimo illo tract. de iure patron. lib. 1. par 2. q 3. arti. 11. Firmi. in tract. de episcopo. 4. par. 4. lib. q. 30. Et pro huius regulæ confirmatione faciūt multa quę docte & diligenter scripsit Fabian. de monte S. Sabino in tract. de empti. & vendi. 4 quæst. prin.

prin.quæſtio 15.

Hanc regulam,vltra authorem amplia primo, vt non ſolum procedat quando venditur tota vniuerſitas verum etiam ſi aliqua certa pars venderetur(puta)ſi plures habent, & poſſidentaliquam vniuerſitatem, in qua eſt conſtitutum ius patronatus, ſi vnus vendit ſuam vniuerſitatis portionem cum illa ius patronatus tranſit.per regulam text. in quæ de tota. ff.de rei vendi capit.paſtoralis.§. cum totum. de offic.deleg.not. Cæſar. Lamb. de iure patrona lib.1 2.par.q.5.arti. 15.

Secundo amplia,vt etiam huius regulæ diſpoſitio procedat in locatione,nam cum locatione vniuerſitatis tranſit ius patronatus. text. in.c.ex literis.de iure patro. quod vltra ordinarios interpretes ibi tradit late Rochus de Curte.in tract.de iure patrona. in verbo, ipſe vel is a quo q.26.vbi hoc dicit eſſe verum, in conductione quę fit ad longum tempus, ſecus vero ſi ad modicum fiat.de cuius veritate videatur latius Lamb.in.d.tract.in.d.1.lib.2.par. q.2.prin.articul.8.qui late in hac re loquitur.

Tertio amplia,vt non ſolum proceda: quãdo venditur vniuerſitas,ſed etiam venditofundo,tranſit in emptorem ius patronatus: quod venditor habebat in eccleſia intra illius fundi limites cõſtructa.ex glo.ſententia in.l.in modicis.ff.de cõtra empti.Bar.& Paul.in.l.ſi mercelem.§.1.per illum text.ff.de actioni.emp. Cardi.in.cap.cum ſeculum.de iure patrona. Henrri.& Card.in.q.13 in.c.ex literis.de iure patrona.Roma.fin3.56.Abb.in diſpu.5.nu. 5.Carol.Moli.in conſuet.Pari.titu.1.§.37.glo. 10.nu.10.Contrariam tamen opinionem veram eſſe profitentur.Inno.Hoſti.Ioan. And. Anto.Ancha. & Abb.in.d.c.ex literis. quam opinionem communem eſſe fatentur Abb. in.d.diſpu.5 nume.5.& in.d.c. cum ſeculum Rochus de Curte in.d.verbo,ipſe vel is à quo. q 23.Lamb.in.d.1.lib.2.q.5 arti.17 D.Epiſc. Segou.lib.1.vari.reſolu.c.13.nume.5. quo loco D.Epiſcopus quæ iſtarum opinionum verior ſit non firmat. Ipſe tamen, hanc opinionem tanquam communem ſequor, ea innixus ratione, quia ius patronatus nequaquam vendi poteſt.Nec titulo venditionis in aliquem trãſit,niſi vniuerſitati venditę adhæreat. Sicuti iuxta receptam interpretationem probat tex.in.d.c ex literis & in.d.c ſeculum.

Illud vero iuris eſſe certiſsimi cenſeo, primam opinionem & ſic dictam ampliationem veram eſſe eo caſu in quo ius patronatus competit ipſius fundi domino; quando talis fundus vniuerſitatem conſtituit:nam ſi ius patronatus competens cuidam,vt domino alicui ius ciuitatis, in ciuitatis emptorem tranſit: nulli dubium erit,quin & ius patronatus competẽs alicui,vt domino fundi conſtituentis vniuerſitatem in emptorem tranſeat pro quo eſt tex. ſing.iuxta Cardi.interpretationem in.c. cum Bertholdus.de re iudi.ſi quidem curia illa fundus eſt qui vniuerſitatem conſtituit. Et ea ratione ſi quis apud nos haberet fundum quem vulgo. *Heredamiento* appellamus eum certo nõmine prędictum, intra quem dominus fundi haberet ius patronatus: item alia iura quæ vniuerſitatem conſtituerent aſſerendum eſt ad fundi emptorem ius patronatus tranſeat vt tenet D.Epiſcopus in.d.nu.3. quod in practica ſumme notandum eſt.

Quarto amplia,vt non tantum dicta regula procedat, quando vniuerſitas venderetur, ſed etiam ſi infeudaretur, nam hoc caſu cum infeudatione villæ vel vniuerſitatis tranſit ius patronatus.ita probat Paul.de Citadi.in dict. tract.de iure patrona.9.par.q 19.Rochus in.d. verbo:ipſe vel is à quo.q.23.prin Carol.Moli. in.d.glo.10.nume.4.quam fatetur eſſe communem opinionem Lamb.d.1.lib.2.par.q.7. prin.nu.8.

Quinto amplia,vt etiam procedat in legato,quia legata vniuerſitate cenſetur legatum ius patronatus Bal.& Paul.in.l.monumenta. C.de legat.Cæſar Lamb.d.li.1.2.par.q.3.prin. arti.6.Paul.de Citad.in.d.9.par.q.22.

Limita tamen primo, ſupradictam regulam,vt procedat in vniuerſitate habili, ſecus in vniuerſitate inhabili. Nam licet venditio omnium bonorum dicatur vniuerſitas, quia bonorum appellatio vniuerſitatem continet l.bonorum.ff.de verbo.ſig. non tamen habilis eſt vt cum omnium bonorum venditione trãſeat ius patronatus.quod tradunt Innoc Ioan. And.& Car.q.11.in.d.cap.ex literis. Paul.de Eleazar.in diſputatione quadam quæ incipit pãtron9 ſancti Marti. col.10.Fel.in c.cauſam nume.8.de præſcrip.Ioan. Mil. in ſuo reper. in verbo,Patronatus ius Cæſar Lamb.in.d.li. 1.2.par.q.5.arti.14.nume.5. Quanuis opinionem contrariam ſequatur Abb.in.d.c. ex literis.Bal conſi.1.vol.3.Deci.cõſ.127 Rochus. in.d.verbo,ipſe vel is à quo.queſt.23.& Caro. Mol.in.d. glo. 10.nu.8.ſed ipſe primã Inno.

&

& aliorum ſententiam ſequor quam nouiſsime approbat D. Epiſcopus Segou. d.c. 13. nu. 4. nec obeſt huic opinioni. d.l. Bonorum. Eſt enim verum quod bonorum appellatione vniuerſitas continetur, quando agitur de alicuius ſucceſsione nam hoc caſu verbum bona pro hæreditate accipitur & ita vniuerſitatem ſignificat.

Secundo limita, niſi in tali venditione vniuerſitatis exprimeretur & nominaretur ius patronatus, quia hoc caſu non tranſit in emptorem vt probat Donn. qui late poſt alios diſtinguit in. c. vni. nume. 5. de iure patro. lib. 6. Abb. Fel. & omnes. in. d. c. querelam. de ſimo. Abb. col. vlti. & ſimiliter Felin. ibi col. vlti. in c. quanto. de iudi. ſumma Angeli. in verbo, ius patronatus. §. 12. Paul. de Citadi in. d tract 9. par. q. 3. limi. 3. Cæſar Lamb. in. d. lib. 1. 2. par. q. 5. arti. 10. nume. 7. Et ſi contrariam opinionem tenuerit Caro. Molin. in. d. glo 10. nu. 15. quod ius patronatus in emptorem tranſit, etiã ſi in vniuerſitatis venditione de eo mentio fiat in verbis executiuis, vel diſpoſitiuis, ſiue per copulam, ſiue per dictionem cum, aut alias. à quo tamen cauendum eſt qui aliquos doctores allegat, qui non ita indiſtincte, vt ipſe allegat contrariam ſententiam ſequuti fuerunt.

Tertio limita, vt non procedat quando vniuerſitas non venderetur, ſed daretur in pignus, quia hoc caſu ius patronatus minime tranſit in creditorem text. not. in. c. cum Bartholus. de re iudi. & hãc opinionem cõmunem eſſe fatetur Ioan. Igne. in. l. 1. §. ſeruus pignori. nu. 3. ff. ad Sylla. idem etiam profitetur Grego. Lup. in l. 9. ti. 15. par. 1. in verbo, *Empeñado*. vbi dicit quod licet regia lex ibi contrarium diſponat, cum hæc ſit communis opinio canoniſtarum forte quòd in lege illa dicitur non recipere retur. Et vera ratio diſcriminis inter venditionem, vel locationem, & pignoris conſtitutionem: circa tranſlationem iuris patronatus col ligitur ex eo quia quando vniuerſitas datur in pignus, fructus à creditore medio tempore percepti reſtituendi ſunt vel in ſortem computandi. Is vero qui emit vel conduxit vniuerſitatem nullos fructus reſtituere tenetur. Sed fructus iuris patronatus minime recipiũt æſtimationem, & ideo nec reſtitui nec in ſortem computari poſſunt: & propterea ius patronatus in creditorem non tranſit. Ex qua ratione aperte ſequitur quod hæc limitatio ſiue declaratio non procederet, quando is qui ex re pignorata fructus percipit minime eos reſtituere tenetur, nec in ſortem computare. iuxta egregiam deciſionem text. in. c. ſalubriter. de vſur. Et ſic in generum tranſit ius patronatus & præſentandi, cum vniuerſitate ſibi in pignus pro dote tradita ita ſingulariter ſcribit Cæſar Lamb. in. d. lib. 1. 2. par. q. 9. prin. arti. 2. numero. 4.

Quarto limita, niſi in venditione vniuerſitatis, non eſſet niſi ius patronatus, vel aliquid pluris, & pretium excederet illius pluris æſtimationem, quia hoc caſu venditio hæc cenſetur in fraudem facta, vt venderetur ius patronatus & ſic in emptorem non tranſit vt cenſet Cardi. in. d. c. ex literis. q. 11. Lamb. d. lib. 1. 2. par. quæſt. 5. prin. arti. 15. num. 5. Rochus de Curt in. d. verbo, ipſe vel is à quo. q. 23. col. 2. quo loco hanc limitationem quatuor fundamentis confirmat.

Quinto limita, vt non procedat in decimis quia cum vniuerſitatis venditione minime tranſit ius percipiendi decimas, cum hoc ius mere ſpirituale. ſit vt probat Imo. in. d. c. ex literis. in prin. Abb. & Ana. in. d. c. querelam. de ſimo. Barb. in. c. quanto. col. 8. de iudi. Fabi de monte ſancti Sabi. in. d. tract de empti. & vendi. 4. q. prin. q. 15. & hanc dixit eſſe veritatem Lamb. d. 1. lib. 2. par. q. 5. princ arti. 15.

Sexto limita, vt regula minime locum habeat quãdo vniuerſitas daretur in depoſitum, niſi in vim ſequeſtri depoſitum factum fuerit: hanc fatetur eſſe communem opinionem Cæſar Lamb. in. d. 1. lib. 2. par. quæſtio. 9. artic. 3. nu. 7. Et quanuis hæc & quę præceſsit proprie limitationes non ſint, ſunt tamen optimę declarationes huic regulæ & ideo minime ſunt contemnendę.

REGVLA. CCCCII.

Ius ſeu priuilegium reuocandi domum. ſi competat alicui, & cœpit aliũ conuenire durante cauſa conceſsiua dicti iuris, ſeu priuilegij: tunc poteſt cõueniri, & cogitur defendere ſe. tex. eſt in. l. 2. §. ſed ſi agat. ff. de iudi. & tenet glo. & doct in. c. fi. de foro comp. habes Hiſpane legem idem diſponentem in par. 3. titul. 3. l. 4. quæ etiam ſe ipſam limitat.

Limita

Limita quinque modis, vt per Maria. in.d.c.fin. col.28. qui in materia iſta iuris vocandi domum pulchre & ordine ſingulari per ſex colũnas precedentes, & per quinque ſequẽtes plura deſcribit, quas quinque limitationes tranſcripſit Feli.ibi.in col.antep.

ANNOTATIO

Adde & amplia ſingulariter hãc regulam, vt in tãtum procedat quod is qui priuilegium habet reuocandi domum, non ſolum teneatur reſpondere his aduerſus quos egerit, ſed etiam omnibus. ita videtur probare tex.in.l.2.§. ſed ſi agant.ff.de iudi. & ibi Alb.Ang. Paul. Fulg. & Iacob.de ſancto Georg. & hoc tenuit Innoc.in.c.vlti.de foro comp. & hanc opinionẽ cõmunem eſſe fatetur inſignis Preſul Segou. in practi, queſt.c.5.nume.4. Et ſi opinio contraria quibuſdam antiquioribus placuerit quos refert Accurſius.in.d.§.ſed ſi agant. & prẽter eos Iacob.de Rauena & Butri. & Nicola. quos refert ibi Alberi. quorum opinio. probatur regia.l.4.ti.3.par.3. quæ apud nos obſeruabitur.

REGVLA. CCCCIII.

Ius accreſcendi ceſſat, vbi portio vacans fuit acquiſita. tex.in.l.aquam. ff. quem ad.ſerui. amit. l.1.§. interdum ff. de vſufruct. accreſcen. Platea.in.l. 1. C. de lib. imp. Soci. lib. 10.

Limita nouem modis, vt per Iaſ. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. col. 47. cum duab. ſeq. à. numero. 221. vſque ad numerum. 238. & eundem Iaſ. in.l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo. obliga. à nu. 5. vſque ad decimum.

ANNOTATIO

Adde circa hanc regulam. 19. caſus in quibus ius accreſcendi locum non habet quos docte & diligenter ſcribit Ferdi. Mencha. de ſucceſſ. creati. lib. 1. part. 1. §. 10: nume. 167. fol. 190.

De litera. L.

REGVLA. CCCCIIII.

Legãs extraneus mihi rem meam alteri pignoratam cenſetur grauare hæredem, vt illud pignꝰ liberet ſoluendo debitum principale. tex. eſt in.l. ſi tibi homo. in princi. ff. de leg. 1.

Amplia vno modo & limita quatuor modis, hanc regulam, vt per Iaſ. in.d.l. ſi tibi homo col. 2. cum ſeq.

REGVLA. CCCCV.

Legatarius habens electionem legati alternatiui, nõ poteſt eligere partem in vno, & partem in altero, quando in vna parte alternatiuę legatum eſt vnum, & in altera plures quantitates ſubrogatę loco vnius tex. eſt in l. ſi ex toto. §. ſi ita legatũ. ff. de lega. 1.

Limita tripliciter hãc regulam, vt per Iaſ. poſt Pet. de Bexu. in. d. §. ſi ita legatum.

REGVLA. CCCCVI.

Legatarius cui facultas eligendi competit, debet rem mediocrem elegere. tex. in. l. ſi. §. 1. cõmu. de leg. tex. in l. ſi quis argentum. §. 2. C. de dona. tex. in. l. legato generaliter. & in. l. ſi hęres generaliter. ff. de leg. 1.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. poſt omnes docto. ibi in. d. l. generaliter.

REGVLA. CCCCVII.

Legatarius qui rem legatam propria authoritate occupat cum vitio cadit ab omni iure ſuo. text. in. l. non dubium. C. de lega. qui eſt ſingularis ſecundum Paul. ibi.

Amplia

Amplia siue sit legatum generis, siue speciei not. Bar. & communiter doct. ī. l. extat. ff. quod met. cau. & not. Alex. in. d. l. non dubium.

Limita non habere locum in legatario, cui data est licentia propria authoritate apprehendendi rem legatā. vt in. l. Titia cum testamento. §. 1. secundum vnum intellectum. glo ff. de leg. 2. & Alex. in. d. l. non dubium. vbi vide Ias. latius in hoc scribentem.

Secundo limita, non habere locum in legatario qui esset executor testamenti not. Bal. Ang. Salic. & Paul. in d. l. non dubium quos ibi refert Alex. alios etiam ad hoc referendo & vide ibi Ias. qui idem sequitur.

Tertio limita, in instituto in re certa, quia licet talis censeatur legatarius dato cohęredi vniuersali, tamē potest illam rem propria authoritate apprehendere, nec incidit in pœnam priuationis. ita limitat Ias. in. d. l. non dubium. in fin. col.

Quarto limita, in eo cui relicti sunt annui fructus certi fundi, quia si hæres neglexit facere coli & seminare fundum, potest legatarius propria authotitate apprehendere possessionē talis fundi. not. Bal. in. l. vni. §. excepto. C. de cadu. tollen. quē refert Ias. in. d. fi. col. sic restringens istam regulam. Consuluit tamen Bal. vbi supra quod tutius sit hoc protestari.

ANNOTATIO

Adde Antoni. Gome. 1. tomo vari. resolu. c. 12. num. 19 quo loco regulam hanc cum duabus tantum limitationibus descripsit. Eādem regulam cum quatuor eisdem limitationibus quas hic constituit author tradit Guil. Bened. in. c. Raynuntius in verbo, si absque liberis. in 2 nu 145. de testa.

Et primam limitationem, quā author huic regulæ constituit sequutus fuit Rod. Suar. in l. quoniam in prioribus. 7. quæsti. circa legem Pe. g. nume. 18. fol. 102. Alcia. respo 607. nu. 3. quam communem esse fatentur Ripa in l. Centurio. nume. 52. & 53. ff. de vulga. Rube. consi. 43. num. 4. Ioan. Bap Plotus in tract. de in litem iur. § 2. nume. 28. Quæ quidem limitatio in tantum procedit, quod non solum dicta facultas capiendi rem legatam propria authoritate concedi potest expresse, verum etiā tacite. Vnde si testator prohibet vim legatario fieri in rebus legatis, concessa censetur dicta facultas. vt tenuit Bal. in. l. 1. C. commu. de lega. Alex. in. l. nemo potest. col 4 ff. de leg. 1. Angel. de Gambe. de Arc. in tract. de testam. §. R. talem vineam, in fine Anto Rub. d. nu. 4. Idem si testator dicat quod legatari' capiat rem libere. Ias. in. d. l. nemo potest. q. 4. Quia talis dictio idem operatur, ac si diceretur sine alterius consensu. ex gle. sententia in c. cum plures. in verbo, libere. de offic. de lega. Idem si testator dirigeret verba ad legatarium dicendo capias rem à tepso. glo. in l. Titia cum testamento §. Lucius ff. de lega. 2. vbi Alber. se non vidisse similem glo. fatetur. Idem Alb. in l. 1. § rediguntur ff. quorum lega. non solū testator potest concedere legatario dictam facultatem capiendi rem legatam propria authoritate, verum etiam aliam quamque rem suam, vt eam iure pignoris habeat, quousque res legata sibi tradatur. vt bene probat Rod. Suar. in. d q. 7. nume. 18.

Primo tamen sublimita hāc limitationem, vt procedat tantum quando testator tempore condi i testamenti rem legatam possidet, quia hoc casu absque dubio potest hāc potestatem legatario concedere, secus vero si eo tempore illa res quę legatur possideatur ab alio. arg. l. quanni. §. 1. ff. de acqui. posse. vbi est not. glo. probans quod ita demum per actum constituti transfertur possessio, quando faciens huiusmodi actum possidebat non autem alias. vbi eum sequuti sunt Ang. Rom. Raph. Com. Alex. Fran. Areti. & fere omnes doct. dicitque ipse Ang. ibi se pluries aduocando illam gloss. allegasse & obtinuisse contra asserentes in re possessionem esse trāslatam per constitutum, qui ibi fuerunt cauti in probando constitutē tem possidere tempore quo constituit. & vide glo. in l. 2. in verbo, tradita. C. de acqui. poss. Bar. in. l. quædam mulier. vbi Bal. vtraque lectione & Ang. ibi col. 1. ff de acqui. poss. Cor. consi. 5. col. 6. lib. 2. & consi. 17. col. penul. col. lib. Vital. de Camb. in tract. clausu. fol 52. in clausula. Constituit se precario. col. 2. ver. Illud

Iud quod dicitur Matheſe. not. 67. & 171. Bertran. conſilio. 12. nume. 16 lib. 1. & conſil. 30. numero. 7. & 10. eo. lib. Carol. Rum. conſilio. 46. col. 2. numero. 5. lib. 4. & conſilio. 127. col. 4. lib. 5. Hierony. Gra. conſilio. 117. col. 2. lib. 1. Matthæ. de Afflict. Neapoli. deciſio. 37. col. 3. & deciſio. 40. col. 3. & deciſio. 335. col. 2. Mar. de Mantua conſilio. 256. col. 2. nume. 16. & alios prope infinitos quos And. Tiraq. refert idem ſequutus in tract. de iure conſtit. 3. part. 1. limi. nume. 2. & 8.

Ex quo inferri poteſt ad meliorationes quę paſsim fiunt in hoc regno, videlicet quod ita demum melioratio traditione ficta conſtituti, vel ſcripturę conceſsionis, vel retentione vſusfructus rerum, de quibus melioratio facta fuit irreuocabilis efficitur ſecundum diſpoſitionem. l. 17. Tauri quando tempore talis fictæ traditionis faciens meliorationem poſſidebat res in quibus melioratio facta fuit, alias bene poſſet per eum reuocari, quanus ex poſt facto poſſeſsio rerum, in quibus melioratio facta fuit ad meliorantem ſuperueniſſet. quod ante nos tenuit D. Peralta certiſsimus legum vates & noſtræ tempeſtatis legalis cenſuræ ſidus in l. Titia cum teſtamento. §. Lucius. numero. 5. ff. de legat. 2. quod ad dictam regiam conſtitutionem ſumme notandum eſt.

Secundo ſublimita, vt minime permiſſum ſit legatario prętextu talis facultatis legatam rem accipere quando hæres reſiſteret, quanuis etiam in hoc caſu minime legatarius incideret in pœnam amiſsionis iuris rei legatæ. vt docte conſiderauit Ripa in. d. l. Centurio. nume. 53. Bal. conſi. 435. vol. 1. Plotus in d. §. 2. nu. 29.

Tertiam vero limitationem tenuit Bar. in l. ex facto la magna. col. 2. poſt medium, ff. de hæredi inſtitut. Angel. de Peru. in dict. §. Lucius. vbi D. Peralta hanc opinionem communem eſſe fatetur numero. 7. & ante eum idem profeſſus fuit Antoni. Rub. conſi. 413. nu. 5. Licet alter. Angel. antiquior ſcilicet Perusinus immemor Bar. contrarium teneat in. l. 1. §. ſi quis ex mottis. ff. quorum lega.

Ex qua limitatione ſingulariter & noue inferri poteſt, quod etiam ſi quintū bonorū. prælegatū ſit legatū particulare, vt in. l. cū aūt pars bonorū. in fine. l. præcedentis & in. l. non amplius. §. cum bonorū. ff. de lega. 1. Tamen ſi quis hodie per teſtatorem in eo eſſet inſtitutus, poſſet propria authoritate poſſeſsionem accipere ſi in aliqua re certa eſſet deſignatum, quando eſſet certum & notorium, vel per confeſsionem hæredis, vel per notorietatem facti, attentis facultatibus teſtatoris, quod illa res in qua fuit conſtituta melioratio non egreditur ſummam taxatam. Ita egregie ſcribit Rod. Sua. in dict. 7. declara. nume. 17. Idem etiam legatario permiſſum eſſe cenſet inſignis Peralta in dict. §. Lucius. Si in genere & non deſignatis rebus, tale quintum relictum fuerit iure inſtitutionis tum modo talis melioratus id faciat præmiſſa proteſtatione, quod bona illa quorum poſſeſsionem ingreditur, vult habere reſpectiue, ſeu proportionaliter proportione ſibi competenti.

Primo tamen, vltra authorem & alios quos ſupra a legauimus limita iſtam regulam, quando legatarius bona fide caperet bona ſibi legata (puta) quia nondum ſepulto cadauere defuncti ignorauit (prout ignoraſſe præſumitur) hæreditatem aditam eſſe per hæredem, & per eum poſſeſsionem adeptam, tunc equidem ſi talis legatarius poſſeſsionem rei legatæ apprehenderet, ſolum tenetur poſſeſsionem hæredi reſtituere, & illam poſtea ab eius manu capere & ſic non cadit à iure ſuo. Ita tenuit Old. conſilio. 107. col. vltim. Deci. conſilio. 243. col. vltim.

Secundo limita, non procedere in legatario cui legatum ſub conditione relictum eſt, quia ſi antequam verificetur conditio poſſeſsionem rei legatæ ingreditur, (quia licet illam hæredi teneatur reſtituere) poſtea tamen verificata conditione illam conſequi poteſt. ita audaciter teneo contra Bald. Paul. Angel. de Peri. in leg. omnia. §. fundum. ff. de legat. 2. Primo quia id colligitur ex dict leg. non dubium. dum text. dicit, *Proportione competenti*. Et ſic text. ille vult quod legatarius minime priuetur portione competenti. Quia verba præſentis temporis, prout nec præteriti non ſunt adaptabilia ad tempus futurum. l. ſi ita legatum. ff. de aur. & argent. legat. l. ſi ita quis. ff. de lega. 2. ſecundo quia. d. l. non eſt dubium eſt exorbitans a regulis iuris commu

nis. Item est pœnalis prout aliud agens Paul. de Castro ibi tetigit ergo extendenda non est l. si vero §. de viro. ff. solu. matri. cum simi. & hoc asseuerauit And. Alcia. respo. 607. nu. 2. dicens quod. d. l. non dubium continet maximum rigorem, & quod in practica difficiliter iudicaretur pro dicto rigore nisi eius dispositio ad vnguem fuerit verificata. Tertio quia tempore huius occupationis legatario nullum ius in re legata competit. tex. in. l. vni. §. fin autem. C. de cadu. tol ergo non potest legatarius dici priuari iure suo cum nullum ius in re habeat, quia non potest quis prius desine re esse quam esse incipiat. vt regulis naturæ consonum est & probatur in. l. Sempronius Attalus. ff. de vsufruct. leg. l. Titio vsusfruct⁹. ff. de condi. & demonstra, Quarto quia in confiscatione, vel priuatione bonorum non veniunt iura conditionalia, nec bona de futuro acquirenda. gloss. nota. in. l. non ad ea. ff. de condi. & demonstra. quam dicit Bal. non esse alibi in leg. etiam. C. ad leg. Falci. & probatur in. l. eius qui post princip. ff de testam. & ibi Paul. de Castro. ad idem est text. in l. si deportati seru. ff. de legat. 3. & in. l. si tibi mandauero §. is cuius bona. ff. manda. text. in cap. fœlicis. §. verum. de pœnis lib. 6. Et faciunt quæ not. Bar. in l. quoties. ff. de noua. Bal. in. l. 2 C. de bon. lib. col. 2. vbi Alexan. Fran. Cur. Sen. cons. 60. col. 10 Iserni. in. c. 1. col. 3. in fine ver. Non obstat quæ sit prima causa benefic. admit. Deci. cons. 445. numer. 65. Roma. sing. 170. Sic in proposito casu iste legatarius conditionalis cum nullum ius de præsenti tẽpore occupationis rei legatæ habuerit non potest videri ex tunc amisisse id quod postea adueniente conditione erat habiturus. Quinto mirum inmodum huic opinioni conducit glo. in. d. l. non dubium quatenus probat, quod capacitas, & incapacitas legatarij quo ād ipsam rem legatam, attenditur tempore conditionis existentis. ergo censendus non est talis legatarius indignus vt tali legato priuari possit ob occupationem factam, pendente conditione, illius iuris quod sperabatur sibi competere aduenciente conditione.

Tertio limita, vt procedat regula quando quis propria authoritate capit res sibi legatas, secus si accepisset alias res hæreditatis sibi non legatas, quia per hoc minime cadit à iure suo earum rerum quæ sibi legatæ sunt. Facit tex. in. l. obtentu. C. de crimine expila. hæredi. & not. Andre. Alci. d. consi. 607. nu. 5.

Quarto istam regulam limita ex Iaf. sententia. nume. 14. in l. cum quis. C. de iuris & facti igno. qui sequutus Baldi authoritatem in l. 1. col. 2. nume. 5. C. de testamen. scribit, posse legatarium propria authoritate rem legatã capere ex testamento minus solenni, si aliter rem illam assequi non posset. propter celeberrimam sententiam glo. in cap. ius gentium. 1. dist. Quæ dat creditori facultatem occupandi rem sibi debitam propria authoritate, si ex iudicis manu ipsam habere non posset. Sunt que eiusdem opinionis cum glo. illa Innoc. in c. olim. 1. nume. 8. de resti. spoli. & ibi Abb. col fi. Bar. in l si alius. §. belissime. ff. quod vi aut clam. Deci. in. l. non est singulis. col. 1. ff. de reg. iur. Ioã. Lup. in c. per vestras. § 1. not. 1. nu. 14. de donati. inter. vir. & vxor. Ripa. in. c. 1. nu. 89. de iudi. Præsul. Segou. lib. 1. vari. resolu. c. 2. nu. 15. quam fatetur esse cõmunẽ sententiam Adria. in. 4. de sacram. pœni. ti. de restituti. § sed dubium videtur. col. 1. Vsq; adeo quod occupator hic nõ teneatur rem ablatam restituere ad literas monitorias episcopi. vt bene probat insignis Martinus Nauarrus. in. c. inter verba nume. 792. 11. q. 3. Imo si propriã rem meam assequi nõ possum equivalentem illi licebit mihi auferre. ita tradiderunt Anto. & Abb in. c. olim. Iaf. nu. 8 in. l. 1. de testam. Sed mea sentẽtia limitatio hæc ex multis deficere videtur, maxime ex eo, quod eius fundamẽtum in hoc casu minime procedit, nam gloss. & aliorum sententia procedit in re vere debita, non vero in re indebita qualis est quæ in testamento minus solẽni & imperfecto relicta est. Secundum communem sententiam Bal. in l 1. nume. 55. C. de sacro. eccle. Iaf in. l. post diu sionem. nu. 5. C. de iuris & facti igno. quam sequitur & late examinat D. Episcop. Segou. in. c. cum esses nu. 8. de testam. Domi. Soto lib. 4. de iust. & iure. q. 5. arti. 3.

Quinto limita vt regula procedat in legatario qui de hæreditate subtraxit legatũ, etsi vi ablatiua secus vero si legatari⁹ tẽpore mortis testatoris penes se legatũ habuit, quod retinuit & nõ accepit à manu hęredis qua cum nulla vis ablatiua interuenerit nõ verificatur. d. l. nõ dubiũ dispositio ita eleganter consuluit And. Alcia. d. consi. 607. Et quanuis per huiusmodi retentionem legatarius nõ priuetur re legata, potest

potest tamen hæres eam à legatario abdicare, vt cõsequatur falcidiam.ita probat text.not.& ibi Bar.in.l.linea Margaritarũ ff.ad leg.Falci. Quod quidem procedit præterquam si res legata sit penes legatarium de voluntate testatoris,quia tunc poterit eam retinere, nec ab hærede potest ab hærede quia hoc eundem effectum operatur ac si testator dedisset facultatẽ capiendi propria authoritate rem legatã quod sentit glo.in.l.1.C.quorũ Bar.in.l.1.§.si quis ex mortis.ff.quorum lega, Paul. de Castro in d.l.linea magaritarum.

Sexto limita, vt regula procedat quando hæres voluisset vti retentione legati propter Falcidiam quæ forte immineba:sed si nõ immineret Falcidia & hoc esset certum hoc casu poterit legatarius legatam rem occupare.nec eius possessionem hæredi restituere tenetur. ita tenet glo.notan.l.1.C.quor.lega.vbi Cyn. Sali.& Bal.Rod.Suar.d.q.7.nu.17.

Septimo.d regula non procedit nec seruatur in regno Francię,sicuti illo regno non seruantur cæteræ leges,panitẽtes inuasores rerum priuatione iuris qualis est lex meminerit. C. vnde vi.l.stat.ff.quod metus caus. ita testatur Guil.Benedi.in.c.Raynũtius in verbo,si absq; liberis mor.2.nu.135.de testa. Idem testatur Petrus Rebuff.in proœmi.cõment.in const. Reg.Gall.glo.5.nu.76.

Octauo limita,vt nõ procedat hodie in his Hispaniarum regnis hærede repudiante,vel à directo nolente, potest legatarius propria authoritate capere rem legatam. Ita videtur disponere reg.alex.1.ti.2.lib.5.ord.ibi *El fustituto,o fostitutos*.& ita per illam legem tenet sub dubio tamen doctissimus Tellius Ferdi.in.l.3. Tauri.3.par.nu.nc.6.sed opinionem hanc iure reprehendit D.Antoni.Padilla nunc Philippi secũdi huius nominis Hispaniarũ regis meritissimus iustitiæ consiliarius supremus.

Nono limita,quando possessio rerum legatarum est vacans.l.pen.& ibi glo. ff. pro leg. glo.in.l.1.in verb. vt perinde. & ibi Bar. ff. quor.leg.Azo in summa.C.co.ti.Cuma.cons. 61.Alex cõs.161.li.6.& tenẽt alij quos refert. Mar.Anto. Nattæ cons.233.nu.3.vol.2.

REGVLA. CCCCVIII.

Legatarius si stipuletur ab hærede seruum in specie sibi legatum, nõ esse fugitiuum,nihil plus sibi debetur,quã esset in legato per stipulationis adiectionem. tex.est in.l. si à substituto.§. fin.ff.de leg.1.& in.l.si legati serui.eo. ti.vbi not.facit.tex.in.l.5.§. cõuentiones.ff.de verb.oblig.& tex.in.l.1.§.si qs sub cõditione.ff.vt leg.vel fideicõ. nom.caue.licet enim regia lex permittat legatũ valere sine hęredis institutione, aut aditione,nunquã tñ legatario facultatem capiendi rem legatam propria authoritate concessit,in.l.ea quã.nu.115.C.de fideicom.

Limita dupliciter, vt per Iaf.in.d. l.si legati serui.col.1.num.3. vsque ad finem.

REGVLA. CCCCIX.

Legatarij in causa testamẽti testes esse possunt. Ita concludit Abb.in.c. in sup.de testib.cui assentitur ibi Feli. col.antep.post medi.licet dicat, quod iste est passus difficilis de quo ad varia doctorum loca se remittit.& ita videtur tenere Iaf.in.l. distantibus.in prin.C.de testa.probat tex.in.§.legatarijs.institu.de testa.& in.l.qui testamenta.in prin.ff. eod.text. melior de iure in.l.si quis ita.ff.de duob. re. vide tu Hispane.l.11.ti.1.par.6.

Limita dupliciter,vt per Feli.in.d. c.insuper.col.pen.in prin.

ANNOTATIO.

Adde pro huius regulæ vera interpretatione, & vt perfectè intelligatur quando legatarij sunt testes legitimi & idonei in testamentis, hanc distinctionem, quæ propositis quibusdam conclusionibus interpretabitur, cum melius aliter non possit enucleari. Sit itaque distinctio,aut loquimur in testamento nuncupatiuo, aut in testamento verè in scriptis. Primo casu, aut non fuit confecta scriptura aut fuit.

Ad primum igitur & eius partis primũ mẽbrũ,hoc est in testamento nuncupatiuo absq;

ſcriptura hoc equidem caſu de iure videbatur quod legatarius non eſſet teſtis idoneus, quando in teſtamento ſolum interuenerunt teſtes neceſſarij ſecundum iuris diſpoſitionem. Ita tenuit Ioan. And. poſt Vicen. in c. inſuper de teſtib. vbi docto. Imo. in. l. qui teſtamento. ff. de teſta. Barb. conſi. 58. col. 9. vol. 1. Soci nep. conſi. 89. nume. 15. vol. 1. quam eſſe communem opinionem profitetur Curti⁹ iunior cōſ. 178. numero 18. Quibus mea ſententia aperte refragantur. l. dictantibus. C. de teſta. & l. qui teſtamento. ff. de teſta. quarum legum diſpoſitio intelligenda eſt in teſtamento nuncupatiuo, etiam de quo ſcriptura confecta non fuit: & quando legatarius fuit vnus de teſtibus a iure neceſſarijs. Nam ſi dicta iura loquerentur, quādo legatarius fuit teſtis ſuper numerarius, eſſent profecto inania & ab omni difficultate & dubio aliena quod de legibus noſtris aſſeuerare temerarium foret. qua ratione Bar. ſic dicta iura & rem hanc interpretatur. in. d. l. qui teſtamento. vbi Areti. opinionem eius communem eſſe fatetur col. 2. & ſequitur ibi Coſta. Rog. nume. 8. Corne. in. d. l. dictātibus. nu. 8. & 9. eandem aſſeuerat eſſe communē & receptam ſententiam Tobias. in. §. legatarijs nume. 8. inſtitu. de teſt. licet in ver. Ego enim primam Ioan. And. opinionem ſequatur iſtā dicit communem eam ſequutus Tellus Ferdi. in. l. 3. Taur. 2. par. numē. 13. Et ſic firmiſſima ex ſupradictis magis vera & magis communis elicitur conclusio, quod vbicunque agitur ſiue tractatur de veritate, ſiue ſolemnitate teſtamenti nuncupatiui, de quo minime fuit ſcriptura confecta. ſi legatarius ſit vnus ex teſtibus neceſſarijs, valet eius teſtimonium, inter venientes ab inteſtato & hæredes, vel inter alios legatarios, reſpectu tamen ipſius legatarij agentis non erit teſtis idoneus licet Sali. & Benedict. de Plumbino. in. d. l. dictantibus contrarium tenuerit. Sed contra eos communis doctorum ſententia, vt prudēter aſſeuerat Soci. in. d. l. ſi quis ita. nume. 6. ff. de reb. dub: ex optima deciſione text. in. l. in omnibus. C. de teſtibus.

Secunda concluſio, ſi in teſtamento nuncupatiuo de quo ſcriptura confecta nō fuit, hæres ſemel vſus fuerit legatarij teſtimonio, ad ſolēnitatem teſtamēti probandam. & poſtea legatarius ipſe agat contra hæredē: hoc caſu poteſt eſſe teſtis ad complendum numerum teſtium. qui ſunt in teſtamento neceſſarij. Ita ſcripſit Bal. in. d. l. qui in teſtamento. §. in ſolutione. quod ea probat ratione, quia cum hæres iam approbauerit perſonam legatarij, non poteſt amplius eidem legatario legatum petēti contradicere cum teſtamentū & eius fides ſit indiuidua. Idemque aſſeuerat idē Bal. in l. in omnib⁹. C. de teſta. ſequitur Imo. in. d. l. qui teſtamento. Sed Baid. opinio minime placuit Areti. in. d. l. qui teſtamento col. 2. & Corn. in d. l. dictantibus dubitat licet poſtea velit quadam concordia hoc decidere dicēs, quod ſi in ſpecie hæres articulauit delegato non poſſit poſtea reprobare. & in effectu ſequitur Thobias in. d. §. legatarijs. nu. 10. Et Areti. & Cornei opinio cōtra Bal. & Imo. verior mihi videtur cū nullus in propria cauſa ſit idoneus teſtis. text. in. d. l. in omnibus. C. de teſt. Nec obſtat Bal. ratio nam nō ſequitur quod ſi hæres legatarij teſtimonio vſus fuerit, cum eū in teſt. produxerit, quod voluerit cum approbare, vt cum eſſet pars agens pro legato ſibi debito in propria cauſa poſſit dicere teſtimonium, cū ſint diuerſæ approbationes, & ex diuerſis non ſit illatio. l. Papinianus exuli ff. de minoribus.

Tertia concluſio, in teſtamento nuncupatiuo de quo ſcriptura confecta eſt legatarius eſt teſtis idoneus, quia fides teſtamenti ab ſcriptura dependet ita tradiderunt omnes doctores in. d. l. qui teſtamento. & in. d. l. dictantibus cum ſi teſtes omnes morerentur ſola ſcriptura ſufficeret vt dicit Bal. in l. 9. queſt. C. de teſta. Bal. in c. 2. nume. 2. de fide inſtrum. & eſt de hoc egregia. l. 4. titul. 2. part. 6. ibi, *Y maguer ſe murieſſen los teſtigos, deſpues que eſto ouieſſen hecho, valdria el dicho y la eſcriptura de ellos, bien aſſi como ſi fueſſe teſtamento acabado.* Et ratio eſt quia iam teſtamentum non dependet à numero teſtium ſed a ſolemnitate ſcripturæ vt aſſerit Bal. in. d. queſtio. 9. D. Caſtillo in. l. 3. Taur. col. 3. ver. Et nota quod ſcriptura.

Quarta cōcluſio, in teſtamēto in ſcriptis legatarius ſemper eſt idone⁹ teſtis. vt eſt cōmunis doctorū ſentētia vt benè ſcribit Soci. in. d. l. ſi quis ita. nu. 6. & eſt bona. l. 11. titu. 1. par. 6. quam noſter author in regula allegat.

Sed examinari oportet qd in hac re de iure regio ſtabilitū eſt ſiquidē egregius noſter Gregori. Lup. in. d. l. 11. cōſtāter aſſeueret, quod cū hodie lege regia. 1. ti. *De los teſtamentos.* lib. 5. ordina deciſum ſit, quod ſi vitietur teſtamētū vel non adeatur hereditas ex eo, adhuc legata debentur, affirmandum eſt quod hodie nulla diſtinctiōe cōſtituta legatarij teſtes in teſtamentis

mentis esse possunt. & hac ratione innixus dictus Greg. in hac nouæ opinione resident. Et vt probem grauissimi & maturi iudicij vtrum in hac re lapsum fuisse notandum est, quod hic eo casu loquimur, quando legatarius vnus est de testibus necessarijs ad firmitatem testamenti: veluti quando quinque testibus probatur si faciliter tabellio haberi non potest: vel tribus quando plures haberi non possunt. Quo quidem casu de iure communi (vt dictus glossator sponte agnouit) testamentum erat inualidum ex eo, quod legatarius non est testis idoneus itaque in terminis iuris communis dicti opinio admittenda non est. Sed quid erit de iure regio? Videam⁹ an aliquid circa rem hac sit immutatum, & nisi me mea fallit opinio existimo eo etiam iure Gregorij opinio nō probari. Nam aut vitium extra testamenti solennitatem consideratur respectu numeri testiū, videlicet ex eo quod filius prætereatur, vel exheredetur, vel non adeatur hereditas, vel nullus heres in testamento institutus fuerit. his equidem casibus loquitur. d. regia l. quæ vult quod nihilominus si testamentum defectuosum sit in aliquo casu de supra dictis legata debentur. & hic non est casus noster quia quæstio de legatario quam hic tractamus considerari non potest. Si vero vitiatur testamentum, quia testium numerus sufficiens non interfuit, hoc casu ridiculum esset dicere quod legata debeantur, quia iam non est testamentum cum eius probatio necessaria deficiat. Et hac ratione cum in testamenti nuncupati validitas à testibus dependeat, si legatarius non est testis idoneus iam testamentum non est, quia eius probatio deficit. l. si vnus. C. de testa. Ex quibus manifeste sequitur, quod cum. d. lex nostri regni nihil mutet circa solennitatem testamenti, quæ dependet à testimonio legatarij, cum minime confirmet testamentum defectuosum probationis, sed tantum defectuosum in institutione & ea ratione Gregorij opinio explodituꝛ quem iure reprehendit nouissime Tellius Ferdi. in. d. l. 3. Tauri. 2. par. nume. 13. Imo vnum ibi dubitans dicit, quod ego de iure verissimum esse censeo, quod ex dispositione dictę legis regiæ nullus legatarius est testis idoneus in testamento vere nuncupatiuo, saltem vbi lex contenta est tribus testibus in testamento vbi plures haberi non possunt. Quia quando ex legis vel statuti dispositione numerus testium in testamentis reducitur ad aliquam quantitatem, in qua fraus de facili suspicari potest legatarius non est testis idoneus. ita colligitur ex Ioan. Fab. in. d. §. legatarijs. ver. Ego credo. Flori. in l. nullus. nume. 1. ff. de testi. vbi dicit quod si testamentum probetur per duos testes vt in casu §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de testam. legatarius non erit testis idoneus. & idem voluit Soci. in d. l. si quis ita. col. fin. asseuerans, quod in casibus in quibus legatarij possunt esse testes in testamētis requiritur quod testetur coram septem testibus, secus si coram paucioribus. vt in. d. §. ex imperfecto. & in casu tex. in. c. cum esses. & in c. relatum. de testamen. Imo quod plus est in casu. d. legis quando testamentum quinque testibus probatur legatarius testis esse non potest quod bene probat Tellius Ferdi. in. d. l. 3. Tauri. dict. part. 2.

REGVLA. CCCCX.

Legata reuocantur per solas inimicitias superuenientes, post factum testamentum, licet hæredis institutio non. vt in. l. ex parte. ff. de adimen. d. leg. Ponit Iaſ. in. l. hæreditas. 2. col. circa medium. C. de his quib. vt indig. vbi vide rationem diuersitatis. Et nota quod tales inimicitiæ debent probari per quinque vel septem testes. ita dicit Bar. post Din. in. l. hęredes palam. §. si quid post. ff. de testa. quod dicit mirabile Iaſ. in. d. 2. col. & sequitur hoc commendando idem Iaſ. in. l. filio quem pater. ff. de liber. & posth. 2. col. Cōtrarium tenet idē Iaſ. referendo Paul. ibi in. l. fideicommissum. C. de fideicom. imo quod duo testes sufficiunt.

Limita primo, nisi inimicitiæ precesserint culpa testatoris. tenet Bar. in l. cum tabulas. §. quoniam. ff. de his quib. vt indi. qui sic summit illum tex. quod dicit sing. Iaſ. & non legisse alibi in. d. 2. col. quod tamen ibi dicit falsum esse & adducit quatuor fundamenta in contrarium, quæ vide & asserit, quod neminem vidit qui

illud dictum Bar. approbet. Et idem contra dictam doctrinam Bar. dicit ipse Iaſ. in l. ſi filiã. 1. col. C. de inoffici. teſta. vbi eandem poſuit quę in. d. l. hæreditas. in hoc paſſu & opinioni Iaſ. contra Bar. aſſentitur Gerar. de Petra ſancta in ſing. 5. incip. regula eſt. & Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter vi. & vxo. fol. 48. col. 3. in fine & in prin. ſeq. vbi per totam col. ali qua cumulat quæ contra Bar. vrgent. Et dictę opinioni Iaſ. cõtra Bar. aſſentitur etiam nouiſsime Ioan. Fran. de Ripa in. c. 1. de iudi. col. 3. ver. Prima concluſio. & reſpondet. ad. d. l. in qua ſe fundat Bar. tu vide Barb. in. c. 1. in 19. col. de proba. vbi dicit ad hoc illum tex. valde celebrem & non refert doctrinam Bar. refert Philip. in. cap. cum ſpeciali in col. 7. in prin. de appella. Iſtam etiam regulam aliter limita, vt per Gerar. in. d. ſing. 5.

ANNOTATIO

Adde circa regulam iſtam Roma. ſing. 199 Anto. Gom. 1. tomo de vlti. volunta. c. 12. de lega. nu. 56. Guil. Bened. in rep. cap. Raynutius. in verbo, teſtamentum. 2. nume. 20. de teſta. Mari. Soci. conſ. 163. col. 6. vol. 2. Hippo. in l. 1. §. præterea. nu. 28. ff. de quæſtio. Ioan. de Ami. conſ. 4.

Primo amplia regulam iſtam, vt procedat etiamſi legatarius ſolum teſtatori maledixerit, & infauſtas voces aduerſus eum iactauerit: vt eſt caſus de hoc ſingularis in l. ſi inimicitię circa medium. ff. de his quib. vt indi. tenet Catel. Cotta in memor. iur. in verbo, inimicitiæ. & Mar. Anto. Nattæ, conſi. 462. numero 19. vol. 2.

Secundo amplia, etiam ſi poſt tales inimicitias teſtator codicillos fecerit, in quibus minime legatum factum reuocauit. ex Bar. in l. filia. §. Seyo. per text. ibi. ff. de adim. leg. not. Gerardus de Petra ſancta nota. 5.

Tertio amplia, vt idem affirmandum ſit nõ tantum ex cauſa inimicitiæ, verum etiam ex quacunque alia cauſa poſt legatum factũ contingenti, ex qua mutatio voluntatis præſumi poſsit. vt bene explicat Pariſius conſil. 10. nu. 21. vol. 3. Socin. Iunior. conſil. 124. nu. 52. vol. 1. Quod iudicis arbitrio relinquendum eſſe prudenter affirmat Bart. Socin. in l. ſi mihi & tibi. § in legatis. ff. de lega. 1.

Et vnicam limitationem, quam ex Bar. doctrina in l. cum tabul. § quoniam. ff. de his quib. vt indi. huic regulę conſtituit author approbauit Roma. d ſing 199. eam quę eſſe opinionem communem, quam multis cõfirmat, fatetur Catel. Cotta in. d. memora. incipi. inimicitiæ. Quanuis vltra doctores hic allegatos à Bar. deſcedunt Ioan. de Amicis. d. conſil. 4. domi. epiſcopus Segoui. 2. par. rub. de teſtam. nu. 19. ver. Quinto ex præmiſsis. doctor Peralta in l. legatum. nu. 3. ff. de lega. 2. Padilla in l. ſi ſuper poſſeſsione. nu. 20. C. de tranſactioni. quibus libenter ego accedo ob teſtatoris præſumptam voluntatem, quæ etiam locum ſibi vendicat in inimicitia eius culpa ſequuta quod. tex. probat. in l. 4. in verbo, *Pœnituerit.* ff. de adimen. lega. & ea ratione non dubito hanc eſſe veriorem & communem ſentẽtiam licet Cateli. Cotta falſo contrariam comunem eſſe in. d. ſuo memor. affirmauerit.

Secundo limita, vltra authorem regulam hanc, vt procedat quando poſt factum legatũ ſunt ortæ de nouo inimicitiæ capitales inter teſtatorem & legatarium: ſecus vero ſi leues, quia hoc caſu minime legatum reuocatur vt bene conſiderat. Anto. Gom. in. d. c. 12. nu. 56.

Tertio vtiliter limita, vt hæc regula minime procedat, quando legatarius ignoranter incidiſſet in inimicitiam cũ teſtatore, quia tunc minimè pribabitur legato arg. eorum quę not. glo. & Bal. in ſimili in c. 1. quib. mod. feud. amit. vbi habetur quod ſi quis inſultat dominum quem neſcit eſſe dominum ſuum feudum non perdit, niſi ignorantia eſſet craſſa & ſupina, quia paria ſunt ſcire vel ſcire debere. l. quod te. ff. ſi certum peta.

Quarto limita, niſi poſt inimicitiam redidiſſet legatarius in priſtinam amicitiam cum teſtatore, quia legatum reconualeſcit ex noua & tacita teſtatoris voluntate. text. in l. 3. §. vltim. ff. de adim. lega. vbi gloſſ. & doctores.

Quinto limita, quando legatum ſolutum fuit à teſtatore antequã ab humanis deceſſerit, quia hoc caſu tale legatum nõ poteſt prętextu inimicitię reuocari ita ſing. tenet Cuma. in d. l. legatum. num. 2. Tunc ſanè tale legatum tranſit in donationem nec patitur falcidiã vt

ſcribit

scribit Bar.nume.3.in.d.l. legatum. sequitur Paul in.l.Lucius.col.2.ver. Illum passum ff. de lega.2.idem Paul.consi.393.nume. 2. vol. 2.Iaſſ.in.l.filiæ dotem.col.2.in fine.C.de col la.Ioan.Crot.in.l.frater à fatre.nu.24.in fine. ff.de condi. indebi. Matth. de Afflict, decisi. Neapo.275.Ruin.consi.137.nu.7.vol.5. Loazes in.l.filius familias.§.Dui.nu.37.ff.de lega.1.And. ab Exea.de pactis nu. 117. Aymon in rub.ff.de lega.1.nu.17.vbi dicit quod in dubio tradendo, præsumitur velle trasfundi legatum in donationem inter viuos, cum faciat actum contrarium legato, cum post mortem tradendum erat.quam opinionem communem esse fatetur doctusimus Tellius Ferdi.in l.17.Tauri.nu.86.Quanuis cõtrarium tenuerit Bal.in.l.2.nu.5.C.de iure do.quem bene reprehendit Tellius in.d.loco quam opinionẽ contra Bal.communem esse fatetur Afflictus in.c.si quis inuestierit.nu.79.fina.col.de feudo dan.in vicem legis commissor.

Ex quo inferri potest egregia interpretatio ad.d.legem.17.Tauri quæ inducit inter patrem & filium irreuocabilem donationem, dummodo traditio intercedat, extendẽda est. vt non solum procedat, quando ex contractu vere fuit facta donatio.sed etiam ex testamento dummodo legatũ illud ex aliqua causa trãsfundatur in donationem inter viuos. Vide tamen Anto.Gomez.in.d.l.17.Tauri num.24. qui hoc quibusdam declarationibus interpretatur.

REGVLA. CCCCXI.

Legata peti non possunt hæreditate non adita text. est in.l.si nemo.ff. de test.tu. & in.l.si quis omissa. ff. si quis omiss.cau.test.

Limita viginti & vno modis, vt per Bar.in rub.de testa.in col. 65. cũ duab.seq.vbi pri⁹ assignat tres rationes huic regulæ.

Vigesimo secundo limita,quia hodie ex lege regni Castellę, etiam non adita hereditate debentur.vt in.l.1.ti. *De los testamentos.*lib.5.ord.reg.

ANNOTATIO.

Adde Anto.Gome.in tract. de vlti. volũ.c. 12.nu.11.qui bene huius regulæ materiam interpretatur.& Guid.Bened.in.c. Raynuntius in verbo,si absque liberis.1.nu.27.de testa.

REGVLA. CCCCXII.

Legatum dom⁹ factum simpliciter, est derisorium & sic inutile quando testator nullas domos in patrimonio habebat,nec hæres tenetur aliam domum extra patrimoniũ testatoris redimere.tex. est & ibi Alex.rationem assignat Iaſ. vero ibi reprobat & addit alterã in.l.si domus.ff.de lega.1.in prin.ver. Quod si nullas. aliam ponit Zasius lib.intellectũ sing.c.5.de obli. gener.pag.6.col.2. & videndus Gui. Bene. in rep.cap.Raynuntius.de testamentis.in verbo,domum.

Amplia vno modo, & limita tribus,vt per Iaſ.in.d.l.si domus.col.3.

REGVLA. CCCCXIII.

Legatum quantitatis similis in eodem testamento pluries relictũ in dubio semel tantum debetur.text. est in l.plane.§.Si eadem.ff.de leg.1. quem ibi not.doctores.

Limita tripliciter hanc regulam, vt per Iaſ.ibi.col.3.

ANNOTATIO

Adde Antoni.Gome.1.tomo de vlti.voluntа.cap.12.nume.38. qui vltra authorem regulam istam cum quinque limitationibus constituit.

REGVLA. CCCCXIIII.

Legatum non vitiant angustiæ temporis,difficultas præstationis, seu impossibilitatis, quę concernit eius executionem seu prestationẽ.text. est in.l.si mihi & tibi.§. si quis seruos. ff. de lega.1.per quem ibi not. doctores

communiter.facit text.in.l. non tantum.C.de lega.

Limita tribus modis, vt per Iaſ.in d.§.ſi quis ſeruos.col.2.

REGVLA. CCCCXV.

Legatum factum ſeruo ſine libertate non valet, nec reconualeſcit licet poſt mortem teſtatoris efficiatur liber.tex.eſt in.l.ſeru⁹. C.de lega.facit tex.in.l.ex fideicommiſſo.C.de fideicom.& in.l. ſi legatarius.§.1. ff. de lega. 3.& in.l.quidam.§. illo. C.de neceſſ.ſer.

Limita quadrupliciter, vt per Iaſ. in.d.l.ſeruis.1.col.

ANNOTATIO

Adde Anto.Gome.1.tomo de vlti. volunt. c.12.nume.46.

REGVLA. CCCCXVI.

Legatum rei alienę factum à teſtatore ſcienter valet tex.in.l. cum alienam. C.de lega.§.non ſolum. Iſti.eo. Habes tu Hiſpane.l.10. titu.9.par.6. quę idem diſponit.

Amplia quatuor modis, & limita tribus, vt per Iaſ.in.d.l. cum alienam. in col. 1.& in materia huius regulæ vide aliam regulam quam habes ſupra in litera A.in verbo, Alienæ.

ANNOTATIO.

Adde latiſsime circa interpretationem huius regulæ Domi.Epiſcopum Segou.in.c. filius noſter de teſtam.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum cum ſex limitationib⁹ ſcribit Antoni.Gome. 1.tomo de vlti.vol.c.12.nu.13.

REGVLA. CCCCXVII.

Legata non reuocantur, ſi neceſsitate ductus teſtator rem legatam alienauerit.tex.eſt in.l. fideicommiſſa.§. ſi rem.ff.de lega.3.& in.l.rem legatã. ff.de adim. lega. & per glo. & docto. in.l.qui poſt teſtamentum. C. de leg. Confirma quia actus neceſsitate celebrati non eos effectus operari ſolẽt, quos ſi voluntariè fierent, fortirẽtur: vt per plura cumulata cõprobat Hippo.in.l.1.§.præterea in col.3.& 4. ff. de quæſtio.

Limita procedere, quando illa neceſsitas ſit circa res familiares, ſecus ſi à lege inducta vel impoſita ita tenet. Aliberi.in.l.filia legatorum. C.de lega.quod dicit mirabile ibi Iaſſ. circa princ.

ANNOTATIO.

Adde regiam.l.17.ti.9.par.6.

Amplia primo, vt procedat.d. regula etiam ſi alienation rei legatæ ſit inualida & inutilis l.legatum.§.pater hortos.ff. de adim.leg. vbi docto.

Secundo amplia etiam ſi rem ipſam teſtator poſt alienationem redemerit.l.cũ ſeruus. & ibi Bar.ff.de adim.lega. Ang. Paul. & Iaſ. in.l.qui poſt.C.de lega.

Tertio amplia, vt procedat in donatione cauſa mortis, quæ etiam expirat per eandem voluntariam alienationem.l.illud.ff.de donatio.cauſa mortis Din.in.l.ſtichum qui meus erit.ff. de lega.1. vbi Bal. Imo. Rapha. Areti. Alex.& Iaſ. idem Iaſ.in. d.l qui poſt.col.2. Hippo.in fing.136.Claud. Vincentius & noniſsime Pontanus, nume.22.in. d.l. ſtichum qui meus erit.Socin.in.l.ſi quis antea conduxit.nume.17.ff.de acqui.poſſe. quam opinionem communem eſſe fatentur Alcia.in.l.nõ omnis.in fin.col.ver.Receptum eſt.ff.ſi cert. peta.D.epiſcop Segoui.in.3.par.rub.de teſta. nu.19. Tellius Ferdin.in.l.17. Tauri nu.117. quia fortior & potentior eſt reuocatio facto quam verbo, ergo ſi verbo reuocatur à fortiori facto qua ratione vtitur Riminal.in prine. Inſti.de dona.nume.399. Nec tamen indiſtincte vera eſt communis ſententia ſi quidem procedit in ſpeciali reuocatione de re donata: nam ſi facta donatione cauſa mortis alicuius

rei

rei fiat generalis heredis institutio, minimè ex hoc censetur donationi causa mortis derogatum. Atq; idem in omni alia generali dispositione erit affirmandum. vt tradit Areti. cons. 74. col. pe. quem sequitur Aymon Sauil. cons. 144. nume. 10. Alex. cons. 31. nu. 5. vol. 3. Soci. nep. cons. 124. nu. 67. vo. 1.

[illegible] Quarto amplia, etiamsi possessio rei legatæ tradita non fuerit virtute alienationis secutæ ita mihi probat egregius tex. adim in. l. legat. §. pater ortos. ff. de leg. vbi ad reuocationẽ legati traditio necessaria non est inquit tex. legauit pater ortos, ex eisdem vero vxori certam partem donauit in hac donatione non intercessit traditio, nihilominus quantuncunque nulla sit donatio legatum reuocatur quia etsi non valeat donatio, tamen minuisse filio legatum patrem intelligitur. Quod etiam ratione probatur, quia reuocatio legati non inducitur ex rei alienatione propterea q; testator alienauit, sed ex eo quod ex alienatione declaratur volũtas alienãtis scilicet, se nolle persistere in legato preterito, & sic voluntatem reuocandi ex alienatione declaramus, non tamen alienatio de per se sine voluntate reuocationem induceret. vt euidenter in necessaria alienatione probatur, nam etsi alienauit non inducitur reuocatio. vt probat tex. in. l. rem legatam. ff. de adimen. leg. igitur non est necessaria traditio ad inducendam reuocationem, sed sola voluntas quæ ex voluntaria alienatione declaratur. & opinionem istam videtur sentire glos. in. l. prædia §. liberto. ff. de fund. instru. dum præsupponit quod id in quo onerãtur heredes ostendere contrariam voluntatem defuncti sine aliqua probatione liquet ex sola vẽditione. & sic Bar. glo. ibi sequitur dicens quod eo ipso quod voluntarie venditur res, probatur contraria voluntas. & videtur sequi. Alexan. in l. 3 nu. 2. vbi Iaf. col. 2. C. de lega. & D. episcopus & Tellus in locis nouissime allegatis. Et opinionem hanc veriorem esse censeo, licet opinionem contrariam imo quod sit necessaria traditio, vt ex alienatione inducatur reuocatio. tenuit Bal. in. d. l. 3 nume. 3. vbi Salic. & Paul. ibi. nume. 3. Iacobi. nume. 4. Barba. in addi. ad Bar. in. l. rem legatam. ff. de adim. lega. Anto Gome. in titulo de lega. nu. 56. Sed primam opinionem sequor, quam licet saris perplex' sequitur in effectu Suarez in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffici testa. super l. fori vlti. q. col. f. ver. obstare videtur.

Quinto amplia, vt procedat regula in causa libertatis, quia manumissio data seruo in testamento reuocata censetur per ipsius serui alienationem, venditionem, aut donationem alteri post testamentum factam. l. verum est. ff. de manu. test. quod si libertas data fuerit in testamento verbis directis, hoc addito, quod seruus manumissus ab illo die testamenti facti sit liber, ad hunc libertas ista effectum non habebit in vitate tantis, donec ipse mortem obierit: atque ideo expresse vel tacite reuocari poterit. Sicuti probat tex. not. iuxta interpretationẽ glo. Iacob. de Are. Old. Alb. & Plumb. in. l. qui duos §. vlti ff. de manu. test. quo loco Alber. eam esse rationem censet, quia hęc manumissio facta fuit in testamẽto, cuius hæc est propria natura, vt ante diem mortis nulla habeat firmitatem.

Sexto amplia, vt non solum procedat quãdo tota res particularis alienatur, verum etiam si tantum sola pars. tex. in. §. si rem suam. ver. si vero quis partem Insti. de lega. Bar. in. d. l. rem legatam. nu. 8.

Primo tamen, vltra authorem nostrum, intellige regulam istam, quando res legata alienatur pleno iure, secus vero si pignoraretur vel hypotecaretur, quia hoc casu non censetur adeptum legatum sed hæres tenetur eam luere & legatario tradere. tex in. d l. 3. C. de leg. vbi tex. dicit, qui post testamentum factum prædia quę legauit pignori, vel hypotecæ dedit, mutasse voluntatem circa legatariorum personã non videtur. text in. §. si rẽ suam. ver. 2. Insti. de lega. Et ratio est, quia licet pignus vel hypoteca sit species alienationis. l fi. C. de reb. alien. non aliena. non tamen est propria plena & perfecta alienatio cum non transeat dominium sed tantum quoddam ius in re. Illud tamen notandum esse censeo, quòd si res legata pignoraretur pro tãto pretio quod non esset spes luitionis, censetur legatum reuocatum arg. tex. in. l. qui habebat. ff. de lega. 3. & in. l. legata. in fine. ff de suppel. lega. & ita expresse tenet Bar. in d. l. rem legatam in fine. ff. de adim leg. Paul de Cast. Iaf. & mod. in. d. l 3. C. de lega. Ang. & Platea in. §. si rem inst. de lega.

Secundo, limita & declara d. regulam vt procedat, quando testator simpliciter legauit rẽ & postea alienauit: secus tamen si legauit rẽ vel eius valorem: quia licet postea rem alienet debetur æstimatio. tex in. l. Lucius. in. 1. ff. de lega. 2. tradunt mod. in d l 3.

Tertio, limita & declara regulam, vt pro-

cedat præterquam si nomẽ rei alienatę sit impositum alteri rei, & testator in legato se retulit ad tempus mortis, vt si dixit lego ancillam meam Agatam, vel Ioannam quę sit mea tẽpore mortis, & testator in vita alienauit, aliam tamen postea emit cui idem nomen imposuit illa equidem debetur & legatum valet. tex. sing. in l. filiæ. §. Titia. ff. de condi. & demonstra. vbi Bar. & dd.

Quarto limita vt non procedat quando testator legauit prædium vni, & postea alteri eiusdem prędij vsumfructum donauit, quia hæc donatio primum legatum non reuocat etiam respecta vsufructꝰ legati. ita probat glo. vt à doctoribus nostris allegatur in d. l. 3. & tenet Bar. in d. l. rem legatam num. 7. Ancha. in c. filius de testam. col. 4. nu. 8. sed in contrariũ est communis opinio vt tenuerunt Petrus de Belaper. & Cyn. in d. l. 3. in fine Imo. in. d. c. filius. nume. 18. Paul. in d. l. 3. nu. 6. vbi Alex. nu. 2. & est communis secundum Corne. ibi nu. 7. Ias. nu. 6. Iacob. nu. 7. itaque quemadmodum ex alienatione partis rei donatæ inducitur reuocatio, quando voluntarie quis alienauit, vt dixi supra. 6. ampliatione, ita quando partem formalem eiusdem rei hoc est, vsumfructum alienauit: nam secundus donatarius habebit vsumfructum pro eius vita primus vero proprietatem.

Illud vero circa istam regulam etiam notabis, quod vbicunque res legata alienatur titulo oneroso in dubio donec contrarium probetur præsumitur fieri ex causa necessaria. secundum Butr. Ang. & Sali. quos refert Corn. nume. 5. in d. l. 3. C. de lega. Soci. nep. consil. 162. nu. 14. vol. 2. pulchra. l. 17. & 40. ti. 9. par. 6. id que tenet noster Gome. in d. tit. de lega. nume. 56.

Legatũ vide supra in verbo actiones. & in verbo Alienę. & in verbo, Alimentorum.

REGVLA. CCCCXVIII.

Legatus de latere nec Cardinalis ei equiparatus, nó potest causam appellatione remota cómittere. gloss. in Clem. sępe. in verbo, mandamus. de verbo. sig. & in Cleme. ne Romani in prin. de electi. & in. c. quod translationem. de offici. de lega. & in. c. indẽnitatibus. verbo, sine strepitu. de electi. lib. 6. & in Clem. 2. de rescrip. tex. & ibi glo. in. c. dilectus. de pręb.

Limita dupliciter, vt per Ias. in. l. nemo potest. col. 2. nu. 8. ff. de lega. 1.

REGVLA. CCCCXIX.

Legatus nó creditur quis, nisi ostẽdat literas. probat tex. à contrario sensu. in. c. ad eminentiam. de senten. excõm. & in. c. quod translationem. de offi. delega. & in. l. 1. C. de mãd. prin.

Limita hanc conclusionem tripliciter, & omnes tres limitationes sublimita semel, vt per Felin. in. d. cap. ad eminentiam. in prin.

Legatus. vide supra in verbo, Absoluere.

REGVLA. CCCCXX.

Legatus non committit causam sublato iuris ordine. Abb. in. c. 1. de rescrip. allegat. glo. in. c. fi. in glo. maiori. quasi in fine de hęreti. in. 6. & vide quę allegat Fel. in. d. c. 1. col. 2.

Amplia dupliciter, & limita quinque modis, vt per eundem ibi, alibi secundum eum nó reductis: & vide Ias. in. l. nemo potest. in. 2. col. ff. de legat. 1. vbi hanc regulam scripsit per generalia verba, videlicet quod cardinalis, vel legatus de latere, non cõmittit causam, vt in ea procedatur summariè, simpliciter & de plano, iuris ordine nó seruato: quã limitat dupliciter.

REGVLA. CCCCXXI.

Legitima quanta esse debeat, inspicimus tempus mortis, nec curamus an alijs temporibus habuerit defunctus ampliores facultates. text est ex quo ibi istam regulam colligit Ias. in. l. cũ quęri

quęritur. C. de inoffici. teſt. facit tex. in. l. in quantitate. in princi. ff. ad leg. Falci. & not. Dida. à Segura commendando ad hoc. d. l. cum quęritur. in. l. Imperator. ad Treb. fol. 11. col. 2. qui refert Bal. idem tenentem in. l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

Limita tribus modis, vt per Iaſ. in d. l. conqueritur. & vide eum latius in authen. nouiſsima. 3. col. vbi duas ex dictis limitationibus latiꝰ ponit, quas etiam deſcripſit Segura in. d. fol. 11. col. 4.

ANNOTATIO.

Adde tex. in. l. ſcimus. § repletionem. & in authen. nouiſsima. C. de in offic. teſta. & in. l. etiam. § ſi patronus. ff. de boni. lib. & in. l. ſi patronum ex debita. § vlti. eod. ti & in. l. vlti. ff. ſi quid in fraud. patro. & in. l. 1. § ſi impuberi. ff de colla. bono. & in authen. de nuptijs. § quia vero hactenus. colla. 4. quam regulam eleganter Hiſpani authores interpretantur maxime Anto. Gom. nu. 35. in. l. 29. Tauri.

REGVLA. CCCCXXII.

Lex Barbarius. ff. de offici. præto. habet locum etiam in delegato facit glo. & ibi communiter docto. in. cap. ſciſcitatus. de reſcrip.

Limita tripliciter, vt per Felin. ibi col. 4. in prin.

ANNOTATIO.

Adde pro intellectu huius regulæ nec non d. l. Barbarius. Abb. in. c. gratum. nu. 11. de leg. Hippo. in pract. cri. § Aggredior. nu. 34. Anto. Corſe. in ſing. in verbo, Error communis. Carol. Rui. conſi. 48. nu. 4. vol. 4.

REGVLA. CCCCXXIII.

Lex non fingit ſuper eo quod eſt impoſsibile. glo. in. l. Gallus. § ſi eius. ff. de libe. & poſth. probat tex. in. l. qui ad certũ. ff. locati & in. l. certe. in prĩ. ff. de precar. vide glo. ſing. in. l. talis ſcriptura. in verbo, hãc aũt. ff. deleg. 1. de qua facit mentionẽ Iaſ. in. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. pro empto. col. 37. vbi refert Bal. commendãtem eam in varijs locis.

Limita ſeptem modis, vt per Ioan. Crot. in rep. d. l. ſi is qui pro emp. col. 21. & 22.

REGVLA. CCCCXXIIII.

Lex vbi introducit actionem pro pœna pecuniaria ſimpliciter impoſita propter delictum, tunc pœna applicatur part. vt in. l. 3. & ibi glo. & Bar. ff. de ſep. viola.

Amplia tripliciter, & limita duobus modis, vt per Ioan. Fran. de Ripa. in rub. de iudi. col. pen. per quem vide aliam bonam concluſionem in materia cum duplici limitatione, ſcilicet quod vbi lex nõ introducit nec actionem, nec accuſationem, tunc pœna applicatur fiſco.

REGVLA. CCCCXXV.

Lex vel ſtatutum, prohibens fieri actum, vel contractum, licet non procedat vltra annullando, tamen eſt nullus. tex. eſt melior de iure & ibi not. Bar. & docto. in. l. non dubium. C. de legi.

Limita quinque modis, vt per Iaſ. ibi. col. 5.

REGVLA CCCCXXVI.

Lex bene à Zenone. C. de quad. pręſcrip. limitatur octo modis, vt per Mar. Laud. in tract. de principib. fol. 1. col. 2. § 11. incip. Notandus eſt. Vide latius per Ioan. Fran. Balb. in ſuo elegã. tract. de pręſcr. vbi limitat. 11.

modis

modis.2.par.5.par.prin.col.antepen. & pen.& vide Feli.in.c.quę in ecclesiarum.col.11.nume.34.de consti.vbi ponit quinque limitationes. Et his limitationibus poteris tu Hispane restringere.l.53.ti.5.par. 5. quæ lex est consimilis.d.l.bene à Zenone.

ANNOTATIO.

Adde Antoni.Corse.in reper.Abb.in verbo,dispositio.vbi.d.l.bene à Zenone nouem modis limitat. Et vide quæ circa.d. l. scribit Matthæus de Afflictis in prælud.consti.Neapo.pragm.14. *Alfanocollect.118.*

REGVLA. CCCCXXVII.

Lex canonica, & ciuilis , aut alia maxime præceptiua seruanda est in foro conscientię.

Limita istam regulam , vndecim modis , vt per Sylvest. in sua summa in verbo,lex.§.nono quæritur . Et vide Felin.in.c.1.de consti.col.3. nu.11. vbi ponit decem limitationes.

ANNOTATIO.

A Canedo, in suis Canonum ac Concil. ad decreta leg. Collect. 2. n.2. & Barbosa in Vu. portorio Verb. Lex Vers. Leges Omnes.

Adde S.Thom.1.2.q.96.articu.4.& 22.q. 60.artı.5.ad prim.Archi Florenti.1.par. titul. 18.vni.§ 2.Ioan.à Medina in codice de restit. q.36.versicu.Ex quo pręmisso.videtur concludo Alphon.à Castro.lib. 1.de potest legis pœna.c.4.quam regulam fatetur esse communiter receptam Barb.in.c.filius.col.2. nume.8. de testa. quæ confirmatur ex D.Paulo ad Roma.13.& cap.qui resistit.11.q. 3.& vide gloss. in c.vlti.in verbo , sententijs.de constitu.lib. 6.& regiam l.6.ti.1.par.1.ibi *Meter se yan en la carrera dela muerte.* & ibi notat noster Grego.Lup.& Dida.Perez in prœmi.ord.q.10.

REGVLA. CCCCXXVIII.

Lex incipit ligare post duos menses à tempore publicationis.tex.in authen.vt factę nouæ consti. in princi. col.5.tex.in.c.nouerit. de sent.excō.

Limita sex modis , vt per Feli.in.c. cognoscentes de constitu.col. 2. cum duabus seq.

REGVLA. CCCCXXIX.

Lex noua disponens in vno casu, procedit in alio , qui erat ei ęquiparatus, per legem antiquam. probat istam regulam gloss in.l.si quis seruo.C.de fur. & in.l.2. C. de cura.furi. & in.l. quod vero contra.ff.de legi.not.Bar. in.l.& tantum.per illum tex.ff.de seruo.corrup.laf.in.l.transigere.col. 6. C.de trāsact.&.§.ex maleficijs.col.8. initi.de acti.Calcane. cons.15.col.15. post mediū & cōs.57.col.6.in fine & Barb.in.c.at si clerici,de iudi.col 25. in fine vnde dicit ipse quod ita infamat confessio, sicut sentētia,cum ista sint ęquiparata:& tenent contra Bar. in.l.infamē.ff.de publi.iud. qui aliud voluit.

Amplia istam regulam procedere, etiam in exorbitantibus à iure cōmuni,vt not. Alex.in.l. Centurio.col.2. ff.de vulga.& pupil. pro quo allegat glo.quam dicit elegantem . in.l. 2. C. de cura.furi.quæ voluit secundū eum, quod omnia priuilegia cōcessa minoribus,extenduntur ad furiosos minoribus ęquiparatos.de qua glo.Bal. mę minit in pluribus locis ibi descriptis ab Alex.

Limita sex modis,vt per Ioā.Crot. de monte Ferrato in repe.l.si constante.2.lectu.in.col.25.& seq.ff.fol.ma. quos libuit in summa referre , tū quia repetitio illa non erit sic in potestate omnium,tum quia aliqua intendo superaddere.

Primo videlicet,quando lex noua, quę aliquid disponit,illud non disponit in materia , in qua à lege antiqua fuit facta illa adęquatio, seu ęquipa-

ratio,

ratio, pro quo allegat glo.in.cap.1.in verbo,declaramus.ne clerici vel mo. lib.6.& Rom.consi.179.

Secundo fallit, quando disposition esset correctoria secundum Areti. ibi quem ad hoc refert Ioan. Crot. cuius tamen contrarium tenet per optima fundamenta & respondet ad fundamenta Areti. Tu adde quod idem tenet Bar.in.l.Marcellus.in prin. ff.ad Treb.& in auth. sed cum testator.C. ad leg.Fal.vt refert Ias.in.d.l.transigere.in.d.col.6.& sic quod ista regula procedat etiam in correctorijs. vnde ista fallentia non est vera imo poteris ampliare regulam, vt etiam militet in correctorijs. & tenet hoc etiã idem Ias.in.l. qui condemnare. ff. de re iud.

Tertio fallit secundum eum,quando dispositio est pœnalis pro quo etiã refert Areti.ibi & tandem cõtrarium tenet per glo.in.c.si postquam.de electi in.6. & respondet ad fundamenta Areti. Et vltra eum adde quod eãdem sentẽtiam & sic quod ista regula procedat etiã in pœnalibus tenet Panor. per glo.ibi in.c.de multa. de præben. quod sequitur Ias. in. d. l.transigere. & pro hac etiam conclusione allegat d.glo.in.c.si postquam.& in.c.de multa.Ias.in.d.§. ex maleficijs. in. d.col. 8. reprobata glo. ibi quę contrarium voluit & vide Philip. Deci. in reg.in pœnalibus.col.fin.ver.Quinto fallit. ff.de regul.iur.& vide Silues. in sua summa in verbo,pœnam.ver.Quarto quæritur. vbi dicit quod tunc habet locum ista conclusio,quando aliqua duo sunt parificata communiter, & est eadem ratio expressa vel indubitate præsumpta, qui nihil allegat. Fundatur ista sua sententia ex quinta & sexta limitationibus infra positis: vide tamen Ioan.Crot.vbi supra qui saluat istam fallentiam Areti. in vno casu ex quo dat quartam limitationẽ quę sequitur.

Quarto fallit, quando per legem nouam imponitur pœna ipso iure.allegat glo. in.cap.licet canon.in verbo, parrochialis.de electi.lib.6.

Quinto fallit,quando non esset eadem ratio in casu ad quem fit extensio, quia in illo non videtur facta æquiparatio ex mẽte legis.allegat Bar. in.l.hæres absens.§. 1.ff. de iudi.

Sexto fallit, quando adęquatio fit iure antiquo, sed non per modum regulę allegat text. quem sic intelligit in.l.fin.iuncta auth.quas actiones.C. de sacro. eccle.

ANNOTATIO.

Adde Ias.in authẽ.quas actiones.col.5.ver. Tertio pro opinione.C.de sacro.eccle.& in.l. 1.col.5.& 7.ff. delegat.1.& in. l. si arrogator. col.antep.ff.de adoptioni. Rochum de Curte in.c.vlti.fol.34.col.2.ver. Tertio limitatur.in parua impresione.de consue.& D. Burgen. de pace.in.l.3.Taur.1.par.2. concl. nume.71. & 93.

Hanc regulam vbi singulariter eam declarat cum quatuor limitationibus constituit Aymon Cravet. in celebri illo tract. de antiqui. tempor.4.par.nu.98.fol.118.quarum limitationum secundam à numero.112.vsque ad numerũ.129.sublimitat.13. modis. Et nota quod tres limitationes illarum differunt à limitationibus quas author hic ex Ioan.Crot. adduxit & sic habes nouem limitationes huic regulæ assignatas.

REGVLA. CCCCXXX.

Legem diuinam potest princeps secularis limitare, seu interpretari ex causa. tenet originaliter Inno. in.c. quæ in ecclesiarum. de consti. Anto. Imo.& Abb.ibi sequentes Inno. Bar. etiam in.1.consti.ff.col.5.glos.etiam in.l.1.in glo.fi.ff.de consti.prin. Bal.

in

in authen. ad hęc. col. 2. C. de vſur. & in. l. 2. ad fi. C. de precib. impe. offerē. latiſsime Feli. in. d. c. quę in eccleſiarū col. 2. cum duab. ſeq.

Limita hanc concluſionem triplici ter, vt per Feli. ibi col. 5.

ANNOTATIO.

Adde lite Alberi. in. l. quoties col. 2. ver. Et quia hoc. C. de precib. Imp offer. & in cra. ſtatu. 1. par. q. 8. Ale x. conſili. 107 col. 3 lib. 2. And. Tiraquel. in tract. de pœnis in præſati. nume. 46.

REGVLA CCCCXXXI.

Legem ſi à principio aliquis ſuſcipiunt in eodem loco, & aliquis non, & Papa ſimpliciter ſuſtinet nec aliquid ſuper illo diſponit, tunc tolerantia pœ non excuſat à peccato, nec diſpenſationem inducit. not. Abb. in. c. cum olim. 2. col. de cleri. coniuga. & in. c. treguas. de tregua & pace per cap. cū iam dudum. de præb. & Butrig. in. c. quia circa. a d finem de cōſag. & affin.

Limita tripliciter, vt per Feli. in. d. c. treguas. col. 7. qui col. 6. in fine ver. Quinta declaratio. ponit ſupradicti regulam.

REGVLA. CCCCXXXII.

Legis verba an ſint cōſilij vel præcepti attenditur & ſecundum illorum naturam denominatur lex, quīdo nō conſtat. an materia eiꝰ ſit præcepti vel conſilij & poteſt ſe habere ad vtrūq;. Hanc regulam colligit Fel. in. c. nam concupiſcentiam. col. 2. de conſti. vbi addit exempla & alia pro ornamento materię.

Limita ſex modis, vt per Fel. ibi col. 3.

REGVLA. CCCCXXXIII.

Leges tranſgredi ex cauſa licitū eſt doctrina eſt Inno. in. c. 1. de conſti. refert Bal. in. l. etſi ſeuerior. C. de infam. & ibi Sal. idem Bal. in authen. ſed nouo iure. C. de ſerui. fugiti. col. pen. de qua doctrina vide Feli. in. c. 1. col. 14. de conſti. & Iaſ. in. l. 1. col. 1. C. de precib Impera. offer. de quo dicto Inno. meminit Deci. in reg. quoties ę juita/tem in prin. ff. de regu. iur. quod dictū etiam celebrant & ſequuntur plures doctores in variis locis relati ab Hip po. in. l. vnius. §. cogniturum. col. 13. ff. de quæſti. vide etiam eundem in. l. 1. col. 9. ff. de quæſti. dicit etiam ſing illud dictum Inno. Ioan. Fran. de Ripa in cub. de iudi. in col. 5. quaſi ad finem dicit etiam ſing Barb. in. c. at ſi clerici in prin. col. 32. de iudi. & vide eūdem poſtea in col. antep. eiuſdem principij vbi allegat. l. Diuus. iuncta glo. ff. de fal. quem tex. dicit deſtruere illud dictum ſing. Inno.

Limita hanc concluſionem dupliciter, vt per Iaſ. in. d. l. 1. in col. 2.

ANNOTATIO.

Adde Abb. in. c. inter alia. col. vlti. de immu. eccle. An. Areti. in tract. malefic. in parte. Etiam veſtem. n. 13. vbi dicit ſe ita practicaſſe Peruſi. & ſequuntur multi, quos refert Bartho. Chaſſa. in conſuetu. Burg. Rub. 1 § 5. glo. *qui nouus excede dix liures.* nume. 14. quos hic non refero.

REGVLA. CCCCXXXIIII.

Leges imperatorum regulariter cō prehendunt clericos. text. optimus in c. 1. de nou oper. nunti. tex. in. c. ſi in adiutorium. 10. diſti. & in. c. quoniam. & in. c. de capitulis. & in. c. ſi quis autem. cum multis ibi poſitis ea l. diſti. & confirmat Feli. in. c ecclesiam ſanctæ Mariæ. 13. col. de conſti.

Limita quatuor modis notandis, vt per eum ibi per ſeptem col. vbi ex ſecunda

ſecunda limitatione infert ad aliqua bona in materia,& ad tertiam limitationem ponit octo declarationes , & etiam ad quartam ſubnectit totidem.

ANNOTATIO.

Adde Cateli.Cottam in Memora iuris,in verbo,Clerici ligantur:quo loco non vulgariter illius regulę materiam interpretatur.

REGVLA. CCCCXXXV.

Lex cum de in rẽ verſo.ff.de vſur. limitatur ſupra in verbo , Allegans. Et lex.2.C de reſcind.vend.in verbo, defectu. Et lex vbi acceptum.ff.de iudi. ſupra in verbo,iudicium.

REGVLA. CCCCXXXVI.

Libello nõ eſt neceſſarium locum & tempus exprimere : tenent Innoc. Ioan. And.& Domi.in. c. Abbate ſanè.de re iudi.in. 6 Bar.in.l. an eadem §.actiones.ff de excepti.rei iudi.

Limita quinq; modis,vt per Maria. in.c.ſignificãtibus.21.col.de lib.obla.

REGVLA. CCCCXXXVII.

Libellus licet debeat eſſe clarus , ſi tamen nõ ſit,& non opponatur procedit.ita not.Bal. in.l.edita.2 col.C.de edendo probat tex. in.c. Abbate ſane. de re iudi.in.6.in verſi.ſecus. not. Iaſ. in.l.1.2.not.C.de ſucceſſo.edicto.

Limita quinq; modis.vt per Purp. in.d.l.edita.C.de edendo in col.4.

Primo dummodo non ſit tanta incertitudo libelli, vt reo auferat defenſionem.

Secundo fallit in criminalibus , in quibus libellus generalis non recipitur,etiam parte non opponente:& põderat etiam Bar.velle idem in ciuilibus deſcendentibus ex crimine.

Tertio,quãdo aliquo caſu ſpeciali iuriſdictio competit, quia coram tali iudice libellus generalis non admittitur.

Quarto,quando iudex vellet cogere ad declarandum , etiam parte non petente.

Quinto , quia licet talis libellus à principio procedat,tamen ex poſt facto debet declarari, etiam parte non opponente.allegat glo.ſing.in.l.1.§.ſi quis argentum.ff.depoſiti.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam iſtam quod libell⁹ debet eſſe clarus , & concludens , & per quem ſpecies futuræ litis ſine incertitudine aliqua demonſtretur. l.1.ff. de edendo.cap. vlti. vbi Ancha.not.4.nu.3.de lib.obla cap.literæ.de dilati cap.cum clamor.de teſti c. conſtitutis. de relig domi.l.nec cauſas.C. de appella.ibi. *Quoniam uerendum eſt, ne lis incognito negotio dirimatur.adempta copia conquerendi* Et circa materiam huius regulæ vide Maria. Socin.in cap.1.numero.7. & in.cap. 2. de libelli obla. Iaſ.in.l edita numero. 6.C. de edendo & in §.omnium.nu.125.inſti.de acti & in l. ſi per errorem.nu.19.ff.de iuriſ. omni. iud. & in.l. cum quid.1.lectura.nu.26.ff.ſi cert.peta. Firmi in reper.in verbo,libellus generalis.Socin. in reg 234. & in.l certi condictio. ff. ſi cert. peta.Celſ.in addi ad Lanfran.in. c. quoniam contra nume.24. de proba.Ioan. Oroſcen.in.l. actione.nu.34.ff.de edendo Sebaſt. Van. de nullitati. Rub.de nulli. ex defectu proce.pag. 297.nu.26.D.Perez.in.l.1.i.4.lib.3. ordi.in verbo,*Pueſta la demanda.*

REGVLA. CCCCXXXVIII.

Libellus non poteſt eſſe alternatiu⁹ tex.eſt in.l.Prętor edixit.§.quod autem.ff.de iniur.

Limitã nouem modis,vt per Mari. in.c.ſignificantibus.in.col.51. de lib. obla.per totam col. ſeq.

REGVLA. CCCCXXXIX.

Libel

Libellus non potest esse conditionalis probatur in.l.non quemadmodum. ff. de iudi. & in.l.fi. quand.dies leg.ced.not.doct.in.c.1.de libel.obla.

Limita quadrupliciter, vt per Maria.in.cap.significantibus. col. 53. de lib.obla.

REGVLA. CCCCXL.

Libellus non potest emendari, vel mutari post litem contestatam, etiam si in eo sit clausula,saluo iure addendi vel minuendi:vt est glo.sing.in.c. inter dilectos.de fide instrum.in verbo, Addendi. quam ibi sequitur Abba. in col.7.& sic asserit teneri communiter.Eam dicit sing. Ias.in.l. non solum.§.morte ff.de noui oper.nun.col. 15. & sequuntur etiam plures docto. relati ibi à Feli.in col.7.vide Thom. Ferra.in caut.34.

Limita tripliciter, vt per Ias. in.l. edita. C.de eden.in fin.col.pro quarũ finali limitatione vide melius per Fel. in.d.col.7.

REGVLA. CCCCXLI.

Liber rationũ non probat pro scribente not.Bar.in.l.admonendi. ff. de iureiur.col.6.probat text.in.l.exemplo.C.de proba.

Limita septem modis,vt per Ias.in d.l.admonendi.in col.16. in fine & in seq.& de duabus primis limitationibus se remittit ad Bar.& ipse addit alias quinque:& vide in materia huius regulæ quod habetur supra in reg.Cõsuetudo.la.1.

ANNOTATIO.

Adde Deci.in.c.1.nu.29. de proba. Curtius nu.38.Ripam nu.114.in.l.admonendi.ff. de iureiur.Abb.Imo.Feli.nume.21.& Deci. nume.17.in.c.2.de fide inst.Ioan. Oldendor. in tract.de acti.classe prima actione.8. Carol. Moli.in consuetu.Pari.ti.1.§.5.nume.18. D. episcop.Segou.in practi.quæst.c.22.nu.8.

Hanc regulam,vbi elegantissime eam declarat constituit Aymon Crauet. in tract. de antiq.tempo.1.par.§.Quarto limitatur.nume. 24.fo.54.vbi scribit octo vtilissima requisita, quibus interuenientibus liber rationum probationem facit,quem vide.

REGVLA CCCCXLII.

Literę ad lites impetratę sine speciali domini mandato, non valẽt nisi impetrentur per coniunctam personam text.est in.c.nonnulli.§. sunt & alij.de rescrip.

Amplia septem modis,& limita octo modis,quarum vltimam limitationum limita sex modis, vt per Fel.ibi per.19.col.

ANNOTATIO.

Adde Petrum Rebuff.in amplissima illa benefi.praxi.1.par.de differentijs inter rescriptа gratiæ & iustitiæ nu.17.quo loco testatur regulam hanc in regno Franciæ non seruari, quia in illo regno etiam sine mandato prædictæ literæ impetrantur.

REGVLA. CCCCXLIII.

Literę priores in data, regulariter præualent.tex.in.c.capitulum secundum communem intellectum. de rescrip.text.in.c.si duobus. cum glo.in verbo,non apparet.eo.ti.lib.6.tex.in c.cum cui.de pręb.lib.6.quod tanquã regulare pręsupponunt docto.in.c.eã te.de rescrip.

Amplia vno modo,& limita tripliciter,vt per Feli.in.d.c.capitulũ. col. 3.cum tribus seq.vbi primam limitationem ampliat vno modo, & limitat tripliciter.

REGVLA. CCCCXLIIII.

Literę ad lites subreptitię non sunt nullę

nullæ ipſo iure, ſed ope exceptionis: probatur in c.ſi autem.& in.cap.plerunque. de reſcrip.& doctores tenent in.c.cæterum.eod.ti. firmant domini de Rota in deciſio.13 ti.de offici. delega.in nou.

Amplia vno modo, & limita vndecim modis,vt per Feli. in. c. ad audientiam. lo.2.col.11. cum duab.ſeq. de reſcrip.

ANNOTATIO.

Adde Caſſad.deciſi.1.ti.de reſcrip. Sebaſt. Van.de nulli.ſent.rub.quib.mod.ſent. nulla rep.poſſ.nu.59.pag. 357. Petrum Rebuff. in practi.benefi.1.par.de differen.inter reſcripta gratiæ & iuſt.nu.9.pag.108.

REGVLA. CCCCXLV.

Literę beneficiales ſubreptitię,ſunt ipſo iure nullæ.Inno.& communis opinio docto.in.c.ad audientiam.lo.2. de reſcrip.vbi vide Fel.col.13.

Amplia tripliciter,& limita dupliciter,vt per eundem ibi & col.ſeq.

ANNOTATIO

Adde tex.in.c.ad aures.& in.c.conſtitutus. de reſcrip glo.in extra.ſedes Ioan.22. ſub tit. de conceſſo.præb.in verbo literas.l 1 ibi, *Nihiluideri impetraſſe*.ff.de nata.reſti.tradit Pari. conſ.31.col.3.nu.22.D.Perez in.l.1.ti.12.lib. 3.ordi.ver.Nono quæro.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum, cum ſex ampliationibus ſcripſit Petrus Rebuff.in praxi benefi.1.par.de differen.inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ pagi.107.

REGVLA. CCCCXLVI.

Literæ plures ad diuerſas eccleſias, ſub eadem data impetratę, non valét. Hoſti.Ioan.Andr.Cald.Butri. Imol. & Abb.in.c. in noſtra. de reſcrip. & eſt communis opinio ſecundum Feli. col.2.ibidem contra gloſſ. Innoc. & Abb. antiquum.

Limita,dupliciter, vt per Felin ibi d. col.

REGVLA CCCCXLVII.

Litis conteſtatio in iudicijs poſſeſſorijs, videlicet retinendę, adipiſcendæ,& recuperandæ requiritur. tenét glo.& Bar.in.l.1.C.ſi de momen.poſſeſſ.glo.& ibi Ioan. And. Bal. Abba. & alij in.c.conſultationibus.de offic. delegat. & ita dicit communiter teneri Salice.in.l. fin. C.ſi per vim vel alio modo.& eam dicit communem ſententiam Alexand.in leg.naturaliter.§. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſſ. col. penulti.qui multa allegat in materia.

Limita dupliciter, vt per Claud. Marme.in rep.§.nihil commune.l. naturaliter. ff.de acqui poſſ.in col.pen. quem in antep.col.vide ſing. loquentem circa ipſam principalem regulã, quas limitationes ante eum deſcripſit Ludo.Bolog in rep.d.§.nihil commune.in col.penul. & habuerunt eas ab Alex.ibi.d.col.pen.

Primo, in poſſeſſorio recuperandę in quo delegata eſt iuriſdictio iudici ad certum tempus limitatum,quia tũc poteſt procedi contra reum,etiam lite non conteſtata.etiam ad diffinitiuam ſententiam ita limitat Ioan. And. in c. conſultationibus. de offici. deleg. vt refert Bolog.& Claud. vbi ſupra poſt Alex.

Secundo, quando periculum eſſet in mora,quia tunc non requiritur litis conteſtatio. ita Bal. in.l.certi. C. de interdi Sed hanc limitationem dicit non eſſe veram Alex.in.d.§ ſecundum Bolog. vbi ſupra & vide nouiſſime Ripam in.d.§.nihil commune in col.34.& ſeq.vbi iſtam regulam ampliat

Pliat duobus modis & limitat aliis nouem.

REGVLA. CCCCXLVIII.

Litis pendentiæ mentio fieri debet in reſcripto ad lites. glo. in. c. prudentiam. §. ſexta. in verbo, ob cauſam. de offi. delega. quam ibi, valde not. Abb. col. 3. glo. in. c. vt debitus. in verbo, di cat. de appella.

Amplia quadrupliciter, & limita bis vt per Felin. in. d. c. ſuper literis. col. 7. cum media ſeq. de reſcrip.

ANNOTATIO.

Adde Abb. & Ioan. Lup. in rep. capi. per veſtras. not. 4. col. 1. fol. 102. de dona. inter vir. & vxo. Bal. in l. 1. C. de rela. Doct. Perez in prin. lib. 3. ordin. in verbo, *juyzios*. ver. Ex quo deducitur.

Lite pendẽte, vide ſupra ius ſuperueniens.

REGVLA. CCCCXLIX.

Maior pars collegij, vniuerſitatis, vel capituli, quicquid facit, valet in rebus ipſorum. l. quod maior. ff. ad municipal. glo. in. c. 1. in verbo, tractatus. de reb. eccle. non alienand. lib. 6. glo. in Clem. paſtoralis. in verbo, plures. de reſcrip. Abb. in. c. cum in veteri. 4. col. de electi.

Amplia vno modo & limita, quatuordecim modis, vt Fel. in. c. cũ omnes. col. 28. ad medi. cũ duabus ſequẽtib. de conſtit.

ANNOTATIO.

Adde tex. in. l. nulli. quod cuiuſque vniuer. nomi. & in l. aliud. §. refertur ff. de reg. iur. & in. cap. 1. de his quę fiunt a maio. part. cap. & in c. quia propter. & in. c. auditis. de electi. Circa quam regulam vide Iacoba. in tract. de concili. lib. 5. arti. 7. pag. 270. col. 2. & lib. 6. arti. 3. pag. 353. Matth. de Afflict. deciſi. 1. & in tract. de iure protomiſeos. ver. Idem de ipſo. nume. 5. Ludo. Bolog. in repet. anthen habita. nume. 35. C. ne filius pro patre Petrum Dueñas in reg. 296. Cęſar. Lamb. in tract. de iure patro. 2. part. 2. lib. articul. 2. quæſtio. prin. nume. 4. fol. 282.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum cum vnica limitatione conſtituit Socin. regu. 6 in poſteri. Eandem regulam cum quinque limitationibus ſcribit Roma. in rub. ff. de arbi. nume. 41. Eandem cum quinque ampliationibus & ſex limitationibus ſcribit Pyrrh' Engleberme in. l. aliud eſt vendere. §. refertur ff. de reg. iur. Eandem limitat Deci. 10. modis in. c. cum omnes. 1. lectura nume. 27. de conſtit. Eãdem cum 16. limitationibus ſcribit Iaſ. in. l. & cum ſuum hæredem. §. hoc die tamen. nume. 8. ff. de pact. Eandem regulam cum 23. ampliationibus, & vna & viginti limitationibus conſtituit And. ab Exea in. d. c. cum omnes. nume. 155.

REGVLA. CCCCL.

Mandato quantuncunque generali, nunquam intelligitur mandatum procuratori, quod indebite, recipiat, aut illicitum faciat probatur iſta regula in. l. ſi procurator. ff. de condi. indebi. & gloſſ. in. c. dilecto. de præbend. vbi Imo. not. in. col. 2.

Amplia tripliciter, & limita octo modis, vt per Iaſ. in. d. l. procurator. 1. col. cum duab. ſeq.

REGVLA. CCCCLI.

Mandati ſolennitas non præſumitur ex diuturnitate alicuius temporis. not. Bal. in. l. 1. col. 2. ver. Sed pone quod aliquis. C. de reb. alie. & ibi Salic. idem Bal. in. l. 2. ibi, *Vſque ad mille annos*. C. ſi ex falſ. inſtrum. ſequitur Alexan. in. l. ſciendum in. col. 5. ff. de verb. obliga.

Limita dupliciter, vt per Feli. in. c. ſicut. de re iudi. col. 16.

ANNOTATIO.

Adde Alex. conſ. 1. col. pe. lib. 4. & conſ. 191. col. 2. poſt medi. li. 6. Soci. cõſi. 254. col. 2. poſt mediũ. ver. Præterea nõ ſumus li. 2. Deci. cõſ.

419.col.2. ver. Vbertus in tali instrumento. Ias. cons.140.col.2. in fi. lib.4. Curt. Sen. cons.49.col.3. in fine Carol. Rui. cons.63. nu. 18.vol.1. Cur. iunior. in 2. part. feudo. tract. quæst. 1.col.2. Bertachi. in d. part. in repert. in verb. Dia verbo, Dia veinte. Matth. Afflict. Neapol. dec. 345. nume. 7. & decisio 356. nume. 8. Hieron. Grat. resp. 11. numero 2. volu.1. Hippol. in d. quis. col.19 ver. Vltimus hic habemus. ff. de quæstio. Steph. Bertran. cons.1. incipi. Visa processu col.7. in fine. 33. lib.1. & consilio.3 incipi. in quæstione. n.3. dubio post princi. lib.3. & dictum Bal. de quo in hac regula vbique approbatur esse Card. Curt. in memo. iuris in verbo, mandatum prohibitorii. ver. An autem. & opinionem hanc communem esse fatetur Fran. Balb. de præscri. 2. par. 3. par. § Decimo quero. nu. 30.

Quamuis contrariam opinionem, scilicet quod ex temporis antiquitate mandatum præsumatur, tenuit idem Bal. sibi vt semper allegatur constans cons. 337. col. vlt. lib. 1. quem allegat & sequitur Deci. sub alio numero & libro cons. 129. circa fin. ver. Præterea. & cons. 277. col. 2. in fine ver. Nec obstat. & licet in dictis locis hoc firmare non audet, firmat tamen idem Deci. cons. 489 col. vltim. & latius hoc firmat idem Deci. cons. 638 col. 2. vbi dicit quod dictum Bal. supra in reg. ab authore allegatum quod mandatum, scilicet ex temporis antiquitate non præsumatur, non est verum & quod loquitur ex capite suo. idem voluit Paul. de Castro Bal. in memor. consil. 84. incipi. Visa facti narratione. numero. 18. lib. 1. idemque in mandato fundicatus longe lateq; probat Frat. Cur. Sen. consi. 77. incip. super moturis redditis. col. 2. ver. sed præmissis. Ias. in. l. sciendum. col. 8. ver. limita dictum Alex. ff. de ver. obliga. Marcus Anton. Natæ consi. 34. nu. 2. vol. 2. And. Tiraquel. in tract. de præscript. 3. 1. glo. 4. ver. Trigesimo primo. Quæ quidem opinio ex eo non mediocriter fulcitur, quia vt filius familias possit adire hæreditatem sibi dilatam, requiritur quod præcedat mandatum patris. per. l. si quis mihi bona. § iussum. ff. de acqui. hæredi. & tamen tale mandatum vel iussus ex temporis antiquitate præsumitur l. § filiusfamilias. C. de peti. hæredi. Et ea ratione potius huic posteriori sententiæ ipse accederem: nihil enim interesse video, inter mandatum & aliam solennitatem extrinsecam, & præsertim iussum qui ex temporis diuturnitate præsumitur, nam de eo loquitur. d. l. si filiusfamilias tamen si priorem sequi voluerit, cum sequentibus modis limitabis.

Primo, vt non procedat in mandato de cursu tenendo, quod ex temporis antiquitate præsumitur, seu ex antiquitate præcedentis cursus diæ secundum Alex. in d. part. in. 2. § vxor. § si quis vxori. ff. de adulte. Bertachi. in suo repert. 2. part. in verbo, mandatum qualiter ver. 7. Aymon. Craet. in tract. de antiquita. temp. 2. par. § Ex præmissis. numero 66. fol. 91. Matth. de Afflict. Neapol. dec. 345. nu. 8.

Secundo limita, quando apparet productionem mandati esse factam, vel cessante productione, licet cum aliquo aliquam cum procuratore fuisse contestatam litem, equidem mandatum præsumitur, vt scribit Imo. in d. l. sciendum. col. 5. ver. Per prædicta dici potest. sequitur Gozad. consil. 95. col. vltimi ver. Quarto adduco.

Tertio limita, vt minime locum habeat, concurrente quasi possessione & diuturna patientia, quia hoc casu mandatum præsumitur ex lapsu triginta annorum ex Alex. consil. 1. col. pen. lib. 4. sequitur Brunus Allensis consil. 93. col. 1. post medium.

Quarto limita, nam licet ex temporis antiquitate non præsumatur mandatum, præsumitur tamen ratificatio ipsius translati. vt tradit Socin. consil. 49. col. 2. in fine lib. 3. Bertachi. in d. suo repet. in dict. verb. Dia. ver. 3. Deci. consi. 289. col. 2. Gozad. consi. 11. col. 7. Quamuis Ias. consi. 140. col. 3. lib. 4. istud intelligit, quando ageretur de modico præiudicio, secus si de magno: quia tunc non præsumeretur ex temporis antiquitate, nisi præsumptio alia concurrat.

Quinto limita, vt non procedat regula concurrentibus aliquibus indicijs vel coniecturis, quia his cum antiquitate temporis interuenientibus, mandatum præsumitur. vt consuluit Curt. Sen. consi. 77. col. pen. ver. Tertia principalis conclusio. sequitur Aymon in d. tract. de antiqui. tem. 2. par. ad finem. nu. 69. Tiraq. in d. glo. 4. pag. 59.

Sexto limita vt locum non habeat, in mandato vicarij, quod si nō negaretur præsumitur, etsi negetur sufficit probare eo modo reprobationem. ex Fel. in c. sicut. col. 15. de re iudi. post decisionem Rotæ ab ipso allegatam.

Septimo limita, vt regula non procedat, quando ageretur de commodo & vtilitate allegantis mandatum, quia hoc casu ex temporis antiquitate mandatum præsumitur.

Secundum Areti consi. 42 col. 2 post mediũ ver. Præterea vt tetigit. quæ doctrina est notanda.

Octauo limita, vt non procedat in actu ad quem verisimiliter quis nõ accederet, sine mandato (puta) si quis nomine alieno multis annis solvisset pensionem, tunc enim præsumitur mãdatum, cum nemo velit iactare suũ l. cum de indebito. ff. de proba. ita Rota decisi. 23. in antiq. Salic. in l nemo. C. de reb. alien. non alienand. Alex. consilio. 91. col. 2. lib. 6. & cons. 35. col. 1. lib. 7. Fran. Cur. Seni. consil. 49. col. 7. Fran. Cur. iuni. in tract. feud. q. col. 2. versi. Confirmo hanc primam sentẽtiam. vbi ad id aduocatur Inno. in c. nonnulli. in verbo, mandato. de rescriptis & idem quoque voluit Deci. cons. 37. col. 4. ver. Secundo respondetur. Attende tamen quod Inno. cui origo huius rei assignatur in. d. c. nonnulli. nihil omnino de tempore loquitur sed tantum innititur verisimilitudine dicit enim quod præsumitur is, qui actum gessit nomine alterius, habuisse mandatum, nisi probetur contrarium. Non enim (inquit) præsumendum est quod, inanibus se laboribus fatiget, & pecuniam suam iactet. per. d. l. cum de indebito. tãquam in hoc non requiratur temporis diuturnitas, sed satis illa verisimilitudo, etiam in actu recenti. & sententia hæc verissima est & pro ea est tex. in. l. vlti. C. de alimen. pupil. præstan. vbi actus in quo est necessaria expensa, præsumitur eo mandãte factus, cuius interest. & ita voluit Bar. in l. cum seruus. & ibi Alexã. qui adducit concord. ff. de verb. obliga. Bal. in. l. id quod pauperibus. in fine. C. de episco. & cleri. Imo. in. c. 2. col. 2. vt eccles. beneficia Abb. consil. 54. col. 2. li. 1. Fran. Areti in. c. 1. col 4. de iudi. vbi per hoc dicit. quod cum in citatione requiratur aliqua impensa vt not. in l 2. C. de sportu. ea præsumitur facta parte mandante. Ex quibus constat, hic non esse necessariam temporis diuturnitatem, vt præsumatur mand. tũ. Bal in. l. 1. C. de eden.

Nono limita, vt regula deficiat quando instrumentum aliquod narrat & dicit aliquem habere mandatum, nam licet hæc verba non sufficiat ad probationem mandati, nisi de eo appareat. per. l. 1. C. de manda. prin. cap. cum in iure de offici. delega. tamen si præterea interuenerit temporis diuturnitas ex vtr sque videtur satis probari mandatum. Itaque videlicet, quod ex alia diuturnitate coadiuuabitur, supplebiturque probatio magis quam ex toto inducatur vt tradit in simili Alex. col. 57. col. 3. lib. 5. Nam illa nominatio mandati non parum operatur vt etiam in simili Bar. not. in l. acta ff. de re iudi. & in l. 1. C. de relatio. & Innoc. in. d. c cum in iure. Et ita expresse in casu huius limitationis voluit Deci. consilio. 36. col. 4. versi Non obstat.

Decimo limita, vt regula hæc locum non habeat quando temporis antiquitas esset tanta quod probatio mandati redderetur impossibilis. vt consuluit Carol. Ruin, consilio 35. nume. 18. vol. 1. argum. l. si arbiter. ff. d proba. quanuis huic limitationi refragetur Bal. doctrina in l. 2. C. si ex fals. instru. quam author in regula allegat, quo loco scribit quod mandati solemnitas non præsumitur etsi mille anni præcesserint, quem sequitur Hiero. Grat. d. cons. 112. nu. 12. vol. 1.

Vndecimo limita, vt hæc regula procedat quando de magno & graui præiudicio tractatur, secus si de modico & leui ita limitat Frã. Balb. in tract. præscrip. 1. part 3. par. §. decimo quæro. nu. 29.

Duodecimo limita quando ille qui actum gessit sit talis pro quo præsumatur. vt tradit Feli. in. d. cap. sicut. col. penul. ver. Limita secundo. de re iudi. vbi post alios quos ipse allegat concludit, quod sententia iam longo tempore lata ab aliquo tanquam delegato, præsumitur lata ex mandato delegatorio. de quo non constat. Idem in laudo iam diu lato. vt compromissum præcessisse præsumatur tenet Carol. Ruin consi 35. nu. 21. vol. 1 & ante eum voluit idem Felin. in. d. cap. sicut. nume. 13. & not Deci. cons. 36. par. 1. Illud tamen verum esse censeo, quod talis sententia lata ab arbitris, in proposito casu habebit vim sententiæ, non tamen eius causa procedi potest secundum formam. l fina. *de Madrid* in o din. iud. quæ copulatiue requirit præsentationem cõpromissi & sententiæ latæ. Virtus enim executiua à principio debet inesse, vt executio fiat. vt in simili notat Suarez. in. l post rem iudicatam 3. limit. ff. de re iudi. & Boeri, decisio. 259. Matthæu. de Afflictis decisio Neapolit. 378.

Decimo tertio limita, nam licet mandatum ex temporis antiquitate non præsumatur, qualitates tamen quæ concernunt mandatum bene præsumuntur. & ex antiquitate probantur. ita Deci. consilio. 297. sequitur Marc. Antoni. Natt. consilio. 103. numero. 2. volu. 1.

REGVLA. CCCCLII.

Mandatum procuratoris intelligitur ipso iure reuocatum, mutatione conditionis eius in deterius (puta) si bannitus efficiatur, vel ribaldus. tex. in.l.cum quis.vbi not. Bar. & in.l. si cum Cornelius.ff.de soluti.& in.l. cũ qui.§.qui filio. vbi Alex. ff. de verb. obliga. & in.l. rogasti. §. si fugitiuus. vbi Ias. allegat alia iura.1. col. ff. si cert.peta.

Amplia & limita istam regulam quatuor modis, vt per Ias.in.d.§. si fugitiuus.

Primo idem in tutore.l. pater hærede. §. si.ff.de test.tu.

Secũdo, idem in executore vltimę voluntatis.l. liberto.§. largius. ff. de annu.lega.

Tertio amplia, etiam si statum mutaret in melius. Alex.& Ias.post Bar. in.d.§. si fugitiuus. licet Deci. contrarium teneat cum eodem Bar. alias sibi contrario.

Quarto amplia, vt etiam certioratio domini non requiratur. Bal.ibi.

Primo limita, dictam regulam procedere quoad debitores scientes cõditionem mutatam: secus si non scirent.

Secundo, limita in mandato volũtario, secus in necessario: puta legitimi administratoris.

Tertio limita, nisi vnum esset promissum principali, aliud adiecto ad solutionem: quia per mutationem status adiecti principalis non reuocatur.

Quarto limita, in procuratore simplici: secus si in rem suam.

REGVLA. CCCCLIII.

Mandãs facere homicidium & mãdatarius, qui illud perficit, æquali pœna puniuntur. vt not. Bar. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acqui. hæredi. & in. l. si pecunia. §. si seruus. ff. de condi. ob tur. ca. & Bal. in. l. mandatum. C. mand. col. fi. quos refert & sequitur Alex. in. l. non solũ. §. si mandato. ff. de iniurijs.

Amplia istam regulam tribus modis, & limita alijs tribus, vt per Ioan. Villemati in repeti. l. Diuus. ff. ad leg. Cor. de sicar. in col. 3.

ANNOTATIO.

Adde tex. in. l. non solum. § si mandato. ff. de in iur. & in. l lex Cornelia. §. vlti. co. ti. & in. l. 1. §. de iecisse. ff. de vi & vi arma. & in. l. non ideo minus. C. de accusa. & in. l. pen. C. si reus vel accus. mor. fu. & in. l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. & in. l. is dãnum. ff de reg. iur: & in l. hoc iure. ver. 1. co. ti. Circa quam reg. vide late Ang. Areti. & ibi Aug. Ari. in addi. in tract. malefi. in parte, Et Sẽpronum mandatorẽ. nu. 10 Aegid. Bossi. in amplissimo illo delict. tract. cũ de mãdato ad homi. pag. 281. Anto. Gome. in tract. delictorum. c. 3. nu. 39. Et quo ad irregularitatem egregie huius regulæ materiam per tractauit. D. episco. Sego. in Clem. si furiosus. 2. par. §. 1. nu. 2. de homi. Petr. Plaza in lib. 1. epito. delictorum c. 15. per totum.

Hanc regulam, vbi latissime eam declarat, scripsit doctissimus Ludo. Car. in practic. crimi. fol. 147. vbi à numero. 5. vsque ad numerum. 46. fol. 150. scribit. 17. casus in quibus mandator excusatur. deinde à fol. 151. vsque ad fol. 153. plures alios casus scribit in quibus mãdatarius excusatur, qui omnes multum ad istam regulam sunt notandi.

REGVLA. CCCCLIIII.

Maritus si ex forma statuti debet lucrari certam partem dotis, & vxor aliquid ei leget in testamento, tale legatum quanuis simpliciter factum, computatur in lucro talis statuti. hãc dicit communem sententiam Ias. in authen. præterea col. pẽnul. C. vnde vir & vxor.

Limita dupliciter, vt per eum ibi.

ANNOTATIO.

Adde quod opinionem huic regulæ cõtrariã tenuerunt Fed.de Scal.Bono.in ſua diſpu. incipi. Queſtio talis at in ciuitate. qui refert Bal. in auth.pręterea col.2.c.vnde vir & vxor vbi poſt Nicol.de Matar.idem firmat Bal. in l.Titia §.qui inuita.ff.de lega. 2. Capra conſ. 143.in.1.dubio quam ſex fundamentis corroborat Rolan.Vall.de lucro dotis.q.96. quo loco nu.8.doctrinam noſtræ regulę veriorem & magis communẽ eſſe teſtatur quam ipſe aliquibus rationibus confirmat primis tamen ſatisfaciens.

REGVLA. CCCCLV.

Maritus non póteſt concedere licentiam,ſeu conſentire vxori,vt ſecũ contrahat,caſu quo mulier vigore ſtatuti ſine licentia viri non poteſt contrahere,prout cauetur lege noſtri regni Hiſpaniæ in lege Tauri. ita concludit ſubtilis Dida.de Segura in eleg. repe.§.ſi vir.l.1.ff.de acqui. poſſe. fol. 10.col.4.poſt medium & vide doctorem *del Caſtillo* in cõmento legum Tauri in.l.55.in glo.in verbo, *ſin licencia.* vbi refert Roma.in.l.pactũ quod dotali.6.col.C.de colla.& Bar.in.l.cum pater.§.libertus.ff. de lega. 2. adhoc quod quando mulier contrahit cum marito,non requiritur licentia.

Limita quatuor modis, vt per eundem Dida.de Segura in.d.loco per totum fol.11.ſeq.

ANNOTATIO.

Adde quod eam opinionem quam author noſter in fine huius regulę refert,quod quando mulier cum ſuo marito contrahit, non requiratur eius licentia veriſsimam eſſe cenſeo, & ea ratione notandam pro interpretatione Taurinæ conſtitutionis.55. Quia cum prædicta regia lex potius in fauorem viri quã ad re integrandam vxoris perſonam vel propter imbecillitatem eius condita fuerit quod aperte lex illa probat,cum dicit. *La muger durante el matrimonio no pueda ſin licencia de ſu marido.* Nota illa verba. *Durante el matrimonio.* Ergo fauore mariti ſtatuitur,alioqui ſi propter imbecillitatem vxoris, nec ſoluto,matrimonio poſſet ſola contrahere, tunc ſane imbecillior eſt cum mariti conſilio ſit deſtituta. Præterea vrget.l.13.ti.20.lib.3.fori.ibi.*Muger no puede fazer deuda ſin otorgamiento de ſu marido.* Nota illa verba *Marido.* Ergo quæ marito caret, libere contrahere poteſt,ſi poteſt ergo propter maritũ fit prohibitio? Ideo ſufficeret maritum ipſum conſentire vt ſecũ contrahat vxor quia alias eius diſpoſitio in dãnum mariti redundaret.cõtra.l.quod fauore.C.de legi. Inducta ſane ad augmentum,non debent operari diminutionem:& ſic contrarium, vel aliud diuerſum effectum.l.legata inutiliter. ff. de lega 1. l.legata inutiliter.ff.de adim.lega. ita egregie not.Anto.Gome.in.l.54 cum ſeq.nu.3. in.l. Tauri quod multis comprobari poteſt quę docte ſcribit And Tiraquel.poſt leges connubi. connubi.glo.7.nume.24 cum multi.ſeq. Licet doctiſsimus Auendañus in ſuo dictionario in verbo,*otorgamiento*,ver. Infertur etiam.exiſtimaut,in propoſito caſu iudicem eſſe adeũdum,vt marito facultatem concedat,ſine qua arbitratur, non poſſe cum vxore contrahere. Sed eius opinio tenenda non eſt.

REGVLA. CCCCLVI.

Maſculinum in cõtractibus nõ cõtinet fœmininum.iſta eſt communis opinio prout teſtatur Iaſ. in. l. ſi quis id quod.ff.de iur.omn.iud.

Limita quatuor modis, vt per Iaſ. in.d.l.ſi quis id quod.col.4.nu.23.

ANNOTATIO.

Adde Alberi.in.l.quicunque.col.3.ver.Sed quid in contractibus.C.de ſer.ſu.Imo.in.c potuit.col.vlti.& ibi quoq; Barb.ad ſi.de locato. vbi dicit ipſe Imo. ita cõſuluiſſe, vt vere fecit cõſ.38.ver.Nec obſtat ſi dicatur. Rapha.Com. cõſ.166.col 1 vbi dicit regulam hãc præſertim procedere in cõtractib⁹ ſtricti iuris Alex.in.l. ſi extrane⁹.col.3.vbi Iaſ.col.pe.ff.de cõdi ob cauſ. Rom.cõſ.35.dul io.2.Corn.cõſ.84. col. vlti verſi Appellatione lib.1.& cõſ.166.col.7 ver.Accedit quod alias.li.2. Alex.cõſ.61.col.1. li.1.& cõſ 80 col.vlt.eo.libro & cõſ.113 col.2. ver.Et cõſtat li.2. & cõſ.52.col.pen.ver.Et ſi quiſpiam.lib.4.Iaſ.in.l.maritus C. de procu. col.2.& in.l.quę delegato.col.2.ff. de leg.1.& in

in.l.vt liberis.col.3.C.de collā.& cōſ.115. col. pen.ver.Obſtat vnum.lib.1.& conſ.39.col.1. co.lib.Caro.Rui.conſ.178.nu.6.lib.2. Hippo. in ſing.191.Stepha.Bertran. conſ.46. in fine lib.1.Deci.conſ.171.col.pen.ver. Prętera & ſecūdo & cōſ.201.col.2.& cōſ.567.circa medium.Ferdi.de Loazes.in rep.l.filius familias §.diui.nu.179.ff.de legat.1. Frau.de Rip.in.l. ex facto.§.ſi quis rogatus.nu.59.ff.ad Treb. Ludo.Gozan.cōſ.20.in prin.Anto.Rub.cōſ. 22.col.2.nu.6.& conſ.106.col.2.& latiſsime regulam hanc explicat And.Tiraq. lib.1.de retractu.§.1.glo.9.numero.181.cum multis ſequen.fol.55.

REGVLA. CCCCLVII.

Mater meretrix non poteſt filiam ſuam exhęredare propter ipſius filiæ meretricium.ita Bar.Bal.& Fulgo.in l.in arenam.per tex.ibi.C.de inoffic. teſta.quod ibi ſequitur Iaſ.in.col.2. ver.Quarto nota.

Limita dupliciter,vt per eum ibi.in col.ſeq.quarum limitationum prima examinat.

REGVLA. CCCCLVIII.

Mater quę filio ſuo impuberi infra annum tutorem non petijt, priuatur eius ſucceſsione tex.eſt in.§.fin. inſti. ad Tertuli.& in.l.ſciant cūcti. C. de ligiti.hęredib.& probat tex.in.l. fin. C.ſi aduer. del. & in.l. matres. C. ad Tertu.per locum ab ſpeciali.

Amplia vndecim modis,& limita quatuordecim,vt copioſe per Io.àNe uiza.in ſua ſilua nupti.fo.7. col. 2. cū duab.ſeq.in nouiter vero impreſſa in fo.39.& 40. Adde vltra eum decimā quintam reſtrictionem ad regulam, quando mulier propter mortalitatem non poſſet adire iudicem, quia tunc excuſatur.

ANNOTATIO.

Adde Antoni.Gom.in.l.14. Tauri vbi nu. 18.hanc regulam cum ſex limitationibus deſcribit.

REGVLA. CCCCLIX.

Matrimonij cauſa vel ſimilis, poteſt per ſeculare iudice tractari quādo quęſtio facti incideret, ſecus ſi iuris voluit.Bar.in.l.Titia.ff.ſolu. matri.in lectura antiq.& in. l. omni nouatione ceſſante.C.de ſacro. eccle.& in.l.quoties.C.de iudi.& Abb. vbi dicit quod iſta opinio videtur magis cō munior in.c.cum ſit generale de foro comp.in.col.6.& vide Alexā.in.d.l. Titia.col.3.& 4 vbi plures refert idē ſequētes & hanc dicit cōmunem opinionē licet aliqui cōtrarium teneant.

Limita decem modis, vt per eū ibi in.d.col.4.cum ſeq.

ANNOTATIO.

Adde Roma.in.l.Titia.nu.5.ff.ſolu.matri. vbi fatetur doctrinam noſtræ regulæ eſſe cōmunem.idē etiā Paul. de Caſtro profeſſus eſt in.l.omini nouatione nu.2.C.de ſacro.eccle. vbi Alcia.col.1.idem tenuit quam etiam Bal. probauit in auth.ei qui iurat nu.41.C.de bon. authori.iudi.poſſi.quā eſſe cōmunem teſtatur Deci.in.c.diſcernimus.nu.27.de iudi. vbi bene eam defendit Ripa.nu.17.& communem eſſe affirmat idē Ripa lib.2. reſpo.c.35. nu.25. eam etiā ſequitur Feli.in.c.vlti.copen.ver. Nihilomin' dicas.de excep.atq; cōmunem eſſe hanc opinionē teſtantur Alci.in.c.1.nu.77. de offici.ordi.epiſ.Segou.in.epitom. de ſpōſa.2.par.c.8.§.12.num.5.inſignis Padilla in.l. quanuis.nu.57.C.de iur.& facti igno. Et ante Bar.hęc fuit Archi.opinio in.c.bene quidem nume.8.96.diſtin.& ex Theologis hanc opinionē eſſe firmāt cōmunē eam ſequuti Ang. in ſumma in parte iudicare.quæſtio.9. Sylu. in parte iudex.quæſtio.6. Quæ probari videtur ex text.in.cap.poſt miſerabilem. de vſur. quem ibi not.Abb.1. not. Ana col.3. Quanuis Cuma. Ioan. de Imol. & quidam alij in dict.l.Titia teneāt contra Bar. affirmantes, quod ſiue facti quæſtio vertatur, ſiue iuris cognitio dictæ cauſæ ad eccleſiaſticum iudicem ſpectat; & horum opinionem contra

Bar: communem esse testatur Fran. de Aretio in d.l.omni noua hone. col.2.nu.3. sed prima opinio communior est & verior & eam cũ authore sequor.

REGVLA. CCCCXL.

Medicinam recipiens à iudęo, peccat mortaliter.tex.est in.c.nullus.28. quęst.1.quem not.doct.adhoc.in.c.1. de iud.

Limita dupliciter, vt per Fel.in.d. c.1.in fine.

REGVLA. CCCCXLI.

Medici,vel alij periti, quide peritia artis debent deponere, debent esse saltim duo probat tex.in.c. significasti.el.2.de homi.iuncta regula pluralis.de regu.iur.lib.6.not.Bar. & Bal. in procem. ff. in fine princ.Salic.in.l. comparationes.C.de fideinstru.Ang. in auth.de non alienan.§.quod autem colla.2.

Limita tribus modis,vt per Feli. in d.c.significasti.el.2.col.2,de homi.

ANNOTATIO.

Adde Ioan.de Ana.in.c. significasti. col.5. de homi Petr.Iacob.in ti.de actione ex empt. Bar.in.l.1.§.1.ff.de ven.inspi.Ang.in.l.quod si nolit.§. mancipium'. ff.de ædi.ędi. Paul. de Castr.in.l.qui luminibus. ff. de serui. Vrba. prædi.Guid.Pap.consilio.176.incip. Quidam nobilis.Thom.Gram.consi.crimi.49. nu.12. Boeri.decis.323.nume.23.Anto. Gome. in.3. tomo vari.reso.c.3.nume.28. Fran. Auiles in cap.Prẹto.c.2.in verbo,*Ninguno* nu. 9. & latissime Lud.Car.in practi.crimi.fo.209.nu. 21.Et quod medicos debet vnaquæque ciuitas habere traditur in.l.si duas.§. 1. ff. de excusa. tuto. vbi dicitur quod maximę ciuitates decem habeant medicos,maiores septem, mino res vero quinque tradit Fran.de Ripa de peste fo.74.nume. 50. Sine medico tamen potest esse ciuitas ex opinione Hierony. Cano.in.l. 2.§.post originem.nume.208.ff.de orig.iur. Constat equidem ex Plinio lib.29. Romanos annis sexcentum medicis caruisse,quibus receptis rem in deterius venisse. Qua propter dicebat Strabo lib.6. quibus plures supersunt medici eis per multas adesse ęgritudines. Vnde Socrates,vt Plato scribit, vetuit ne medici in ciuitate multiplicarentur. Illud tamen ego sponte agnosco quod medicina ars sit verissima & eius regulæ ab experientia ortę, vt scribit Aristoteles in procemio Metaphysicę.

Hanc tamen regulam, vltra authorem nostrum,cum eisdem tribus limitationibus,quas ex Feli.author huic regulæ cõstituit bene eas declarans scripsit Boeri.d.decis.323.nume.23. quem vide.

REGVLA. CCCCXLII.

Metum,aut turpitudinem commissam in contractu purgat solutio spontanea sequens.probatur ista regula in l.2.C.quod met.cá.& in.l.si ob turpẽ. ff. de cond.ob tur.cau.cuius rationem assignat glo. in. d.l.2.

Limita sex modis, vt per Ias.in.d. l.si ob turpem in col.2.& 3.

ANNOTATIO.

Adde regias leges.28.ti.11.par.5.&.l.49.ti. 14.cad.par.Vnde eleganter Bal. adnotauit in cõsi.schismatis electionem Papæ metu factam conualescere, si voluntaria coronatio sit subsequuta.sequitur Ias.consi.62.nu.1.vol.1.

Primo tamen amplia regulam, vt procedat etiam in illis contractibus in quibus summa requiritur libertas, vt in matrimonio, quod quidem metu celebratum conualescit ex spõtanea cohabitatione.tex.in.c.in id de spõsali.

Secundo amplia,vt non solum soluens, verum etiam dilationem ad solutionem faciendam petens, videtur contractum approbasse. secundum Ang.in.l.2.C. quod met.cau. vbi allegat text.in.l.ad solutionem.ff. de re iudicata.

Tertio amplia, vt solutio spontanea purget metum contractus principalis, non solum,vt metus à principio videatur non interuenisse, sed etiam vt si interuenisse constiterit, adhuc tamen solutione ipsa purgatus videatur.ita voluit glo.mag.in.d l.2.reprobans Imerium quã fatetur esse communiter approbatam Paul. ibi nume.

nu.3.itaque facta ſpontanea ſolutione, non eſt admittenda probatio metus, quo contractus ipſe celebratus eſſe dicatur.

Quarto amplia,vt ſoluens debitum ex contracto metu celebrato, non ſolum non habet ſoluti repetitionem, ſed in futurum quoque contractum probaſſe videtur.ita voluit Iaſon in l.ſi ob turpem.col.2.in princi.ff de condi.ob tur.cauſa.aſſeuerans, non inueniſſe huius doctrinę authorē.Ego tamen reperio id tenuiſſe Bar.in.l.cum fidem.nume.1 C. de nō nume. pec.vbi dicit opinionem iſtam fuiſſe Nicola. de Matar.quam ſequitur Sali.ibi.nume.3. & Rimi.conſi.285.nu.23.volu.2. Et ſecundum hanc opinionem publico ſenatorum decreto fuiſſe iudicatum teſtatur Padilla in.l. interpoſitas.nu.27.C.de tranſacti.

Quinto amplia, vt non ſolum ſolutio ſponte facta metum purgat, ſed ſola promiſsio pecuniæ ſoluendæ, quia paria in iure noſtro eſſe cenſemus promittere vel dare.l.ſi. C. ad leg. Fal.l.ſi patronus.§.de illo.ff.de dona.

Sexto amplia, vt etiam ſolutio facta vni, cū duobus promiſſum ſit purgat vitium contractus reſpectu vtriuſque.arg.text.in.l. cui fundus.ff.de condi.indeb.not.Petrus Rebuff.ſuper regias leg.in tracta.de reciſi.contract. glo. 23.nume.11.tomo.2.conſti. Franciæ & ita tenendum cenſeo licet Iaſ. in hoc reliquerit cogitandum in.d.l.ſi ob turpem.ff.de condi. ob tur.cau.

Septimo amplia, vt ſpontanea ſolutio purgat vitium contractus etiam ſi errans quis in iure vel in facto ſoluiſſet,amiſit in vtro que caſu actionem quod metus cauſa.ita voluit glo. in.d.l.2.quæ etiam negat conditionem indebiti hoc caſu ſoluēti competere. Sed poſterior propoſitio glo.reprobatur à Cyn. ibi. 4.oppo. Bar.nu.1.Bal.2.oppo.Ang.nume.7.Fulgo.nu. 6.Sali.& Paul.nu.6 Alex.nu.10. qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem Soci.conſ. 263.col.pen.vol.2. Itaque hęc eſt veriſsima reſolutio,quod ſi errans ſoluit,vel in iure,quia ex ſtatuit metus exceptionem nō habere, vel in facto, quoniam contractum abſque metu exiſtimauit fuiſſe celebratum actionem quod metus cauſa non habet,ſed conditionem indebiti,ſi ſciens vero ſoluit,neque conditione indebiti poteſt ſolutum repetere,quoniam id donaſſe videtur.l cuius per errorem.ff.de re iur.

Limita vero primo regulam iſtam,quando tempore ſolutionis durat cauſa metus quia tūc ſolutione non purgatur. ita egregie not. Bar. in.d.l.2.nu.6.vbi Bal.& Ang.& plures alij ſequuntur quos refert Alex.nu.6.vbi Aret.nu. 1.innuit hanc eſſe opinionem communem atque ita oportet intelligere tex.in.l. metum. §.ſed quod Prætor.ff.quod met.cau.vbi ſolutio non purgat vitium contractus metu celebrati, quæ etiam communis ſententia bene probatur in.cap.1.de his que vi metuiue cau. fiunt vbi Abb.nu.2.& eſt etiam egregius rex. in.c.accedens.de conuer.cōiug.vbi cum mulier minis & verberibus adacta marito ad religionem tranſeuanti conſenſit quem ex lōgo temporis interuallo petit,nec enim medio tēpore fuit viſa conſentire, quoniam ſemper eadem timoris cauſa ſupererat.idem quoque voluit Bar.in. d.l,ſi ob turpem. nu. 5. vbi ponit exemplum in tyrāno, cuius metus præſumitur durare quandiu tyrānis ipſa durat. Item ſi vxor à marito verberibus male accepta fuerit,etiam ſi poſtea contractui conſenſum præſtet ſemper quandiu viuit maritus metu cōſenſiſſe præſumitur.Idem ſequitur ibi Roma. nume.10.& plures idem ſequentes refert Iaſ. col.2.& hoc approbat Bar.in tract. de tyrann. quæſt.2.Bal.& Ang.in.l.qui in aliena.§. Celſus.ff.de acqui.hæredi.vbi Alex.nume.10. & Iaſ.nume.41.Calde.conſ.1.in Rub.de iis quę vi met.ve cauſa fiūt.Cor.cōſ.41.nu.14.vol.2. Alex.conſ.99.nu.8.vol.3.Iaſ.conſ.165. col.2. vol.2.& in.§.quadrupli.nu.66.inſtitu.de acti. Deci.conſ.468.nu.16.Vita.de Camb.in tract. clauſu.in clauſula non vi non metu.c.de metu vxoris nu.2. Ioan.Rimi.conſil.40.nu.16. & conſ.140.num.24.vol.1.Boeri.deciſ.100. nu.13.Petrus Rebuff.in.d.tract.de reciſi.contract.glo.22.quam fatetur eſſe communē ſententiam D.Antonius Padilla in.d.l.interpoſitas.numero.24.Illud vero notandum cenſeo quod ſi metum paſſus abſque proprio periculo potuit repellere tyrannum,& noluit ſed potius conſenſit & ſoluit quod is poſtea contractum reſcindere non poſsit.vt ſcripſit Hoſtiē. in.c.id quod.de ſpon.cuius ſententiam Præpo.ibi communem eſſe teſtatur.

Secundo limita,vt non procedat quando ſolutio facta fuit paulo poſtquā contractus metu geſtus fuit,quia hoc caſu dicta ſolutio minime metum purgat,quoniam is adhuc durare præſumitur.arg.tex.in.c officij. de electi.&.l.ſi vētri.§.in bonis.ff.de priui.credi.l.lecta. verdicebam ff.ſi cert.peta.ita tenuerūt Bar. Alb. & recentiores in.d.l.ſi ob turpem.& fere omnes doctores in.d.l.2.vbi Alex.nu.5.eam com

munem esse testatur idem etiã testatur Mayne.in.l.nil consensui. nu.10. ff. de regu .iur. Quanuis opinionem cõtrariam tenuerit glo. mag.in.d.l.2.ver. Item quid si parum postquam vbi eam sequebantur Iacob. Butri. & Bal.3.quæst.sed primam sententiam (quam ipse veriorem arbitror) plurimum confirmat quod a Ioan.Lign.& Gasp.Cald. inter consi. Ioan.Calder.responsum est cons.2.incip. An dos cõstituta.ti.quod met.cau. quod si matrimonium fuit metu contractum, non intelligitur sponte fuisse ratificatum per cõtractum dotis postea factum intra tres,aut quatuor horas: quia ex vicinitate horum actuum præsumitur idem metus durare.per cap. 1. de his quę vi. me.& cap. Lotharius.31.q. 2. quod refert & sequitur Alex.d.consi.Ias.in.d.l. si ob turpem. His etiam non vulgariter suffragatur quod sicut confessio facta in tormẽtis non sufficit ad condemnationem,ita nec ea quæ statim post tormẽta fit etiam alio loco,sed requiritur quod precedat aliquod interuallum. vt tenuerunt Iacob.Butr.& Bal.in.d.l.2 Ang.in l.2.C.de custo reorum cum multis allegatis a Tiraq.lib.2.de retractu §.1.glo.5.nu.21.

Tertio limita,quando contractus per metũ celebratus fuit firmatus iuramento, quia hoc casu solutio facta ab eo qui fuit compulsus,non purgat vitium contractus. potius sane videtur is qui soluit,hoc facere ne in periurium incurrat,quam vt male gestum cõtractum probet. arg.tex in.c.debitores.de iureiuran.ita tenuit bona glo. in.d.l.2. quam ibi sequitur Cyn.3. quæst. Bar.nume.7. Alb.in fine Bal.fin. col. Paul. de Castro.nume.6.Ang. nume. 8. Areti.col.fin. Alex.nume.8.qui opinionem istam communem esse profitetur quam etiam tenuit glo.in.l.isti quidem.in glo.seu mulier.ff. quod met.cau.glo. magna in.c. authoritatem 15.q.6.sequuntur Areti.cons.24.nu.17. testatus esse cõmunem Mar.Anto.Baue. de virib. iur.nu. 151. Mayneri.in.d.l. nihil consensui. nume.13.ff.de reg.iur.Hippo.sing. 89. Licet alia glo.in.c.ad audientiam.in glo.ad resignationem.de his quę vi met.ve cau.fiunt existimet in promissione quoque iurata locum habere tex.in.d.l.2.quam ibi sequutus fuit Anto.nu.7.sed prior sententia verior est & communior,quam ibi sequũtur Hosti.Ioan.And. Anch.Imo.& Abb.qui dictam glo. reprobant licet eius opinionem videatur iuuare regia.l. 28.ti.11.par.5.

Quarto limita, vt procedat regula in solutione quæ tendit in prẹiudicium soluentis:secus in receptione pretij quæ tendit in fauorẽ, nam per eam quis non videtur contractum probare. Qua ratione si metu compulsus vendidi:tibi fundum,& tradidi: postea ex interuallo recepi pretium: ista receptio minime purgat metum prẹcedẽtem, quia censetur facta vt mihi sit magis cautum.ita Innoc.in. c. super hoc.de renuntiati.Bar.Bal.Fulg. & Ias. nu.3.in.d.l.si ob turpem.l.3.C.q̃ met.caus.

Quinto limita,quando tempore solutionis cessabat metus,fuberat tamẽ necessitas statutĩ disponentis, quod contra instrumentum publicum non possit opponi exceptio doli nec metus si quis hac necessitate cõpulsus soluit, cum nemo in necessitatibus liberalis existat. vt in.l.rem legatam.in fine. ff. de adim.lega. solutum poterit postea repetere.ita tradiderũt Bar.Fulgo.Paul.& Ias.nu.3.in.d.l.si obturpẽ. Bar.Bal.& Corne.col.2.in.d l.2. Hippo.sing. 89. Vnde non dubito hanc esse communem sententiam.licet Sali.in.d.l.2. contrarium tenuerit.Sed cum apud Hispanos exceptio metusopponi possit contra publicum quarentigium instrumentum vt disponit regia.l. 4.tit. 8.lib.3.ordi.communis sentẽtia in his regnis non seruabitur.

Sexto limita & declara regulam, vt procedat quando ageretur actione quòd met. caus. tunc potest opponi exceptio quod metus turpitudo fuit per spontaneam sequentem solutionem purgata: secus si ageretur aliquo remedio possessorio,seu aliquo interdicto recuperandæ possessionis. quia cum spoliatus sit ante omnia restituendus. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul.de vi hoc enim casu dicta exceptio,quod metus scilicet fuerit solutione purgatus opponi non potest.ita Bar. & Ang. in.d.l.si obturpem.vbi Ias.nu.3. alios allegat.

Septimo generalius limita regulam,vt non procedat quando ex solutione facta in hac specie potest accipi alia coniectura, quam approbandi contractum, quia potius illa sumenda est,ne in sui graue prẹiudicium quis vitiosum contractum probasse videatur.l.cum de indebito.ff.de proba. Cui sententiæ patrocinatur tex.in.d.l.3.quod met.caus.vbi probatur, cũ qui fundum vendere fuit coactus, non carere actione quod metus causa, nec videri contractum approbasse,si pretium fundi venditi recepit, quoniam id feciſſe censetur ne pretium quoque perderet,non vero vt contractũ approbaret, dementia equidem esset rem simul

mul & pretium perdere.ita egregie not.Abb. in.c.ad audientiam.ad finem quo.l met. cau. Ias.nu.8 in.d.l.si ob turpem.existimans quod modica præsumptio hoc casu sufficeret.

REGVLA CCCCLXIII.

Militia nõ est dignitas:probat tex. in. l. si quis in conscribendo. C. de pact.

Limita tripliciter,vt per Ias. ibi in col.2.

ANNOTATIO

Adde tex.meliorem de iure in.l.fin.in verbo.*Non militia sed dignitas*.C.qui mil.nõ poss. lib.12.Bar.in.l 1.nu.83.ver. Quarto infertur. C.de dig.lib.12.& in.l ex eo tempore. col. 1. nume.3 ff.de test.nul.Signo.de Homodeis in tract.in tract.vtrum prẽferendus sit doctor,an miles.nu.57.versi.sed militia non est.Amad. de Castello in tract.syndi. nu.38.ver. An autem militia.quæ opinio quod militia dignitas non sit est magis comunis secundum Bonum de Cur.in tract de nobilitate.3. par. nu.149. quam benè defendit And. Tiraq.in tract. de nobilitate.c.8.nu.5. Quanuis contrarium videatur regia lex.7.ti.1.lib.4.ordi.ibi, Y *que cada vna enla orden y dignidad dela caualleria*. & ibi adhoc notat noster doctor Didacus Perez.

REGVLA. CCCCLXIIII.

Minimum quod est, in dubio censetur in legato tex.est in.l.qui concubinam.§.1.& in.l.numis. ff. de lega.3. & in.l.si ita.ff.de verb.obliga. & in.l. apud Iulianũ.§.seyo.& in.l. si ita scriptum.ff.de lega.1.

Limita tripliciter,secundum Ias.in d.l.si ita scriptum.col.3.

REGVLA. CCCCLXV.

Minor viginti quinque annis,non admittitur ad probãdum in causis criminalib⁹ tex.est in.l. in testimonium ff.de testib. & in.§. testimonium. 4. quæst.3.Sed habes Hispane tex.in.l. 9.titul 16.3.par. qui in causa accusationis exigit, quod testes. 25. annum compleuerint.& idem in causa inquisitionis,quam rex præcipit fieri: contra aliquem de delicto mortis, membri vel relegationis pœnam infligente infamatum.

Limita primo,quando aliæ probationes haberi non possunt, vt puta si duo minores viginti annis viderunt aliquod delictum,& alij non,quia tũc admittuntur.ita tenet Alberi.in. d.l. testimonium. & Ioan.And. in. addi. ad Spe.tit.de teste ver.Item excipitur quod est impubes. quod dicit pulchrũ & vtile Ias.in.l.fin.col.fin. C. de his quib.vt indi.Aduerte tamẽ an obstet huic dicto,quod habes infra in regula incip.Testes qui alias nõ sunt idonei.

ANNOTATIO.

Adde Anto. Gome.in.3.tomo.c.12.nu.13. Hippo in.l.1.§.diuus Anto.ff.de.q.Iacob.Nouel.in practi.crimi.ti.de testib.in materia crimi.nume.37.

Et vnicam limitationẽ, quam author huic regulæ constituit sequitur plurib⁹, similibus confirmando Thom.Gram.consi.59.nu.11. in criminalibus quam ipse eam intelligat, vt solum procedat,quando ex natura facti in actu & in habito verisimiliter alij testes occurrere non potuerunt,sed vbi in actu communi cursu,sic se habet, quod potuissent alij testes interesse seu interuenire licet forte in actu non interuenerint,tunc minores ad testimonium ferendum minimine admitterentur:alias maximum absurdum sequeretur scilicet, quod semper inhabiles testes admitterẽtur ad probandum,quia passim allegaretur alios testes siue probationes deficere.ita singulariter declarat Anto.de Butrio in.c. tertio loco de proba. & in cõs.24.incip.Quæstio hæc dubia. Areti. consi.13.Alex.consi.64.nu.4.volu.1.& consi. 103.col.3.lib.5.Ias.in.l fin.C. de his quib.vt indi.Bertrand.consi.24.incip.Non debuerũt. in fine lib.3,Hippo.in.l.infans.ff.ad leg.Cornel.deficar. Socin.consi.17 lib.1 Fran.de Ripa in tract.de peste fol.41.Hippo.sing.73. Stepha.Auff.in cap.Tho.decis.4.ver.non obstãt iura.

iura. Thom. Gram d. conſ. 59. Alcia. in tract. præſumpti reg. 1. præſump. 47. nu. 5. Abb. & Feli. 3. not. in d. c. tertio loco. idem Felin. in. c. de cætero. col. 1. de teſtib. Saſ. in. l. cunctos populos. 1. lect. in fine. C. de ſumma Trini. & no ſter dominus. Calagur. epiſcopus infra regul. 759. in vnica limitatione. Petr⁹ Gerar. in ſing. 24. Caro. Moli. ad Alex. d. conſ. 64. litera. A. Decj. conſ. 133. & 363. Lanfran. de Oria. in. c. quoniam contra. §. teſtium de probati. Ludo. Car. in practi. crimi. fol. 73. nu. 33. itaq; non dubito hanc eſſe communem ſententiam.

Secundo vltra authorem noſtrum, limita dictam regulam, vt procedat quo ad plenam probationem faciendam, ſecus tamen quo ad aliquod indicium, vnde licet minoris teſtimonium non induceret ſemiplenam probationē in criminalibus induceret tamen indicium, licet non ad torturam ſufficiens. glo. quæ ſic debet inteſligi in. l. inuiti in. 2. ff. de teſtib. & in. l. fin. C. de his quib. Bar. in. l. maritus. ff. de quæſti. Hippo. in. l. 1. §. diuus Anton. eo. ti, Anto. Gom. vbi paulo ante allegaui.

Tertio limita in criminib⁹ exceptis in quibus minor teſtis eſſe poteſt. vt tenet Ludo. Car. in. d. practi. fol. 85. nu. 37. qui alios allegat.

REGVLA. CCCCLXVI.

Minori etiam pupillo currit præſcriptio conuentionalis procedens ex contractu defuncti, ſicut curriſſet cōtra defunctum, ſine ſpe reſtitutionis caſus eſt in. l. Aemilius. ff. de mino. & in. l. ea quæ à patre. C. de teſta. mili. not. docto. in. l. fi. C. quib. cauſ. in integ. reſti. vbi Paul. vltim. col. aſsignat rationem & glo. in. l. ſi cum militaribus. C. de teſta. mil.

Amplia tripliciter, & reſtringe tribus modis, vt per Balb. in tract. de præſcripti. in. 6. par. princi. in col. 12. & ſeq.

ANNOTATIO.

Adde And. Tiraq. cum multis ab eo allegatis in. lib. 1. de retractu. §. 35. glo. 2. nu. 1. & in tract. de præſcripti. § 1. glo. 9.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum ſcripſit Ferdi. Mencha. lib. 1. de ſucceſsi. crea. §. 10. nu. 65. vbi tribus modis eam limitat.

REGVLA. CCCCLXVII.

Minori etiam pupillo currit præſcriptio legalis inchoata cum defuncto, ſed datur reſtitutio caſus in. l. 1. ſi. C. aduer. vſucapi.

Amplia vt procedat etiam contra exiſtentem in vtero caſus in. l. etiam ei & ibi glo. & Bar. ff. de minori.

Limita in præſcriptione triginta annorum, quæ etiam inchoata cum defuncto non currit cōtra pupillum, durante tempore pupillaris ætatis, ſed interim dormit caſus eſt in. l. ſicut. C. de preſcrip. trigin. anno. & ita Bal. in fin. 1. col. ponit Balb. ſupradicta in d. tract. de præſcri. 6. par. col. 13.

ANNOTATIO.

Adde Ferdi. Mencha. lib. 1. de ſucceſsi. creation. §. 10. nume. 61. vbi a nume. 51. vſque ad numerum 63. ſcribit. 13. caſus in quibus præſcriptio non currit contra minorem.

REGVLA. CCCCLXVIII.

Minori non currit hodie præſcriptio decem vel viginti annorum, vel minoris temporis. vt in. l. fin. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. & ibi doctores vide Hiſpane. l. 98. ti. 29. par. 3.

Limita ſex modis, vt per Balb. in tract. præſcripti. in. 6. part. prin. col. 16. cum ſeq.

REGVLA. CCCCLXIX.

Miſsio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, non fit in bonis pupilli, donec ad tempora pubertatis veniat: & in hoc creditoribus expectandum erit tex. eſt in. l. apud Iulianum poſt prin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea.

Limi-

Limita hanc conclusionem tripliciter, vt per Vlda. Zasi in.l.contra pupillum.col.2.ff.de re iudi.

REGVLA. CCCCLXX.

Modus mixtus pendés ex facto honorati,& alterius tertij, si deficiat per factum illius tertij, vel per casum fortuitum mortis, nó facit deficere legatum.tex.est secundum communem lecturam in.l.si Titio.ff. de lega.1. vbi idem tex.assignat rationem quam ibi confirmat Iaſ.nu.2.& 3.

Limita dupliciter hãc regulam, vt per eum ibi.

REGVLA. CCCCLXXI.

Molendinum habendi in parte superiori, licet recolligere aquam tempore siccitatis, inuito domino molendini inferioris.not. Bar.in.l. quominus.ff. de flum.14.q. Quia aqua quousque est in sua formula propria est vt in.l.1.§.illud Labeo.ff.de aqua quoti. & æsti.

Limita quinque modis, vt per Ripam in rep.d l.quominus.18.col.

REGVLA CCCCLXXII.

Monachus non potest testamẽtum condere tex.in auth.ingressi.C. de sacro.eccle.& in.c.quia ingrediẽtibus. cum seq.19.q.3.concordat lex.17.tit. 1.6.part.

Amplia semel & limita sex modis, vt per Iaſ.in.d.auth.ingressi.2.col.vi de Philip.in rub.de testam.in. 6. col. 34.& 35.qui dupliciter tantum limitauit hanc regulam.

REGVLA. CCCCLXXIII.

Monachus non potest agere nomine proprio ita concludunt doctores in.c.cum dilecta.de rescrip.

Limita octo modis, vt per Felin.ibi in.col.23.cum trib.seq.

Monachus vide infra, in verbo, vsusfructus.

REGVLA. CCCCLXXIIII.

Monitio requiritur ad incurrẽdam pœnam, quando lex loquitur negatiuè, videlicet si non fecerit residẽtiam, si non fecerit inuentarium, vel quid simile: secus si affirmatiue, vt si quis percusserit clericum, si accesserit ad monialem, quia tunc non requiritur monitio. Ista est aurea doctrina Inno. in.c.extirpandæ.ante fin.de prẽb.quã ibi sequuntur doctores.eam dicit elegantem Alexand.in.l. ita stipulatus. *Lagrande*.in.3.col.versi. In cõtrarium autem.ff. de verb. obliga. vbi vide in col.seq.eam refert etiã post Bal. idem Alex.in.l.si mora.in col. 6. ver. subdit.ff.solu.matri.vide eundem Alex. in.l.1.col.pe.C.de his quib.vt indig. per Fran.Areti.not.in.c.cum olim.de testib.5.col. & seq. dicit eam auream Feli.in c.1.col.3.ver. Quinimo plus. de consti.vide eundem in.c. si autem. de rescrip.2.col. prope finem Hippo. in.l.vnius.§ cogniturum.in.4.col. in princi.ff.de quęstio .vbi refert plures eam commendantes. Hanc conclusionem dicit communem Siluester in summa in verbo, Excõmunicatio. lo. 7.in excommunicatione.20. versi. secundo dubitatur.

Limita primo, nisi esset appositum tempus ad incurrendam pœnam in facto negatiuo, quia tunc non requiritur monitio. Ita restringit Felin.in cap.2.de magist.col.1.in fine post Bal.& Anch. quos refert, quam limitationem tripliciter declarat.

Secun

Secundo fallit, nisi esset constitutio synodalis, continens id quod ius commune, imponens facto negatiuo pœnam, quia tunc illa incurritur omittendo, sine monitione. Ita tenet Feli. in. c. 2. de magistr. referendo Fede. de sen. cons. 109. & Anto. in. c. quoniam frequenter. §. si vero. vt lite non cont. quos ante eum retulit Alex. sic restringendo. d. doctrinam in. d. l. si mora. d. 6. col. qui loquitur in statuto. & vide eundem Feli. in. d. c. fin autem in. d. col. 2.

Tertio fallit quo ad Deum, quia quo ad ipsum satis incurritur pœna, vel culpa, sine monitione. Ita restringit Feli. in. d. cap. 2. de magistris post Abb. quem refert in duobus locis & vide eundem Fel. in. d. c. fin autem. in d. col. 2.

Quarto notabiliter limita, quando illud quod non est factum, non habet in se aliquam verisimilem rationem excusationis: quia tunc eo ipso quod quis potuit facere & non fecit, incurrit pœnam absque monitione. ita limitat Feli. in. d. c. 2. de magist. col. 2. ver. Quarto limita. post Abb. in locis per eum relatis.

ANNOTATIO.

Adde authorem nostrū & quæ ipse ibi annotaui in doctrinis magistralibus in doctr. 92 incip. Iuris prohibitio.

REGVLA. CCCCLXXV.

Morę purgatio in conditionibus non admittitur. not. Bal. in. l. si super possessione in fine. C. de transacti. per tex. in. l. Thais. §. intra. ff. de fideicómi. lib. not. Iaſ. per eandem. l. 1. C. de insti. & sub. col. 4.

Limita duobus modis, vt per eundem Iaſ. ibi, qui huic regulæ assignat duas rationes.

REGVLA. CCCCLXXVI.

Morę purgatio nō admittitur quādo executio est facta à lege, vel abhominente. tex. est in. l. si is cui. ff. de leg. 2. tenet Bar. in. l. si insulam. in. 4. qœst. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. ex hac regula infert duo notabilia.

Limita hāc regulam dupliciter, vt per Iaſ. in. d. l. si insulam. col. 17.

ANNOTATIO.

Adde late Tiraq. cum multis ab eo allegatis in lib. 1. de retract. §. 3. glo. 4. in princi. Barlio. Chassan. in suis commentis in consu. Burg. rub. 1. §. 2. in verbo. *Apres les dictz quarante iours.* numero. 4.

REGVLA. CCCCLXXVII.

Mulier si iurauit non alienare in futurum rem dotalem, & postea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata, propter iuramentum primum glo. est sing. in. c. licet mulieres. in glo. fin. de iureiur. li. 6. quam tenet Bar. in. l. si prędium. C. de iure do. & in. l. si quis pro eo. in. 3. membro prin. ff. de fideiusso. & vide Alex. in. l. duobus reis. §. Idem Pomponius. ff. de iureiur. vbi dicit quod illa glo. in terminis suis est magis communiter approbata. & eam dicit singu. Iaſ. in authē. sacramenta puberum. C. si aduersus vēditionem. col. 17. in. 5. limitatione vbi eam extendit ad minores & sic restringit. d. authē. & allegat docto. pro ea. Licet idem Iaſ. in. §. item si quis postulante aduersario. in col. 1. in fine Insti. de actionib. reflatur, & male, quod illa glo. solet communiter reprobari. & vide eundem Iaſ. in. d. §. Idem Pomponius. vbi ponderat & allegat contra. d. glo. quatuor decisiones in quibus

bus valet actus contra iuramentum prius pręstitum celebratus, & tandem tenendo eam limitat tribus modis.

Primo, vt procedat in terminis suis scilicet quando mulier iurauit non alienare dotalem, & sic iuramentū fuit pręstitum super eo quod erat prohibitum de iure cómuni: quia tunc tale iuramentum quod cócurrit cum prohibitione iuris communis bene impedit actum secundum in contrarium factum, quanuis iuratum. Ita limitat Ioan. de Imo. in. c. dilecto. de prębēd. Et in istis terminis procedit tex. in. c. intellecto. de iureiurando qui solet allegari pro illa glo. & ita limitat Iaſ. vbi supra.

Secundo limita, quia regula procedit quādo ille cum quo celebratur alienatio, vel actus, sciebat talem actū fieri contra iuramentum prius pręstitum: secus si ignorabat (prout in dubio præsumitur) quia tūc valet actus, non obstante primo iuramento. Ita Iaſ. vbi supra referendo Imo. in. l. cū vir. in pen. char. ff. de vsucapi. & ante eum Ioan. Fab. Inſt. quib. alien. licet vel non. in princi. refert etiam ad hoc Alex. in. d. § idem Pomponius. vbi vide Addi. qui refert aliquos pro ista limitatione.

Tertio limita. d. glo. quando iuramentum fuit præstitum à muliere in manibus patris, vel alterius cuius interesse poterat: alias si non iurauit in manibus alicuius, tanquam iuramentum sit nudum, non impedit actum fieri. Ita limitat. Bal. in. d. §. idem Pomponius. vbi Iaſ. refert eundem Bal. alibi & Alex. idem firmare. Quibus limitationibus sic extenuata est. d. glo. nimirum si verat sit.

ANNOTATIO.

Adde doctores maxime Imo. nu. 81. & ibi And. Alci. nume. 43. in. c. cum contingat de iureiuran. Abb. per illum tex. in. c. intellecto. de iureiur. Abb. & Fel. nu. 12. in. c. cum accesſissent. de conſtit. vbi Deci. nu. 7. Fel. in. c. noſtram. de confir. vtili vel inutil. Soci. conſ. 58. lib. 3. Iaſ. in. l. ſi non ſortem. § ſi certum. col. 3. ff. de condi. indebi. & conſi. 16. nu. 1. lib. 3. Bartho. Chaſſan. in cōſue. Burg. Rub. 4. §. 16. nu. 5. Roch. de Curte in tract. iuris patro. in verbo, Honorificum. q. 12. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter virum & vxo. §. 45. nu. 6. quā doctrinæ regulæ noſtræ communem eſſe fatentur Ioan. Cro. in. l. filius familias. §. diui. col. 25. vbi Ferdin. de Loazes. nu. 431. ff. de lega. 1. Hippo. Rimi. in prin. inſtit. quibus alien. licet vel non. nu. 228. Alex. nu. 13. vbi Zazi' nu. 40 in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff de verb. obli. Ripa. in. c. cum M. Ferra. nu. 83. de cōſti. Cur. Iuni. conſ. 168. nu. 25. And. Alci. d. nu. 43. D. Epiſcopus Segou. in. c. quanuis pactum. 2. par. §. 2. nu. 2. de pact. lib. 6. Ferdi. Mencha. de ſucceſſion. creati. lib. 2. primę par. §. 18. nu. 158. & noſter Anto. Gome. multis nominibus venerandus in. l. 51. Tauri. nu. 58. licet ipſe ab ea recedat. Sed vt veritas huius regulæ clarior appareat, illud conſiderandum eſſe cenſeo, alienationem rei dotalis iure ciuili prohibitam, tunc iuris Pontificij authoritate confirmari, cum tale iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poſsit. vt in. c. cum cōtingat. de iureiurando: at iuramentum contrarium non tantum priori iurationi, ſed promiſsioni ſimplici ſeruari nullomodo poteſt abſque animæ periculo vt in. c. veniens. vbi Inno. & alij tradiderunt de iureiurando. Igitur licet alias alienatio contrra propriam promiſsionem, aut cōtra aliam alienationem facta teneat, quia iure talis alienatio prohibita non eſt quanuis is qui alienat perperam faciat. l. quoties. C. de rei vēd. attamen alienatio rei dotalis cum iure prohibita ſit, non poteſt confirmari iuramēto, quoties mulier quæ alienat hoc iuramentum non poteſt abſque peccato adimplere non ſane æquum eſt iniquum iuramentum hanc vim habere vt contractū de iure prohibitū firmet.

Primam huius regulę limitationem ſequitur Imo in. d. c cum contingat. num. 81. & ibi And. Alcia. nu. 43. Iaſ. in. d authē. ſacramenta puberum. nu. 60. C. ſi aduerſus vendi. idem in l. non ſolum. §. vlti. ff. de noui oper. nuntiati. Alex. cōſ 16. col. 2. lib. 3. Ioan. Cro. in. d. §. diui. col. 25 vbi Ferdi. de Loazes. nu. 431. Ioan. de Selua in tract. de iureiuran. 3. par. fal. 15. & limi

tationem

tationem istam communem esse asseuerat Segouiensis episcopus in.d.§.2.nu.4. Ex qua limitatione colligitur interpretatio ad glo. illam celebrem in.c.vlti.de procura.lib.6. quæ censet promittentem cum iuramento non reuocare procuratorem ab eo constitutum, posse nihilominus eum reuocare ad hunc sensum vt reuocatio teneat, licet is qui reuocat. periurus sit censendus. quam glo. plurimum eam commendantes sequuti sunt Abb. & Fel. nu. 12. vbi. Deci. num. 7. in.d.c cum accessissent. idem Deci. in.c. ad nostram. col. vlti. de confirma. vti. vel inuti. Soci. consi. 58. lib. 3. Iaſ. in l. si non sortem. §. si certum ff. de condi. indebi. Rochus de Curte de iure patronatus. in verbo, Honorificum. quæst. 12. quam asseuerat esse communi omnium doctorum suffragio receptã insignis Couar. vbi supra quę quidem ea ratione procedit, quia is qui iurauit se procuratorem non reuocaturum, id promisit cuius contrarium sibi iurẽ licebat, itaque iuramentum in huiusmodi promissione interpositum iuri contrarium est, nimirum igitur si is qui sic iurauit possit iuratam promissionem reuocare, & reuocatio firmitatem obtineat. At regula nostra & glo in.c.licet mulieres. de iureiuran. lib. 6. ex qua fundamentum habet ea ratione innititur, quia actus secundus alienationis est cõtrarius iuri & præterea priori iuramento & ideo non valet sic equidem dictæ glossæ passim à iuris vtriusque doctoribus conciliantur, quorum bonam partem in principio istius limitationis allegaui, sed huic distinctioni mirum in modum aduersatur tex. quẽ silentio præterire non possum in.c. sicut de sponsal. vbi actus contrarius priori iuramento validus est, quanuis iuramentum quod prius præstitum fuerat iuri communi erat consonum, quia is qui iurauit promisit ipsum non acturũ, quod fieri iure prohibitũ est. Etenim post sponsalia, matrimonij contractus cum alia quam cum sponsa iure prohibetur licet contractus teneat. Et tamen si sponsus iuramenti vinculo sponsalia celebrata confirmauit, posteaque cum alia matrimonium contraxerit sine iuramento, tenet secundus hic vltimus contractus, qui est iuri & priori iuramento cõtrarius. Qua propter supradicta communis distinctio periclitari videtur, nisi tex. illum intellexeris procedere ob matrimonij priuilegium, quia si semel contractum fuerit rescindi non potest. Sed maturius in hac re excogitare oportet.

Secundum vero limitationem tenet Bal. in d.c.cum contingat. col 5. nu. 14. & in rep. l. 2. col. 4 1. ff. de iureiuran. & cons. 33. lib. 1. Ripa in.d.c.cum. M. Ferrari. nume. 63. de constit. Georgi. Nathan in rep. cap. quanuis pactum de pactis in.6. col. 5. nu. 19. quam reputat singularem & quotidianam in practica Gometius in.d.l.51. Tauri. nu. 58. eamque testatur esse magis communem sententiã D. Couar. d. nume. 4. Sed vt libere dicam quod sentio, apud me dubia quidem est, ne dicam omnino eam esse falsam. Nam si vera est nostra regula, quam multis ab hinc annis magis communis opinio recepit, parum equidem refert secundi emptoris scientia, vel ignorantia si iuramentum in alienatione interpositum minime posit eam confirmare; cum primo iuramento obstante, seruari non possit sine interitu salutis æternæ. vnde merito D. episcopus Segou. in. d. loco ab hac limitatione recedit contrariam opinionem existimans esse veriorem. & ante eum Andreas Alciatus in.d.c.cũ contingat. nu. 48. & opinionem hãc contra communem veriorem censeo, nisi mulier dolose primum iuramentum fecerit, vel alienationis tempore causa decipiẽdi emptorem, primum iuramentum tacuerit. in his equidem casibus valida est secunda alienatio quę iuramento est confirmata quod notat Imo. in.d.c. cum contingat. nu. 82.

Tertiam limitationem sequitur Deci. cons. 536. nu. 13. Alcia. in.d. cap. cum contingat. nu. 46. Georgi. Nathan. in.d.c. quanuis pactum. nu. 19. Anto Gome. vbi paulo ante allegaui sed hæc limitatio vt existimo vera nõ est, imo etiam regula nostra procedit, etiam si mulier sibimet præstiterit iuramentum vt si iurauit se dotem non alienaturam iuxta iuris ciuilis dispositionem. Hoc equidem iuramentum Deo tantum præstitum fuit, nec is qui iurauit absq; absolutione potest illi refragari. maxime quia iuramenta de non alienandis rebus dotalibus concernere videntur vtilitatem parentum filiorum & consanguineorum, qui alioqui non præstito iuramento non essent numerãdi inter eos quorũ interest. Vnde merito de hac limitatione dubitat Alex. in l. duobus. §. vlti. ff. de iureiuran. & Præsul. Segou. vbi supra licet eam communem esse fateatur.

Duas alias limitationes huic regulæ assignat Bartho. Chassa. vbi in principio huius annotationis allegaui sed cum infructiferę sint & proprie limitationes nõ sint eas non refero.

RE

REGVLA. CCCCLXXX.

Mulier etiã pro filio suo, nõ admittitur in iudicio ad defendendum: licet filius esset pupillus. casus est in. l. alienam. C. de procur. facit text. in. l. qui absente. eod. titul. & in. l. neq; fœminę. ff. eo.

Limita nouem modis, vt per Iaſ. in d. l. alienam. 1. & 2. col.

REGVLA. CCCCLXXXI.

Mulier mortuo viro alenda est infra annũ ab hęredibus viri, si non habet vnde alatur aliunde. glo. est quam cõmuniter doctores ibi sequũtur. in. l. diuortio in principio; in verbo, facto. ff. solu. mat. & in. l. 1. §. exactio. in verbo, redimendis. de rei vxo. acti. C.

Limita dupliciter, vt per Iaſſo. in. §. fuerat, in col. 6. in princip. institu. de actio.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam istam vltra ordinarios interpretes Petrũ Rebuff. super Regias leges in tract. de sententijs prouisorijs. 3. glo. 1. nu. 10. tomo. 1. consti. Fran. Matth. de Affli. Neapoli. dec. 284. Anto. Capi. decisi. 24. D. episco. Segou. lib. 3. resol. c. 1. nu. 3. & doctrinam huius regulæ fatetur esse cõmuniter approbatam doctissimus Ariamus Pine in. l. vlt. nu. 6. C. de bo. ni. mater. & Boerium consu. Burd. de consue. matrimonij & doerij. §. 4.

Amplia hanc regulam, vt summario iudicio hæredes cogẽdi sunt, vt mulieri viduæ hęc alimenta præstent, ne fame pereat, & detur afflictio afflicto cõtra. l. huius. ff. de offi. præsi. Imo aliquãdo hæres cõpelli solet, vt hæc alimenta tribuat, antequã hęredẽ se declaret, saluo tamẽ iure, vt possit se gerere pro hęrede, vel renũciare successioni interim tamen vt mulier alatur pecuniæ ex bonis hęreditatis iacẽtis capiũtur, ita asserit Rebuff. vbi supra allegaui.

Primo tamen limita istam regulam, quando mulier alias haberet vnde posset se alere. arg. tex. in. l. extraneo. ff. devent. in poss. mutẽ. tex. in. l. si quis à liberis. §. 1. ver. Sed si filius. ff. de lib. agnos. vbi dispositum est quod quando ex legis dispositione alimenta alicui debẽtur, hæc præstanda nõ sunt. si is qui alimentandus est habet vnde se alat. Et mulier dicitur habere vnde se alat, si multa aliunde habeat bona, vel patrem diuitem & sufficientem ad eam alendam. vt consuluit Aretin. consil. 68. col. 2. quem Rebuff. in. d. loco sequitur. Quãuis cõtrariũ quod hæredes mariti non excusentur à pręstandis alimentis, etsi mulier patrẽ diuitẽ habeat. tenuit Sali. in. l. vni. §. exactio. C. de rei vxo. acti. sequitur Alex. in. l. diuortio. in prin. 7 col. ff. solu. matri. & Anto. Capi. d. decisi. 24. nu. 7. quæ opinio mihi magis placet.

Secundo limita, vt procedat tantum quãdo morte mariti solutum est matrimoniũ, secus si morte vxoris: quia hæredes eius alendi non sunt, quia cum priuilegium hoc sit mere personale ad hæredes non trãsit. arg. tex. in. l. vni. C. de priuileg. do.

Tertio limita, quãdo mariti hæredes nollẽt vti annali dilatione, sed statim vellent dotem restituere, quia hoc casu non tenentur dicta alimenta pręstare. ita bene colligitur ex. d. §. exactio. sumendo argumentum à sensu cõtrario. & probat bene Soci. conf. 126. vol. 2.

Quarto limita, quando fructus ex ipsis bonis prouenientibus non sufficiunt ad alimenta præstãda, quia hoc casu hęredes nõ tenẽtur cõtribuere vltra dictos fructus. ita Alex. in. d. l. diuortio. 8. & 9. col. post Iacob. Butri. & Paul. de Castro. contra Bar. & Ang. ibi & cõtra Bar. tenet Iaſ. in ea lege nu. 18. & Bar. opinio est rigorosa prima tamen ęqua secundum Sali. in. d. §. exactio. sed idem Alex. in. d. l. diuortio. vult Bar. defendere dicens, quod eius opinio procedat quando aliqua dos constituta est licet non tanta quod fructus eius sufficiant ad alimenta præstanda, at vero si nulla dos constituta fuit, tunc hæredes non tenentur ad alimenta: quia hoc non reperitur in iure cautum & hanc distinctionem sequitur Capi. d. decis. 24. nũ. 5. Quanuis Paul. de Caſt. consil. 427. nume. 3. vol. 2. existimet, mulierem quæ nullam dotem habuit alendam esse à mariti hæredibus in primo anno, & ratio eius est quia videtur stare in primo matrimonio & Paul. sequitur Ioan. Campezi. in tract. de dote. 2. part. quęst. 162. Et ratio Paul. tenuis est, etsi vera esset inde sequeretur, quod non tam in primo anno mulier alenda esset, sed toto viduitatis tempore: cum semper videatur stare in primo matrimonio. l. fina. cum simi. C. de bon. mater.

Qua propter opinionē contrariā de iure existimo esse veriorem quā nouissime sequitur Lusitanus Pinel. in d. l. fi nu. 7.

Quinto limita, qñ mulier iā est alimētata, quia alimenta præterita non potest petere ab hæredibus. vt si ipsa se aluit. Quod intelligendū est præterq̄ si mulier interpellasset hæredes viri, & fuissent in mora cōstituti & propterea ipsa mulier pecuniā mutuo accepisset ita Paul. in d. l. diuortio. qui sic interpretatur doctrinam Bal. in l. de alimentis. C. de trāsact. vbi Alex. Paul. sequitur.

Sexto limita & intellige regulā, qñ mulier non remāsit pręgnās secus vero si pręgnās remāsisset, quia hoc casu indistincte alenda est, modo dos sit sibi restituta modo nō: & modo habeat vñ se alat modo nō. tex. in l. 1. §. mulier ff. de vētre in posse. & in l. curator. eo. tit. tradit Bar, & cōmuniter oēs doct. in d. l. diuortio.

Septimo limita, si vidua intra annū ad secūdum matrimoniū transierit, quia hæredes primi mariti nec tenētur mobilia reddere intra annū, nec alimenta præstare. sentit Cyn. in l. fi. C. de bon. mater. practi. Ferra. in forma libelli quo vxor agit ad dotē. ver. Ac etiā alimēta. Ias. in. §. fuerat. nu. 25. insti. de acti. Ioan. à Garro. in rub. C. de secun. nup. Quod verum esse censeo, præterq̄ si maritus hic secundus esset pauper nec haberet bona vñ possit vxorē alere, hoc sane casu, vel debent hæredes vxori alimenta præstare, vel dotem restituere. ita D. episco. Sego. in 4. decret. 2. par. c. 3. §. 9. nu. 9.

Illud tamen accōmodatissimū huic regulæ notare nō prętermittā, quod in casibus in quibus hæredes mariti tenentur mulierē viduam alere hoc intelligitur, in domo hæredū si apud eos honeste morari potest. Secus alias. ita tradit Spec. ti. qui fil. sint legi. §. 1. ver. sed pone vxor. & ibi Ioan. And. in addi. Bar. in l. Męuia. ff. de annuis lega. Bal. Paul. in d. l. diuortio. vbi Ias. col. 8. asseuerat quod semper vidit in practica cōmuniter obseruari, quod licet mulier possit honeste viuere cum Hęrede viri: possit tamē seperatim alimenta petere, quanuis ratio sit in contrarium secundum eum.

Cui finitimum est mulierem dum ab hæredibus alitur teneri eis operari ita Bar. in d. l. diuortio. in prin. & ideo dicit quod de ipsis alimentis debet deduci tantum quantū interest hæredum eā in ipsorū domo operari & hoc sequuntur ibi doctores. Quod verum est in muliere quæ secundum eius conditionem operatur, secus tamen vt dicit ipse Bar. si esset aliqua magna domina, cuius nullæ sunt operæ quia ista non tenetur ad aliquid operandum.

REGVLA. CCCCLXXXII.

Mulier non potest esse testis in testamentis probat. text. in. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. in. §. testes. insti. eo. tit. vbi Fab. ponit rationes & in. l. 17. ti. 16. par. 6.

Fallit quatuor modis, vt per Deci. in l. fœminę. ff. reiu. iur. nu. 26. vsque ad 35. inclusiue: quarum tres priores descripsit doctor *del Castillo*. In commento. l. 3. in parte, *Siete testigos*. In legibus Tauri immemor Decij vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde circa istam regulā Specul. ti. de test. §. 1. nu. 84. Abb. & docto. in. c. relatum. in primo de testa. Lāfran. de Ori. in tract. de depos. testium. nu. 110. Iacob. de sancto Georgi. in l. ex eo. nu. 2. ff. de testi. Ias. in l. si quis agere: nu. 19. C. de codicill. Caro. Rui. cons. 192. nu. 3. vol. 2. Thom. Grām. decis. 62. nu. 16. And. Tiraq. in legib. cōnub. l. 9. nu. 56. Barth. Chas. in consue. Burg. ti. *Des successions*. §. 4. nu. 10. And. de Besetis in repe. li. nume. 214. C. de sacro. eccle. Mar. Anto. Bauc. in. §. testes. insti. de testa. nu. 1. & 10. Fran. Osori. nu. 14. Hiero. Capu. nu. 3. Nicol. Bello. cons. 14. nu. 8. & regulam hanc egregie interpretatur Mar. Antonius Astentis in repeti legis hac cōsultissima. §. ex imperfecto. nu. 168. C. de testam.

Hanc regulam, vltra nostrum authorem, cum quatuor limitationibus constituit Socin. in reg. 419. Eandem cum quinque limitationibus scripsit Petrus Ducius reg. 314.

Primo igitur limita supra dictam regulam, vt non procedat in testamento facto tempore pestis, quia hoc casu mulier testis esse potest. Secundum Iasso. in l. fin. numero. 19. C. de codicill. vbi asserit quod in subsidium mulier testis esse potest in casibus in quibus alias non admitteretur. & allegat Ioan. Andr. in addi. ad Specul. titul. de teste. §. 1. eandem opinionem tenet Bertrand. consilio. 212. nume. 6. libro. 1. secundæ impressionis Alex. cōs. 24. nu. 11. vol. 2. & cōs. 177. nu. 7. lib. 2. Deci. cons. 284. nu. 1. quā bene defendit Parisi.

risi.cõs.46.nu.24.lib.3.& cons.32.nu.48.lib. 2.Hanibal in.l.nemo potest.nu.72.ff. delega. 1.quã esse cõmunem opinionẽ asseuerat Ferdi.Mencha.li.2.de succesi.creati.primę par. §.12.nu.25.Et ratio est quia à regulis iuris recedit̃ necessitatis causa,quę legibus nõ subiacet,quinimo necessitas ipsa p lege habetur. vt in.l.vt gradatim.§.1.ff.de mune.& hono.l. si filius qui patri.ff.de vulgari.l. fideiussor.§. qui necessaria.ff.qui sat.dare cog.

Quãuis contrariã opinionẽ, imo quod tẽpore pestis mulier non possit esse testis in testamento cõsuluit Alex.cõs.70.nu.16.vol.2.sequitur Deci.cõs.284.Tho.Grãm. decis.62. nu.16.Anto.Rub.cons.165.nu.2.Frã.de Ripa in tract.de peste rub.de priuile.vlti.volũ.causã pestis.nu.19.quã opinionẽ ibi.nu.22.dicit nõ procedere in testamẽto ei⁹ qui in ciuitate permanserat,vt labenti reipublicę subueniret, qa in tali testamento mulier potest esse testis. quẽ sequitur Anto.Caius in addi.ad Ang.in.d.§.testes.nu.7.insti.de testam.& ita potest intelligi prima opinio vt in hoc casu procedat.

Secũdo limita,qñ princeps dispensat, quia hoc casu mulier in testamẽto testis esse potest vt bene resoluit Pari.cons.46.nu.30.lib.3.

Tertio limitã,quando lex dispensat per eãdem rationem arg.l.1.ff.de cons.prin.

Quarto limita,in testamento militis.Et vera ratio est quia vbi est remissa solẽnitas iuris positiui,ibi sufficiunt duo testes etiam fœminæ tenẽt Bar.in.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.sed in testamento militis remissa est solennitas iuris positiui vt in.l.1. C.de milit.testa.ergo in eo mulier testis esse potest.Eandẽ opinionẽ tenet Ang.Are.per glo. ibi in.d.§.testes.Frã.de Ripa in.d.rub.de priui.vlti.volun.nu.24. Marc.Anto.Baue.in.d. §.testes.nu.26.

Quinto limita,vt regula nõ procedat in codicillis,in quibus mulier testis esse põt.vt notatur p glo.in verbo,non poterit.vbi doctores. ff.de testam.& in.d.§.testes.& glo.in.l.vlt.C. de codicil.Etsi a hac opinione recedat Deci. in l.fœminę.nu.4.ff.de reg.iur.& iterũ.in.c. quã.col.2.de testi.sed primã opinionẽ sequor quã cõmunẽ esse fatetur And.Tiraq. l.nona cõm.vbi.nu.6.Quod verũ esse cẽseo & seruãdũ in his Hispaniarum regnis stante regia.l.1. Tauri,quę eãdem solẽnitatem desiderat in codicillis quã in testamẽtis nũcupatiuis quia lex illa intelligi debet respectu numeri testiũ. nõ vero respectu qualitatis personarũ ipsorũ.ita tenet Gomez.in.d.l.3.Tauri.nu.1.& ibi Ioan. Lup.nu.34.Mich.Cionta.nu.12.cõtra doctorẽ del Castillo ibi.& hãc sententiã nouissime sequitur doctor Burgẽsis Solõ de Pace.in.d.l. 3.Tauri.4.par.nu.1355.asseuerãs in Pintiano prętorio secundum eam fuisse iudicatum.

Sexto limita,vt minime locũ habeat in testamẽto facto inter liberos ex glo.sententia in auth.quod sine.C.de testa.lasi.in.d.§.ex imperfecto.nu.6.Corn.cons.261.nu.3.lib.1.quæ opinio cõmunis est teste Bened.in.c.Raynũtius.in verbo,testamẽtũ.in.1.nu.65.penes finẽ de testa;Rube.cons.6.in prin.cõmunem etiã esse fatetur Ripa.in.d.rub.nu.24.Hiero.Grat. cons.90.nu.3.vol.2. Quia in tali testamẽto solẽnitas iuris gentiũ & non iuris ciuilis desideratur. d.l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.l. vlti.C.fami.hercis. Quæ quidẽ cõmunis sententia recipienda est in his regnis non obstãte d.regia lege tertia Tauri,quia licet.d.§.ex imperfecto respectu numeri testiũ,per illã correct⁹ sit,in aljis vero ius cõmune,illęsum remanet respectu testamenti facti inter liberos ex doctrina Decij,cõs.610.nu.4.vbi scribit quod si circa vnã solẽnitatẽ testamenti fuerit d.spensatũ in cæteris tñ virtus iuris cõmunis intacta remanet.Et in terminis nostris tenet Curtius.in.d.§.ex imperfecto.nu.10.vbi scribit quòd lex noua superueniens diminuens testamenti solẽnitatem nõ derogat qualitati eius. Vnde generaliter asseuerat Soci.nep.in.l.sciẽdum.nu.142.ff.delega.1.quod si lege aliqua dispositũ sit,quod testes duo, vel tres in testamentis sufficiant,si aliud non dixerit testes erunt eiusdem qualitatis,quę à iure erat expressa si septem interuenissent,quia lex solo testiũ numero iuri cõmuni derogat. sequitur Paris. cõs.32.nu.36.vol.2.Et ita.d. regiã cõstitutionẽ declarat nr̃ Gomez.ibi nõ tñ exprofessoã.nu. 53.vbi Tellius Ferd.1.par.nu.16.cõtra doctorẽ *Del castillo*.ibi in verbo,*Siete testigos*.& ita tenẽdũ cẽseo licet opinionẽ Castelli sequut⁹ fuerit insignis Greg.Lup.in.l.7.ti.1.par.6.in verbo,*Dos testigos*.& hãc sententiã cõtra doctorẽ del Castillo & Greg.Lopez egregie defendit doctor Burgẽsis de Pace.in.d.l.3.Tauri.1 par. 2.conclu.nu 155.

Sublimita tamen hanc limitationem,vt minime procedat si aliud testamẽtum legitimũ prœcesserit in quo extranei hæredes fuerint instituti quia hoc casu in sequenti testamento facto inter liberos fœmina testis esse nõ potest ita Iaſ.post Old.Fulgo.& Rom.quos refert in

d.l.hac consultissima.§.si quis autem col.pe. quos refert & sequitur Marcus Anton. Natte consi.122.nu.2.vol.1.

Septimo limita,in testamento facto ad pias causas,in quo secundū veram & cōmunē opinionē mulier testis esse potest.de qua p Corneū in cōsi.261.nu.3.li.1.Boeri.decis.93.nu.5.

Octauo limita,in testamēto facto corā impe ratore arg.l.omniū.C.de testa.Nā iuris positiui solennitas omni ex parte relaxatur in testa mento facto corā Principe,& relinquimur in dispositione iuris gentiū quod quidem ius foe minarū testimoniū non repellit.arg.l.1.ff. de testi.& quę not.p glo.& docto.in.d.§.mulier.

Nono limita,in testamēto facto in terris ec clesię.Et ratio est quia ius canonicū non curat de solēnitatibus iuris ciuilis in testamentis ser uandis.ex Abb.in.c.cum esses.col.1.de testa. quem sequitur Ias.in. d.l. hac consultissima vbi nu.9.asseuerat hanc opinionē esse cōmu- nem.idēfatetur Imo.in.l.nemo potest. nu.4. ff.de lega.1.Ioan.Crot.in tract.de testib.1.par. nu.10.episco.Segou.in.d c.cum esses.nu.14. quam sequitur Caro. Ruinus. consi.192.nu.7. vol.2.Hierony.Zanetinus in tract. differen- tiarum vtriusque iuris, differentia. 26. nu.38. Marcus Anto. Astensis.in.d.§. ex imperfecto nu.175.Licet ab hac cōmuni sentētia recedat Segou.episcopus in.d.nu.14.post Alex. consi. 70.col.pen.& consi.77.vol.2. And. Tiraq.in legib.connubial.lege.9.nu.57.

Decimo limita, in testamento facto coram presbytero parrochiali.sentit Bal.in.l.1.C.de sa cro.eccle. Abb.in.d.c.cum esses Corne.in.d. consiam sępe allegato arg.tex.in d.c.cū esses.

Vndecimo limita,nō procedere vbi agitur de probāda ambigua testatoris voluntate:quia quia hoc casu inspicitur tantūmodo probatio & non solemnitas.ita egregie consuluit Old. consi.297.uume.7.quem sequitur Astensis in d.§.ex imperfecto nume.173.

Duodecimo limita, in testamēto factoēpo re bellorū, in quo iuris positiui solēnia relaxā- tur & sic mulier in testamēto is testis esse pote- rit per ea quę bene tradit Ripa vbi supra alle- gani.& Ias.in.l.vlti.C.de testa. Ioan. Hanib. in.d.l.nemo potest.nu.72.ff.de lega.1.

Decimo tertio limita,vt regula nō procedat ad probandā voluntatē testatoris prioris reuo- catoriam.ita cōsuluit Bal.consi.39.vol.2.quem sequitur Astensis. in.d.§.ex imperfecto.nu. 174.Licet contrarium teneat Alberi.dicēs ali- cubi non esse tactum in.d.§. mulier, sed Bal. sequitur Mar.Anto.Baue.in.d.§.testes.nu.11. & idem tenuit idem Bal.in.d.§.mulier.

Secunda cōclusio, si quis in professione ipsa faciat pactum expressum quod sibi retinere liceat proprietatem aliquorum bonorū, tale pactū vitiat ingressum glo.magna in.c.2.& in.c. cum.ad monasterium.de sta.monachor. cum simi. vt per Ias.in.d.auth.ingressi.col.5.ver.secūda principalis fuit opinio. vbi dicit ista esse magis cōmunem opinionē. Licet ipse teneat contra eā contra quā etiā tenuit Ripa in.c. cū M.Ferrarien sis.col.46.ver.Quinto infertur. de consti. in communem sequitur reprobādo Ias.Deci.in.d.auth.ingressi.col.4. eandē opinionē fatetur esse communē contra Ias.And. ab Exea.in lib.pactorū.nu.510.pag.307.And. Alci.in.d.§.sed si mihi.col.5.ver.secūdo infertur Et ratio est, quia si pactū nullū esset, & valeret ingressus, qui alias non intēdebat ingredi, nisi sibi liceret habere bona propria remaneret in monasterio obligatus contra suam voluntatē, tū Deus non vult militē inuitū, sed voluntarium cap.non est.5.q.1.glo. in verbo, delectabile.in Extraua.Ioan 22. Secūdarato, qa pactū iuxta cōtractū app.sitū, quod est contra substantiā contractus, si non potest trāsformare contractū in alium contractū de se validū, reddit contractum ipso iure nullum.l per seruum §.vlt.ff.de vsu.& habita.cum simi. Quæ conclusio ampliatur, vt procedat etiam si talis reseruatio fiat per viam modi vt scribit Anto. Rub.in.d.§.morte.col.90. quem Couar. sequitur in.d.nu.18 quod multo fortius procederet, qn talis modus esset causa finalis ipsius ingressus siue professionis, nā quo ad resolutionē cōtract⁹, talis modus, qui est causa finalis, æquiparatur conditioni.text.in.l.1. C.de dona. quę sub modo & in.l.cum tale fundum.C.de pact.inter empto.& vendi.tradit. Abb.in.c.verū.de cōdi.appo. Corne.conf.102.col 5.lib.2.

Tertia & vltima conclusio, si tale pactum, quod monacho liceat habere proprium factū interponatur ex interuallo, vitiatur, & ingressus validus remanet.vt tenet gloss.in.d.§.vlti. l.per seruū. Iaso.in.d.authen.ingressi.col. 6. ver.Tertia fuit opinio. Quæ conclusio ea ratione iuuatur, quia iura, quæ loquūtur de trāsformatione cōtractus, intelligūtur si in continēti pactū iuxta cōtractum apponatur.l pacta conuenta.& ibi glo ff.de contra empti.

REGVLA. D.XXII.

Pactum de non succedendo non valet tex.in.l.ex eo.C.de inutili. stipul. & in.l.cū donationis.C. de trāsactioni.& in.l.fin.C.de pact. & in.l. pactū quod dotali.C.de colla. Georg. Natan

tan. in rep. capi. quanuis pactũ. col. 15. de pacti. li. 6. vbi ponit tres rationes.

Limita sex modis, vt per eum ibi.

Primo vbi tale pactũ à statuto vel consuetudine esset approbatum. ita sing. Bal. in. l. cum Archimedoram. C. vt in poss lega. per. cap. mulier. & per cap. filij. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agna. vide tamen Georgi. ibi qui in contrarium allegat Bal. & modernos Bononienses in quorum opinione residere videtur, & respõdet ad fundamenta Bal. in. d. l. cum Archim.

Secundo fallit in militibus tendentibus ad bellũ, inter quos valet pactũ de inuicẽ succedẽdo. l. licet. C. de pact.

Tertio, fallit ad pias causas secundum Bal. singulariter in. l. fin. C. de pact. quia si valet fauore armatę militię, vt prędixi fortius valebit fauore cœlestis militiæ. l. milites. cum glo. C. loca. & est glo. in. l. miles. §. 1 ff. de re iudi. & vide eundẽ Georgi. vbi supra allegantem Roma. pro contraria opinione & tandem saluantem Bal.

Quarto fallit si pactum de succedẽdo esset iuratum secundũ Bal. sing. in c. moribus. si de feudo fueri. cont. inter domi. & agna. vide tamen Geor. vbi supra, dicentem in contrario esse veritatem.

Quinto fallit, vbi pater cui factum est pactum, de succedendo intestatus decederet, nam inter liberos tale pactum erit seruandum: quia inter ipsos non refert quomodo pater, vel per epistolam vel aliter declaret suam voluntatem, vt secundum illam filij succedant. l. fin. C. fami. ercis. quod est singulariter notandum si ponamus quod pactum contineat filios debere succedere portionibus inæqualibus & si aliter quã ab intestato successissent, quo casu filij ex hoc pacto succederent, nõ autem æquali portione.

Sexto & vltimo fallit, vbi per tale pactum de succedendo, directo non tollitur facultas testandi, sed reseruatur alia forma disponendi de bonis per tex. in. l. quidam cum filium. iuncta glo. mag. circa finem. ff. de verb. oblig. secundum Ludo. in. d. l. stipulatio hoc modo in col. 12.

ANNOTATIO.

Adde latissime Anto Gome in. l. 22. Tauri, quo loco post alios Hispanos interpretes à numero 1. vsque ad numerum 17. multa scribit lectu non indigna. Et circa hanc regulam & eius limitationes & vide etiam D. episcopũ Segou. in. c. quanuis pactum. 3. par. in initio de pact. lib. 6.

Hanc regulam, vltra authorem nostrum cũ 7 limitationibus scribit Guil. Benedi. in cap. Raynuntius. in verbo, duas habens filias. de testa. nu. 240. quarum limitationum quinq; differunt à limitationibus hic scriptis. Et vide latissime circa hanc regulam Ferdi. Mencha. de successi. crea. lib. 2. primæ part. §. 18. nu. 1. cum multis seq.

REGVLA. D. XXIII.

Pactum de succedendo non obstante ingratitudine, inter patrem & filiũ valet. tex. in. l. omnimodo. C. de inofficiosa donation. & tenet Georg. Natan. in rep. cap. quanuis pactum. de pactis lib. 6, col. 17.

Limita tripliciter hanc regulam, vt ibi per eum.

Primo fallit, vbi non remitteretur ingratitudo præterita, sed futura: puta si dicatur quod non obstante ingratitudine committenda filius succedat patri, quia tale pactum inuitat ad delinquendum ideo non valet. l. conuenire. ff. de pactis dota. l. quidam decedens. ff. de adminis. tuto. cap. vt famę. de senten. excommu.

Secundo fallit in casu. l. 2. C. de libe. & eorum lib. vbi liberto propter

ingratitudinem in ſeruitutem reuoca to,non poteſt remitti talis ingratitudo,nec à domino dari libertas principe inconſulto.

Tertio fallit,quando non obſtante tali remiſsione,virtute delicti cómiſſi, ille remanet incapax hæreditatis in genere & iure ſuccedendi. per.l. 1. C.de hæredi.inſti.ſecundum Ioan. de Imo.& Gemi.in.d.c.quanuis.

ANNOTATIO.

Adde Guil.Bened.in.c. Raynuntius.in verbo.Duas habens filias. nume. 218. de teſtam. vbi regulam hanc eum eiſdem limitationibus ab authore hic conſtitutis deſcribit,eas tamen latius declarat.

REGVLA: D.XXIIII:

Pactum de hereditate viuentis nó valet text.in.l.fin.C.de pact. & in.l. quidam in iure.§.fin.ff. de donationi. Georgi. Natan. in repeti. c. quanuis pactum de pactis lib.6.col.18.
Limita quinque modis, vt per eũ ibi.

Primo,ſi ille de cuius hereditate agitur conſentiret.d.l.fi. dummodo in tali cóſenſu per ſe iuret vſque ad mortem vt ibi.

Secundo fallit vbi fieret pactum ſuper hæreditate incerti hominis.l.3. ff.pro ſocio.

Tertio fallit,vbi tale pactũ diſponendi de hæreditate fieret in conſequentiam alterius contractus liciti præcedentis.l.ſi ſeruum.in prin.ff. de acti.emp.

Quarto fallit,vbi fieret tale pactũ adliberandum paciſcentem(puta)pater habet multos creditores filiꝰ in vita patris dat certũ quid creditoribus, hoc pacto quod ipſum nó moleſtét, ſi contingat eum ſuccedere patri.l. cum qui.§. filium. ff.de pact.

Quinto fallit,vbi talis hereditas veniret acceſſorie(puta) vendo hereditatem,in qua erat annexa ſubſtitutio pupillaris,ad quam venditor ſperabat venire,ex pupillari,certe in hac venditione hereditatis poteſt fieri pactũ de hereditate pupilli viuentis, quę venit acceſſoriè.l.2.§.illud.verſ.plane. in verbo, maxime. ff. de hered. vel actio.vendi.ita Bal.in.d.l.fi. vide tamen eum ibi,qui contra hanc limitationem facit ponderationem quãdam & cogitandum relinquit.

ANNOTATIO.

Adde D.epiſcopum Segouienſem in. cap. quanuis pactum.3.par.relectionis in initio de pact.lib.6.Anto.Gome.in.l 22.Tauri nu.17. Camba.in tract.clauſu.rub.de renun. futurę ſucceſsi.

Hãc regulam,vltra authorẽ cũ eiſdẽ quinq; limitationibus ab eo cõſtituris deſcribit Guil. Bened.in.c.Raynuntius.in verbo, duas habẽs filias.nu.236.de teſtamen.Eandem regulam ſcribit Ferdi.Mench.1.par.de ſucceſsi. creati. §.18.vbi à numero.193. vſque ad numerum. 247.eam ampliat triginta modis, & à numero.249.vſque ad numerum.269.limitat eam. 17.modis.

REGVLA. D.XXV.

Papa ex cauſa poteſt interpretari ius diuinũ cõſtitutione, vel reſcripto licet non in totũ tollere tex.in.c.licet. de feri.& in Cleme.pręſenti.de cenſi. & in.c.quãquam.de cenſib.in.6.& in c.non minus.de immu. eccleſi. Ioan. And.in.c.cum ad monaſteriũ. de ſta. monacho.& in reg. ſemel Deo de regu.iur.in.6.Feli.vbi plura & ibi referens.S.Tho.in.c.quę in eccleſiarum. de conſti.col.5.nu.19.

Limita tripliciter,vt p Phil. Deci. in.d.c.quę in eccleſiarũ.nu.15. col.5.

REGVLA. D.XXVI.

Papa

Papa restituit famę clericos, & laicos subditos, alios vero non. Innoc. & communiter omnes not. in c. cum. T. de re iudi. Archi. & Domi. in. §. hic colligitur. 2. q. 3. S. Thom. 2. 2. q. 68. arti. vlti. in fine.

Limita hanc regulã duobus modis, vt per Feli. in. d. c. cum. T. 4. col.

Primo, nisi in casu quo Papa indigeat isto infamato ad clericatum, quo ordinato cessat infamia.

Secundo, nisi restituat laicum non recognoscentem superiorem in temporalibus.

REGVLA. D.XXVII.

Papa potest dispensare super quolibet iuramẽto, per viã cõmutationis, dispẽsationis, vel totalis relaxationis ista conclusio describitur à Feli. in. c. 2. col. 6. de sponsa. pro qua refert Specul. S. Thomam: Cardi. Archi. Flor. Anto. Imo. & Abb. in. c. quãto de iureiur. & plures alios.

Limita hanc conclusionem tribus modis, notabilibus. vt per Feli. vbi supra. in. 7. &. 8. col. quam prius tripliciter declarat & optime loquitur in materia.

ANNOTATIO

Adde circa regulam hanc Guil. Bened. in c. Raynuntius in verbo, Duas habens filias. nũ. 263. de testamen.

REGVLA. D.XXVIII.

Papę authoritas in iuramẽto regulariter censetur excepta. c. veniens. de iureiur. doctores omnes in. c. constitutus. de rescrip. vbi Feli. col. 5. ponit aliqua dicta, quę infert ex hac regula.

Amplia tripliciter, & limita quadrupliciter, vt per cũ ibi cũ duab. sequẽt.

ANNOTATIO.

Adde S. Tho 2. 2. q. 89. arti. 9. & ibi Caieta. Sylvest. in summa in verb. iuramentum 5. §. 2. Aymo consi. 7. nu. 8. D. episcopũ Segou. in c. quanuis pactum. 1. par §. 3. nu. 2. de pact. lib. 6. Ioan. de Selua in tract. de iureiurand. 4. par. 1. q. quo loco. 56. fundamenta ad huius regulę confirmationem adducit & postea. 104. fundamentis eam impugnat & tandem egregie eam interpretatur.

REGVLA. D.XXIX.

Partis, seu portionis appellatione, in dubio intelligitur de dimidia text. est in. l. nomẽ filiarũ. §. portionis. ff. de verb. signi. glo. in. l. etiam. ff. de vsufr.

Limita primo, nisi iungatur cũ aliquo determinato denotante minorem portionem, quia tunc illam tãtum includit. ita limitat Phil. in. c. 2. §. statuim⁹. de decim. li. 6. per tex. ibi. in prin.

Secundo limita, nisi verbum pars, vel portio iũgatur cũ dictione aliqua, quia tunc verificatur in qualibet parte: vt est glo. sing. in Clem. 1. in verb. aut earum parte. de foro comp. quam dicit mentitenendam. Abba. in. c. super eo. de eo qui cogno. consan. vxo. suæ cõmendat etiã Corse. in suis sing. in sing. Pars dicit sing. Philip. vbi supra. & Fel. in. c. significantibus. 6. col. de lib. obla. post Abb. in. c. pastoralis. de offici. delega. ex quo sic limitatur prædicta regula & vide Iaſ. in. l. 1. col. 3. C. de pact. vbi refert aliquos doctores illam commendantes & ibi ponderat vnum text. nouiter contra eã vi de eundem Iaſ. in. l. generaliter. §. cum autem. col. 4. C. de institu. & sub. vbi etiam alios refert & ponderat alium tex. contra eam. Quam limitationem subintellige, quando subiecta materia patitur, quod verbum pars, iunctum verbo, aliqua possit probabiliter ad quamlibet partem referri quęcũq; sit: secus si nõ patiatur. ita intelligit Soci. cons. 53. in. 4. vol. in. 4. col. in fine.

Tertio limita,ex glo.3.in.c. maiores.16.q.7. quę dicit, quod si aliquis debet partiri,non intelligitur de dimidia,secus si debet pars dari.ita restrin git Fel.vbi supra in.d.6.col.

Quarto limita, nisi petantur duæ partes,quia tunc non intelligitur, de duabus dimidijs, sed de duabus partibus respectu tertiæ.not. Domi. Anch. in.c.indemnitatibus.§.si vero per illū tex.de elect.in.6.ita limitat Fel.d.6, col.quem vide & vide Corse. in sing. vbi supra alleg.

Quinto limita,nisi ex mente loquē tis appareat, quod appellatiōe partis, intendit includere minorem partem dimidiæ. vt probat tex.in.c.1. de sen/ ten.excommuni.in.6 secundum Domi.quem refert Philip.in.dict.§. statuimus.

Sexto limita, quia ratione incertitudinis quandoque comprehenditur totum, appellatione partis. vt in.l. vxori.in prin.ff.delega.3.vbi dicitur, quod si testator legat vxori dom⁹ partem,in qua morari consueuit,& testator tam tempore testamenti, quā mortis,totam domum in vsu habuit tunc tota domus debetur ratione incertitudinis, secundum gloss.ibi. ita limitat Philip.vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde text.in.l.recte.§.vlti.ff de verbo sig. & in.l.stipulatio.§.qui decem.ff.de solu.& in l.de ætate §.si interrogatus.ff de interrogato. acti.& in.l.plane §.si ita Titio iuncta glo.ff.de lega.1.& vide Hiero.Grat.cōs.83.nu.12.vo.1.

Ex quo illud emanasse videtur, quod cum principium sit dimidiū totius ex antiquo Grę corum prouerbio cuius Plato meminit lib.6. de legibus Aristo.li.1. Moralium. c.7. Et ex latinis scriptorib⁹ Horati⁹ in epistolis,cū dicit.

Dimidium facti qui cœpit habet.

Quē corrupte allegat glo.in.l 1 ff.de origi. iur.Partis etiam appellatione.quæ suapte natura dimidiū significat,etiā ꝓ principio plerūq; à viris doctissimis vsurpatur Virgilius lib.7. Aeneidos.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrāni.

Et Cornelius Celsus lib.Medicinæ.4.c.11. *Pars quę sanitatis est uomitum esse suppressum.*

Hanc regulā, vltra authorē nostrū amplia primo vt procedat etiā in testētijs, vt iudex cōdēnet partē restituere intelligitur de dimidia ex Angel in l.defuncta.ff. de vsufruct.qui Bar.aliud dicentem reprehendit.

Secundo amplia vt procedat in dispositione testatoris.ita not. Fran. Are.& Iaſ.in d §.si ita Titio & probat tex.clarus in.l.etiā.ff.de vsufru.& in.l.testator,§ Lucius.ff.de leg.1.& in l.cum quis decedens §.nuptura ff delega.3.

Tertio amplia,in consuetud ne ita Bal. per illū tex.in.c.1.in prin.col.1.&.2.tit. de aliena. feud.sequūt Frā.Are.& Iaſ.in.d.§.si ita Titio.

Quarto amplia,vt ꝓcedat in cōtractib⁹ glo. in.l tale pactū §.vlt.in verbo,portio ff.de pact.

Quinto amplia,in testium depositionibus, quia si testes simpliciter testificentur de parte intelligitur de dimidia.voluit Bal. in cons.54. col.vltim.lib.1.qui fatetur Bar ita consuluisse id.m etiam tenuit neminem tamen allegans Matth.de Afflict. Neapol. decisi.44. nu.32. versi. sed hoc est aduertendum.

Sexto amplia,vt procedat etiam in statutis vt censet Bal.in.d.c.1.in prin.col.1.& 2.ti. de alienа.feud.

Septimo amplia,in partis confessione. nā si quis cōfitetur pretiū alicui⁹ rei ad se ꝓ parte peruenisse,intelligitur de dimidia tenet Paul. de Cast.cōs.340.lib.1.vbi dicit ita Bar. cōsuluisse sicut vere consuluit,hoc tamē subobscure sentit cons.124.incip.Punctus quæstionis.

Octauo amplia,vt ꝓcedat etiāsi de certa parte fiat mētio,nam de dimidia intelligitur ac si de parte simpliciter diceretur. ita tenet Iaſ.in l.de pupillo.§ qui renūtiat.col.1.ff.de noui oper.nū.per tex.in.l.si q aduocatorū.in verbo, certę partis cū glo.ibi. C. de postul ide tradit Iaſ.in.l.qui filiab⁹.§.si qsita col.1.ff.de lega.1.

Nono amplia,vt procedat in libello, quia si quis petit partem rei dimidiam petere videtur. glo.in.l.si rem aliquis.in verbo, totam.ff. de rei vend quam sequuntur ibi Bar. Alberic. Ang. & alij.

Decimo extende,vt procedat etiā si de parte vniuersitatis mē.io,fiat glo.not.in.c. priusquam.in princi.28.dist quam ad hoc allegant & dicunt esse notandam Fran. Areti.& Iaſ.in d.§.si ita Titio.

Et

Et vltra sex limitationes, quas huic regulæ scribit noster author septimo limita & declara, vt regula procedat cum agitur de parte intellectuali, & sic inuisibili, tunc sane appellatione partis venit dimidia. Secus cum agitur de parte visibili, tunc sane non magis accipitur pro dimidia, quam pro alia, ideo ratione incertitudinis fieri debet clarior declaratio, de qua parte petatur. Sic regulam istam declarat Rapha Co. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui. oper. nuti. cuius opinionem tãquam dubiam indecisam relinquit Sas. ibi.

REGVLA. D.XXX.

Partem non facit is qui non admittitur ad partem, nec admitti speratur: ideo non impeditur ius accrescendi & in l. plane. §. si duob⁹. ff. deleg. 1.

Limita sex modis, vt per Ioã. Cro. in rep. l. re coniuncti. col. 2. cum duabus seq. ff. de lega. 3.

REGVLA. D.XXXI.

Partis quo ad partem idem iuris est, quod & de toto quo ad totum vt in. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. & in. l. an pars. & ibi Bar. ff. pro derelict. & in. l. si seruus. & ibi moderni. ff. de acquir. hæred. & in. c. pastoralis. in princ. de offi. deleg. & vide glo. quę allegat iura p. & cõtra in. l. qui scit. ff. de vsuris.

Amplia dupliciter, & limita sex modis, vt per Ias. in. in. l. qui sine. ff. de cond. sine ca. & vide Deci. in. l. cuius effectus. ff. de reg. iur. vbi ampliat tripliciter, & limitat quatuor modis, & Nicol. Euerar. in suis Topicis iuris ciuilis in parte Locus à parte in totum vbi vnam ampliationem & quatuor limitationes describit.

REGVLA. D.XXXII.

Patris sola præsentia, siue alterius cui reuerentia debetur, non inducit iustum metum reuerentialem ad rescindendum actum, nisi probentur minæ, vel verbera præcedentia. Bar. in. l. 1. §. qui honorãdę. ff. quarum re. actio non da. & ibi Ang. idem Bar. in. l. ad inuidiam. C. quod me. cau. & doctor. in l. interpositas. C. de transa. Facit quod not. Abba. loquendo in matrimonio in. c. veniens lo. 1. de sponsa. Et de mariti reuerentia, ita tenet Petr. Rab. in suo alphab, aureo in fol. 116. col. 2. in fine referendo Bar. in. d. l. ad inuidiã.

Limita hanc conclusionem quadrupliciter, vt per Georgi. Natan in rep. c. quanuis pactum. col. 11. post medium & in sequen. de pact. lib. 6.

ANNOTATIO.

Adde Innoc. Bal. Cardi. Petr. de Anch. in. c. causam matrimonij de offi. delega. Bald. Ang. Paul de Cast. & Fran. Areti. in l. ad inuidiam. C. quod metus cau. Abb. in. c. cũ cõtingat col. 1. de iurciuran. & in. c. 2. col. 2. & in. c cum dilectus. de his quę vi metusue causa fiũt Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. col. pe. ff. solu. matri. Ias. cõs. 3. nu. 6. vol. 1 Matth. de Afflict. decis. 69. Neapo. nu. 4. Ioan. Coras. in l. frater a fratre. nume. 27. ff. de condi. inde. Quam regulam fatentur esse communem eã sequuti Cur Iuni. in l. interpositas. col. fin. C. de transacti. Soci. consi. 263. vol. 2. Felin. in d. c. causam matrimonij. vbi Deci. nu. 5. idẽ Deci. cõs. 180. & 186. & in. l. pactum quod dotã. col. 4. limi. 3. C. de collat. Hiero. Gra cons. 109. nu. 18 vol. 1. Hiero. Cagno. in l. in omnibus causis pro facto. nu. 8. ver. Circa secũdum. ff. de reg. iur. Nicol. Boeri. decis. 100. nu. 12. Anto Capi. decis. Neapo. 159. nu. 32. Throm. Grãm. decis. 103. nu. 49. vbi dicit quod opinio hæc cõmunis est & in practica seruãda D. episco Segou. lib. 4. decreta. 2. par. c. 3. §. 6. nu. 4. And. Alcia. in. c. cum contingat in prin. de iurciur. Ioan. Plot in tract. de in litem iuran. §. 3. nu. inc. 14. Areti nu. 3. Cur. Seni. & Alci. vterque nu. 21. in. d. l. interpositas. Barto. in. d. c causam matrimonij nu. 12. Anto. Gome. 2. tom. varia resol. c. 14. nu. 27. Ioan. Matienzo in dialogo relatoris. 3. par. c. 20. nu. 2. quam communem sententiam bene defendit Rod. Suar. allegat. 24. Pro qua inducitur text. in. c. quanuis pactum.

de pact.lib.6.vbi renuntiatio facta à filia metu patris reuerētiali minime rescinditur, quoniā metum illum minę non præcesserunt. & ita tex.illum inducūt Domi.& Fran.nume.2.sic etiam considerari potest tex.in.c.cum contingat de iureiuran.

Amplia primo istam magis cōmunem sententiam, vt habeat locum etiam in his cōtractibus in quibus maxima libertas desideratur sicut in matrimonio nā si minę non præcesserint, minime rescinditur ob solum metum reuerentialem l.si patre cogē.ff. de rit nup.c.1.de spon.imp.Cuius tex.dispositio in cōtractu matrimonij spiritualis minime habet locum, puta ingressu religionis quē solus reuerentialis metus vitiat glo.not.in.c.præsens clericus.in verbo,patrem.20.q.3.quæ alibi nō reperitur vt asseuerat Imo.nu.15.in.d.§.eo aūt tempore vbi Alex.nu.11.reputat sing.idē etiā profitetur Roma.in.l.si ob turpem.nu.12.de condi.ob turp.cau.& peregrinam esse fatetur Ias.in.§.quadrupli.nu 62.Inst.de acti.& elegantem esse scribit Rode.Sua.d.alleg.24.& communem esse testatur D.episcopus in loco nouissime allegato num.7.quam sequitur Hippol.in.l.vnic.C.de rap.virg.nu.43.& in sing.347. Matiencius in dialogo rela.& aduo.3.par.c.20.nu.4.Ferdi.Meneh.qui alios allegat de cōtrouer.illustri.c.35 nu 17.& hāc cōmunem sententiam tenet Anto.glo.tamen immemor.in.ca.cum virum nu 6 de regula. Et licet glo.illam velut vaicam & singularem omnes cōmendent idem videtur sensisse glo.in.c.l.v.spontanea.de sta.regu.in.6.Cuius rei ea traditur ratio quod volūtarium militem velit Christus,non vero aliqua necessitate compulsum.Sed ista opinio licet recepta sit & cōmunis vera tamen non est, tāta enim libertas in matrimonio carnali requiritur, quāta in spirituali.c.cum locum.de spon.tamen carnale matrimonium ex hoc solo irritum nō est: ergo nec spirituale & ita scribit Abba.in.d.c.cū virum in hac re nullum esse discrimen cōsti tuendum & ea ratione professionem non esse retractandam & hoc tenet Roma.in.d.§.eo aūtem tempore.Fel.& Deci.in.d.c.causam matrimonij.quos sequitur D.episcop.in.d.nu.7. & quod nulla in hac re inter spirituale & carnale matrimoniū differētia sit cōstituenda scribit Ioā.Igne.in.l.3.§.elegāter.num.176.ff. ad Syllani.tametsi vtroq; casu nitatur probare ex solo metu reuerētiali actā esse rescindēdū sed quod ego supra scripsi alios sequutus approbo.

Secundo amplia cōmunē sententiā vt vera sit etiā si mulier,vel filius seorsum metū, mariti vel patris protestentur, adhuc enim si minę cessent,vel verbera, cōtractus ex solo metu reuerētiali,cui etiā accesit huiusmodi protestatio non vitiabitur. ita sentire videtur glo.in.l. metū,in verbo, Iactationibus.ff. de his quę vi metusue caus fi.& ibi not.Bar.nume.2.Ioan. And.in.c.fi.col.1.in verbo,cōtestatione de appella.Ang.in.l.cum quidā.nu. 2. ff.de appel. Alex.cōs.76.nu.11.vol.3. Deci.cōsi.219.nu.6. And.Alci.in.d.c.cū cōtingat.nu.2. de iureiur. Quāuis antiquissimus Raynerius quē Abbas refert in.d.c.causam matrimonij.de offi.dele g. fuerit arbitratus hac sola protestatione cōtractū rescindi posse quod etiā videtur tenuisse Dy.n. in.l.qui in aliena §.Celsus.ff. de acqui.hæ re. quē Bar.ibi nu.6.merito reprehendit. Non tñ illud negabo, quod protestatio hæc vtilissima erit,vt metus probationem adiuuare possit.

Limita tamen primo regulā hanc, vt non procedat si cū metu reuerētiali enormis alia lęsio cōtingat.hoc enim solū minus nō probatis sufficit ad cōtractus rescisionē ita Paul.de Cast.cōs.174.nu.4.lib.1.Iacobi.nu. 11. Cur. Seni.col.2.Alcia.nu.31.in.d.l.interpositas .C. de trāsact.Aymon.cōsi.114.nu.1.episc.Sego. in.d.§.6.nu.4.& in.c.quāuis pactō. 3. par. §. 4.nu.7.de pact.lib.6.Ioā.Riminald⁹ cōs.30. nu.15.vol.1.vbi Hippol.Riminal.multos idē tenentes allegat rub.cons.12.nu.2.qui magna ex parte opinionē hanc intelligunt etiā si iuramentū huic contractui accesserit ex Aret.cōs. 24.col.2.Aym.cons.11.col.pe.Nec opinio hęc ratione careat, quia dol⁹ præsumitur in ea cōuentione adhibitus & oppressio quædā saltim reuerētia patris vel maritialioqui nō est verisimile quod tātę lęsioni filia vel vxor consensisset facit tex.not.in.l.si supplite de dolo malo.Magna equidem lęsio dolum arguere solet l.omnes.§.Lucius.ff.qnæ in fraud.credi.& dolus re ipsa interueniēs ita officit actui, ac si ex proposito accederet cōtractui.l.si quis cū aliter ff de verb.obliga.l.2.ff.de dol excep.Et parētes quoq; ac domestici qñq; suos decipere solēt.l.lata.C.de don.quo fit vt opinionē hāc verā esse atq; cōmunē existimē,licet ab ea recedat insignis Padilla in.d.l. interpositas.nu.21.

Secūdo limita,vt regula nō procedat, qñ cū isto metu reuerētiali cōcurrit etiā quod filius est multū obediēs patri.vel mulier esset imbecillis & maritus est vir crudelis,& austerus circa vxorē,vel pr̄ circa filios sibi nō obtēperātes,

quę

quo casu si marit⁹ vel pr̃ mãdauit cõtractũ fie ri, met⁹ hic reuerẽtialis illis concurrẽtib⁹ suffi ceret ad annullãdũ contractũ, maxime si contraxerũt ad vtilitatẽ mariti, vel patris quod tn prudẽter iudicis arbitrio relinqt nr̃ suarez. d. alleg. 24. quo casu veluti miles veteran⁹ in controuersijs foriẽsibus admonet aduocatos vt sint multũ cauti in allegãdo & probãdo qualitates has, prout se pluries fecisse testatur. Illud tñ constãter asseuero, quod cessantibus istis qualitatib⁹, nõ sufficeret ad rescindendũ contractũ probare aliquando metũ fuisse illatũ, nisi probetur ratione certi contractus adhibitũ fuisse ita innuit. Inno. in c. accedẽs. de conuer coniuga. & in c. cũ locum. vbi Ioan. Andr. de sponsi. Hippol in sing. 325. Petrus Auendan. in suo dictionario, in verbo, *Fuerza*. Ideo si quis alium in carceres detrusit, vt ab eo pecuniam extorqueret si aliud contractũ facit firmitatem habet, quia ad illũ metus non fuit adhibitus. l. q in carcerẽ, ff. quod met. causa. l. qui a latronib⁹ ff. de testa. & opinionẽ istã dicit esse pulchrã & subtilem Petrus Rebuff super regias leges Galliæ in tract. de rescisioni. contra. crti. vni. glo. 22. nu. 5. tomo. 2. const. Fran. licet secũdũ illũ in suo regno non seruetur, tamen secundum hanc sententiam iudicatum fuisse olim in regio Neapolitano prætorio testatur Matt. de Affli. Neapolitana decisi. 246. nu. 2.

Tertiò limita, quando simul cum metu reuerentiali, importunæ preces patris vel mariti interuenerũt, quia hoc sufficeret ad reuocandum contractũ ita Matth. de Affli. decisi. 69. nu. 5. Boeri. decis. 101. nu. 10. episcopus Sego. in. 4 decret. 2. par. c. 3. §. 6. in fine. Cui sentẽtiæ plurimum conducit celebris Inno. doctrina in c. petitio. in prin. de iureiur. vbi scribit nihil referre actum, metu vel precibus importunis celebrari, sequitur Lucas de Pen. in rub. C. de auro coro. lib. 11.

Quarto limita. vt regula ista in animæ iudicio non procedat, quia gesta per metũ reuerentialem patris & similium, vbi non fuit spontaneus consensus, etiã si minæ non probẽtur eo iudicio obligatoria non sunt. ita not. Summa Angelica in verbo. Metus. versi. Quod si metus. sequitur Ioan. Plotus de in litem iurando. §. 3. nu. 19.

Notabis tamen vtiliter, circa istam regulam quod in casibus in quibus metus reuerẽtialis patris, vel mariti sufficiẽs est ad reuocandũ cõtractũ, sufficit met⁹ fatris illatus iuueni sponsi, quod recte notarũt Areti. cõs. 24. nu. 10. Clau. in l. quę dotis. nu. 28. ff. solu matri. quod alios allegans sequitur Ioã. Matienço in dialogo rela. 43. par. c. 20. nu. 6. Idẽ in iracte, respectu fratris maioris natu asseuerat Orosci. in l. veluti. nu. 7. ff. de iusti. & iure. qui alios allegat. Idem in metu reuerẽtiali patrui notauit Anto. Capi. decisi. 189. nu. 25. Carol. Rui const. 170 nu. 16. vol. 1. Idem in metu reuerentiali Soceri. notauit Aymon consi. 282. nu. 9. quia parentis loco sit. l. quia. ff. solu. matri.

REGVLA D. XXXIII.

Pater si in instrumẽto donationis, confiteatur se recepisse seruitia à filio non statur in hoc eius confessioni, sed oportet quod benemerita, seu seruitia probentur. gloss. est sing. quæ ad hoc commendatur ibi in. l. si in donatione. C. de colla. & ponit Ioan. Lup. in rep. rub. de donationi. inter vir. & vxo. fol. 26. col. 2. in princip. ver. sed quarum. gloss. nota. etiam Iasso. ibi in col. 4. vbi in hoc assignat duplicem rationem.

Limita tripliciter, vt per eundem Iass. in duab. col. seq. vbi supra. Et vide eundem Iass. in. l. frater à fratre in col. 20. in lectu. ff. de condit. indebi. vbi huic regulæ scripsit tres limitationes, quę omnes continentur in. 1. & 2. limitationibus scriptis per eum. in. d. l. si donatione.

ANNOTATIO

Adde quæ scripsi in annotatione supra in reg. 214.

REGVLA D. XXXIIII.

Pater non potest cõmittere alteri, vt occidat filiam suam adulterantem, seu adulteram. tenet Bal. in. l. accusationibus. C. quod met. caus. & in. l. ad officium. C. cõmuni diui. & Paul. in. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff.

fol. matri. Facit doctrina mea in meis doctrinis magistralibus doctrina incipi. Vindictam facere.

Limita, nisi pater hoc mandaret filijs suis: tenet Bar. in. l. non solum. §. si mandato ff. de iniur. Sali. in. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adul. quib⁹ assentitur Feli. in. c. si vero. lo. 1. col. 1. ver. Limita de sent. excommu.

ANNOTATIO.

Adde Ang. in tract. malefi. in parte Che hay adulterato. nume. 64. vbi. Aug. Arimi. Hippo. in. l. 1. col. 4. C. de rap. virg. & in fing. 448. Parisi. cons. 154. col. 2. volu. 4. & hanc huius regulæ doctrinam communem esse fatentur Nolan. a Valle. cons. 59. nume. 25. vol. 2.

Et vnicam limitationem quam huic regulæ cõstituit author probari videtur. in. l. Gracchus. vbi Bal. hoc ex illo tex. not. Iaſ. in. l. 1. §. vlti. nu. 5. ff. de noui ope. nup. Feli. in. c. quæ in eccleſiarum. nu. 13. de conſtitu. Paul. Pariſi. d. conſi. 154. nu. 10. &. 15. Ioan. Bap. de ſancto Geminiano in tract. de debitore ſuſp. & fugi. q. 4. col. vlti. Hippo. in. l. vni. nu. 4. C. de rap. virg. Ang. Are. in. d. nu. 64. Petr. Bellug in Specul prin. titu. de principe prohibente militem gemificare. §. 1. col. 9. ver. Ad ſecundum eſt videre And. Tiraq. in repet. l. ſi vnquam. in præfati. nu. 16. C. de reuo. dona. quam fatetur eſſe cõmunem opinionem epiſcopi Sego. lib. 4. de creta. 2. par. c. 7. §. 7. nu. 5. qui poſt Fortuni. in tract. de vltimo fine illa. 11. col. 7. ver. Quinto infertur. eam falſam eſſe contendit vltra quẽ idem tenet Feli. in. c. vlti. §. is autem. col. vlti. de offici. delega. & ante illum Bal. quem tamẽ ipſe non allegat conſi. 173. col. 2. l. b. 3. vbi dicit quod ſtatutum permittens vindictam offenſo intelligitur de eo tantum qui eſt corporaliter offenſus, non de eo qui iuris fictione eſſet offenſus, vnde pater, inquit & filius offenſi nõ poſſunt huiuſmodi vltionem ſumere. Quanquam dici poteſt Bal. ibi loqui quando filius ſine mandato patris veluti iure proprio id vellet facere quod vtique non poteſt.

REGVLA. D. XXXV.

Pater poteſt cogi obligari ſe & ſua bona pro reſtitutione dotis mulieris, cum qua filius eſt matrimonium contracturus, vbi alias nõ poſſet commode cum alia, vel illa contrahere, in loco vbi non eſt in obſeruãtia, quod pater teneatur ad conſtituendam donationem propter nuptias. voluit Bar. in. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matri. vbi vide Imo. Roma. Paul. de Caſtro. & Alex. in. 1. col. de qua materia vide notabiliter per egregium doctorem noſtrum Hiſpanum Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo. fol. 11. col. 1. cum quatuor ſequ.

Limita iſtam cõcluſionem ſex modis, vt per Bal. Nouel. in tract. de dote fo. 16. col. 4. ver. infertur ex prędictis cum ſeq. col.

REGVLA. D. XXXVI.

Pater tenetur pro filio, quatenus eſt in peculio. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. vt declarat Zazius in loco infra citando.

Amplia vno modo hanc concluſionem, & limita ſex modis, vt per Vldari. Za. in §. actiones. Inſti. de actio. col. 92. ad fin. cum ſeq. & in prin. ſeq.

REGVLA. D. XXXVII.

Pecunia non eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt: ex quo ſequitur quod poteſt ſine iudicis decreto alienari glo. eſt ſing. in. l. 1. §. fuit quęſitum in verbo, neceſſaria non eſt. ver. ſed hoc non reperitur in adulto. ff. ad Trebel. quam reputat vnicam, ſingularẽ, & alibi non reperiri Bal. in. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. mino. & in. l. ſed ſi ex ſtipulatu. ff. de ver. obliga. & eſt peregrina ſecũdum Bal. in. l. 1. circa princi. ff. de reb. eorum ſi miles tamen allegat Iaſ. in. d. §. quid quęſitum. col. 6. in prin. vbi refert plures

res qui tenent cum.d.glo.& eam confirmat & defendit.

Limita,duobus modis,vt per Iaſ.in d.§.fuit quæſitum.d.col.6.

ANNOTATIO.

Adde Bar.in.l.ſi ex legati cauſa.vbi Franc. Areti.& late Barb.ff.de de verb.oblig. Salic. in.l.1.C.ſi aduer.vendi.Steph.Bertran. conſil. 100.nu.13.lib.1.& conſi.216.nu.2.lib.3.Abb. in.c.nonnulli.col.3.& ibi late Barba.col.3.de reb.eccle.non alien.Alex.conſil.92.col.1.lib. 6.Nicola.Boeri.deciſ.209.nu. 4.Pariſi.conſi. 25.nu.73.lib.2.Corn.conſ.38.col.3.li.3.Deci. in auth.qui rem.col.2. C. de ſacro.eccleſi. & conſ.409.col.2.Roma.ſing.104.& huius regulæ doctrinam allegans multos cõmunem eſſe fatetur And.Tiraq.lib.1.de Retract.§.1.glo. 7. nu.104.qui omnes communi conſenſu fatentur pecuniam non eſſe de his rebus quæ ſeruando ſeruari poſſit,quandoquidem ſi eam cuſtodieris,nihil emolumenti inde ceperis:quinimo cã cuſtodire pœna eſt & cruciatus quod eleganter Cornel.Gallus ſic eecinit.

Quid mihi diuitiæ quarum ſi dempſeris uſum,
Quanuis largus opum,ſemper egenus ero.
Imo etiam pœna eſt partis incumbere rebus.
Quis cum poſſideas eſt uiolare nefas
Non aliter ſitiens fugitiuas tantalus undas
Captat, & appoſitis abſtinet ora cibis.

Hæc tamen regula,quæ vt dixi communiter recepta eſt,naturali ratione falſa eſſe videtur,quia ad oculum patet pecuniam rem eſſe quæ ſeruari poteſt.ideo quia filio pecuniam ſeruãdam eſſe admonet tex.in l.fin.§. ipſum autem.C.de bon.quæ lib.Et de theſauro plura iura loquuntur &.l.ſi chorus.§.1. ff. de leg. 3. Præterea contra communem ſententiam conſideratur text.in.l. lex quæ tutores.C de admi.tuto.quia ſi verba illius.l.attẽdas in ver. *Rem ſeruando ſeruari non poſſe*, Eam appellat, quæ ſolo tempore abſque vſu conſumitur. & ex præcedenti ver. quo loquitur de pecunia, in qua veteres poſuiſſe dicit patrimonij robur manifeſte ſeparare videtur pecuniam à cæteris rebus, quæ ſeruari nequeunt.ſic receptam ſententiã euertere conatur vir perpetua memoria dignus Arius Pinel.in.l.1.C.de bon.mater.2.par.nu.42.Et ſi opinionem eius ſequendam eſſe iudicaueris, poteris equidem ſatisfacere tex.qui pro communi adducitur in. c. vlti. de pigno.ibi,*quia uſu conſumitur* reſpondendo quod text.ille & iura ſimilia minime dicunt pecuniam rem eſſe quæ ſeruando ſeruari non poſſit.ſed potius ſignificant,pecuniam ex vſu à domnio noſtro exire diuerſoſque dominos ſortiri ipſam tamen non conſumi.Nec minus refragatur tex.in.l.Iulianus.ff.de peti.hæredi. ibi,*Si pecuniam eligat actor,quæ ſeruari non poſſit.* Quia tex.ille loquitur de pecunia non idonei debitoris à quo exigi nequeat ob inopiam ideo que lex appellat ſeruari non poſſe vt glo. ibi ſentit & bene cõſiderat Alex.in.l.1.§. fuit quæſitum.nu.4.ff.ad Trebel.quod non aduertens doctiſsim⁹ Tiraq.in.d.nu.14.aſſeruit tex. in.d.l. Iulianus . apertiſsimum eſſe pro communi.Nec obſtat Ariſtotelis ſententia lib. 4. Ethicorum.c.1.dicit enim eo loco,prout nonnulli allegant & habet antiqua tranſlatio,pecuniarum vſum conſumptionem eſſe. Verum non iſtuit eo loco Ariſtotelis ſenſus ſed hic, vſum pecuniarum in ſumptionib⁹ & erogationibus conſiſtere.

REGVLA. D.XXXVIII.

Pœna impoſita pro contumacia regulatur ſecundum limites contumaciæ.caſus eſt not.in.c.ex literis de cõſti.de quo Bar.pulchre.in.l.ſi adulterium cum inceſtu. §.1. ff. de adulter. allegat illum tex.Bal.in.l.1.C.de poſtul.& per eum Felin.ibi cumulat ſex dicta notanda col.8.in fine cum ſeq.

Amplia dupliciter,& limita totidẽ modis,vt per Feli.ibi.

REGVLA. D.XXXIX.

Pœna promiſſa ab extraneo, qui ſe facturum obligauit, quod Titia cum aliquo contraheret,poteſt peti matrimonio ſecuto.glo.in.l.Titia.ff.de verbo.obliga.cum qua ibi tenet Bar.& alij per.l.mulieri & Titio cum glo.1.ff. de condi.& demõſtra.idem tenet glo. Cin.& communiter doctores in.l.ſi. C.de ſponſ.

Limita trib⁹,notabilib⁹ modis, vt p Iaſ.in.l.ĩ.d.l.titia.col.5.ff. de ver.ob.

AN

ANNOTATIO.

Adde dominum episcopum Segouiensem lib.4.decretal.2.par.c.3.§.6.nume.5.

REGVLA. DXL.

Pœna corporalis,vbi venit imponenda,lata culpa non equiparatur dolo tex.vbi not.Bar.in.l.lege Cornelia.ff.ad leg.Corne.de sic.idem Bar.in.l.a.§.nō autem.ff.si quis testamēto liber esse ius.fue.de quo late per Hippo.in.l.de minore.in princi.6.&.7.col.ff.de quęstioni.& istam dicit communem sententiam Iaſ.in.l.in actionibus.col.5.ff.de in litem iur.voluit Soci.in reg.95.incipi.dolus latę culpæ.& 100.in.1.fallētia.& seq.vide in materia optime per Ioan. Villemati in rep.l.Diuus.ff. ad leg. Cor. de sica.in col.9.& 10.& vide Sylvest.in summa in verbo, pœna.in.16.q.& in verbo, Culpa ver.decimo quæritur.

Primo limita,in casu.l. pen. C.de custod.reo.& in.l. milites. ff. eo. vbi imponitur commentariensi pœna corporalis,licet tātum propter suam culpam,& sine dolo incarceratus aufugerit.ita limitat Ang.in.d.l.lege Cornelia.& ibi per Hippo.1.col.& Iaſ.in.d.col.5.& Iacob.Bull.in rep.§.famosos l.capitalium.ff.de pœn.fol.45.col.2.

Secundo limita,in Castellano, siue arcis custode, quia talis capite punitur,siue dolo siue culpa perdat arcem not.Old.cons.92.incip. Rex habebat arcem.& Bal.in.l.ad commentariensem.ff.de custo.reo. quos refert & sequitur Iaſ.d.col.5.

Tertio fallit,in casu sing. l. si quis aliquid.§. qui abortionis. ff. de pœn. videlicet in eo qui abortionis, aut amatorium poculum dat, quia talis etsi sine dolo dederit,vltimo supplicio punitur:secus tamen si mulieri vt concipe-
ret medicamentū dederit,quo sumpto mortua fuit, vt in.l. 3. §. adiecto. versic. Sed ex senatuconsulto. ff. ad leg.Corne.de sicar. Ratio diuersitatis secundum Bar.& Hippo.in.d.§.adiectio. est quia primo casu dabat operā rei illicitę,secundo vero licitę:& istā limitationem ponit etiam Iacobi.vbi supra in.d.rep.§.famosos.

Quarto fallit, in casu.l. pen. ff. de incendi.& rui.nau.secundum Ang.in d.l.lege Cornelia.quem ibi sequitur Hippo.col.1.ita etiam limitat Iacob. in.d.rep.vbi allegando.l.qui ædes.in d.tit.de incendi.& rui.nau.in.1.limi. ad istam regulam,dicit quod hoc fallit quotiescūque is contra quem competit actio ex delicto culpa commisso non habet in ęre, quia tunc potest puniri in corpore,licet culpa & non dolo deliquerit.

Quinto fallit,in medico imperito, qui asserit peritum, si eius imperitia moriatur infirmus:quia talis punitur pœna corporali ita sing. tenet Flori. in.l.idem iuris,§.mulionē. ff. ad leg. Aquil. ad quod allegat glo.in.l.2.ff. quod quisq; iur.quod sequitur Hipp. in.d.col.1.

Sexto fallit, in assessore imperito, qui allegat se peritum qui fecit aliquē indebite perire:not.Flori. in quadam sua disputatione incipi.Inquisitus de crimine.capitali.& sequitur Hippol. vbi supra.

Septimo fallit, in casu.l.quoniam multa.C.ad leg.Iul.de vi publ.secūdū Flo.& Hippo.vbi supra & hanc limitationem sequitur Iac. in loco prælegato.

Octauo fallit,in casu.l. omne delictū. .exploratores.& §.qui in aciem. & in.§.sed si caligatus.ff.de re mili.secundum eosdem vbi supra vide eundem Hippo.vbi aliquos ex prædictis casibus

casibus ponit in.l.3.§.diuus.col. pen. ff.ad leg. Corne.de sic.

Nono fallit in dicto Bar.in.l. iuste possidet in fine.ff.de acqui.poss. vt refert Hippo.in.d.col.1.

Decimo limita quando ex lata culpa oriretur dolus à lege præsumptus: nam tunc ex culpa quis incidit in pœnam legis Corne.de sicar. ita limitat Iac. in.d.rep.in vlti.limi.ad hanc regulam vbi vide exemplum.

ANNOTATIO.

Adde late doctores in c.2.de consti.Hiero. Gra.re pons.132.nu.8.vol.1.Thom.Grām.cū multis ab eo allegatis voto.21.nu.15. & consi. crimi.68.& decisi.17.Ludo.Car.in practi.crimi.fol.102 Hippo.in.l vnius.§. cognituru. nu.27.ff.de quæstion.Aegidi.Bossi.in delictorum tract tit.quomodo proced. per act. in delict.nu.38.Marc.Anto.Blan. qui regulam istā communiter receptam esse fatetur in pract. crimi. post practicam criminalem Petr.fol. pag.770. Quanuis Angel.in.l.in actionibus. ff.de in litē iuran.constanter affirmet opinionem istam falsam esse dicens quod contrariū consuluit & consilium eius à Paduano collegio idem Angel.in.l plagij.C.ad leg. Flau. de plag.vbi dicit quod semper tenuit contra Bar. Sed à communi sententia recedendum non est quā bene corroborat Blanc.in.d.pag.770 & Rob.Maran.in specul.aduoca.4. par.1.dist. iudi.nume.60.

REGVLA. DXLI.

Pœna capitalis vbicunq; à lege vel statuto imponitur, non debet imponi actualis amputatio capitis glos. est sing.in.l.1.C. ne Christ. manci. per quam ita tenet Anan.in.c.qualiter el 2.de accusa.quā glo.dicit ad hoc sing. Ioan.de Villamati.de Fortia in rep.l. diuus.ff.ad leg.Cor.de sic.col. 7. vbi refert aliquos idem firmantes. Quod procedit,etiam si statutum diceret pœna capitis. ita tenet Ioā. And. post Gofre.& Hosti.in.c. quanto.super glo.1. de iureiur. & sequitur ibi Imo.& in.l. 2.ff.de pub. iu. Anan. in.c.1.3.col. de homi. & supradicta etiam sequitur Ias.vbi plures ad hoc refert in.l.transigere.col. fina. C.de transacti. prope fin.& vide eundem Ias.in.l.si quis iniquum. §. hæc pœna. ff. quod quisque iur.col.1.

Limita primo, nisi aliter constaret de mente statuentium(puta)quia diceret statutum quod anima separetur à corpore.ita restringit Felin.in.d.cap. qualiter el.2.in fin. col. referendo ibi Marian.Soc. Sed ista restrictio(salua eorum authoritate)non seruit de aliquo dubio, & est aperte impertinens ad regulam supra scriptam.

Secundo limita, nisi statutum imponeret dictam pœnam,in eodem casu in quo imponit ius commune pœnam mortis:quia cum statutum interpretetur secundum ius commune. vt in.c.cum dilectus.de cōsuetudine simpliciter loquitur interpretabitur de pœna mortis.ita Fel.post Marian.vbi supra facit etiam vltra eos text. in.c. cum dilectus. de clerici. non resid.& quæ per eum not. Alexā.in.l.fin.§. in computatione in.4.col.ver.in eadem ibi.C.de iur.delib.

Tertio limita,nisi lex vel statutum exprimeret alias pœnas mortis, & postea nominet pœnam capitis:quia tūc intelligitur de morte naturali.hoc probat text.cum gloss. in.l.relegati.ff.de pœnis quam limitationem describit Fel.in.d.col.fi.& ego eam arbitrarer intelligendam quando casus cui tale statutum inflixit pœnam capitis esset similis alijs,quibus imposuit pœnam mortis: quia si esset dispar tunc etiam procederet regula nostra,propter casuum difsimilitudinem.

Quarto limita,nisi lex dicens,capite puniatur declaretur per alias leges quod

quod intelligatur de morte naturali probatur in.l.iaculatij.§. funt quędã. ff.de extr.ord.crimi.& in.l.1.ff.eo.& in.l.1. C. de eunuchis.&.l. præsenti. C.de his qui ad eccles.cõfug. & in.l. nemo.C.de malefi.ita restringit Feli. in.d.col.fi. quem vide quia aliqua refert contra istam regulam quibus tandem satisfacit.

ANNOTATIO.

Adde Abb.& doctores in.c. quanto. de iureiuran. & in.c.at si clerici.nu.38.de iudi.Feli. in.c.ex literis.nu. 21.& ibi Dec.nume.13. de constitu.Alcia.qui multos doctores allegat in tract.præsumpti.45.presump.reg.3. nume.9. Rober.Marah.in Spec.aduo.4.par.2. distinct. iudi.nũ.3.pagi.107.Ludo. Carre.in pract.crimi.fol.230.nu.45.Petr.Fol.in pract.crimi.4. par.in verb. Pœnis debitis feriantur.nu.48. pag.392.Gozad.in.l.2.C.de eden.& doctrinã nostræ regulę fatentur esse cõmuniter approbatam Dec.in.l.imperium.nu.15.ff.de iurisdi. omni.iudi insignis Padilla in.l.trãsigere nu.33.C.de trãsaction. eandem æquiorem & magis cõmunem esse testatur Hippol.in practica crimi.§.opportune.nu.40. quam sequitur Ias.in.l.diuortio.nu.15.ff.solu.matri.& in.d.l.trãsigere.col.fi. & ibi Reminaldus Maria.nu.4.Aug.Arimi.in addi.ad Ang.in tract. maleficiis.in verbo, Et caput à spatulis.nu.32. Dec.in.c.ex literis.nu.48 de constit.Bartho. Chassa.in consuet. Burg.in tit. *Des iustices.* rub.1.§.3.col.4.nu.3. & in eod.tit.rub.&.§. fol.5.1.col.4.nu.119.Quarationem dicit Hippo. in.d.§.opportune quòd periti iudices in capitalibus & vltimi supplicij sententijs apponũt illa verba:videlicet,quod talis moriatur & anima à corpore separetur.Et quamuis glo.in.l.1. C ne christ.mãci.in verbo,capitali.tanquã singularis ab authore nostro pro hac regula allegetur.est tamen alia similis in.l.ure frumẽtum & ibi Bal.& Salic.C.quæ res vendi non poss. & in.l.in criminali in verbo capitalem. C.de iuris.omni.iudi.& in.l.vlti.C. de crimine Pecul.& de iure Canonico est alia glo.in.c.quãto.in verbo,defraudatam. de iure patro. vbi Ioan.And.quam communem sentẽtiam probat tex.in.l. hos.accusare .§. in omnibus. in verbo,capitis.ff.de accusa.& in. l. cum patronum.ff.de iure patro.& in.l.præsenti.in prin. C.de his qui ad eccle. cõfug.vbi Imperator vidẽs nõ sufficere esse factã expressionẽ de capitali pœna ex qua pœna mortis non inferebatur,addit capitali & vltimi supplicij.idem probat tex.in.l.cos.§.super his.C.de appella.& in.l.qui cum maior.§.his demum.ff.de bonis.liber.& in.l.edicto.§.1.ff.de bono.poss.& in.l. capitalium in prin.ff.de pœnis & in.l.2.ff.de pub.iudi. Et ratio huius regulæ ea est potissima quia pœnæ semper in mitiorem partem sunt interpretandę. vt in.l.fi.de interpretatione.ff.de pœnis cum simi. Vnde elegantissima glo.in auth.sed nouo iure in verbo, vna C. de serui fugi.asseuerat quod si quis ad manus amputationem damnatus fuerit qui tamẽ aliquã manum aridam habet illa est amputanda.quã glo.ibi sequuntur Iacob.Butri.Alb.Sali Paul. de Castro & Cępola nu.34. idẽ Alb.in tract. statu.3 par.q.60.Ang.in tract.malefi. in verbo,Quali non soluerit.col.1. Ang. de Perusi. per tex.ibi.in.l.3.§.Labeo.ff.arbo.furtim cæsarum.Maria.Soci.in.c.ad audientiam nu.42. de homicid.vbi allegat pro illa glo.tex.in.c sicut vrgeri.1.q.1.Feli.in.c.inter cæteras.nu.8. de rescrip.Ias.in.l.fi.nu.3.ff.de offici.eius & in l.de quibus.nu.37.ff.de legib.Ioan. And. vbi hanc dicit communem opinionem in addi.ad Specul in rub.de pœnis in addi.1.in fine versi.secunda quæstio. quam opinionem veriorẽ esse censeo licet contrariam tenuerunt Cyn. Bal.& Bar.in.d.auth.sed nouo iure.

Hanc regulam,vltra authorem limita primo vt non procedat quando à lege vel statuto vltra capitalem pœnã imponeretur pœna publicationis bonorum,quia hoc casu pœna capitalis de morte naturali intelligeretur. text. est sing.notãda glo in verbo,& peccunijs.in auth. de armis.§.oportet.quem ad hoc reputat vnicum & sing.Anto.Fran.in addi.ad Abb. in.c. at si clerici.super nu.38. Litera D.de iudi.de qua etiam glo.iuncto text. exclamat.Ang.cons. 217.& sing.esse glo.illam asseuerat.secundum eam iudicatum fuisse in sacro regio Neapolitano prętorio testatur Thom.Gramma.decis. Neapol. 72. nume.6. & hanc limitationem non allegata glo.nec Ang.tenuit Ludo.Carre. in practi crimi.fol.230.nu.49.

Secũdo limita,vt nõ procedat regula in delictis atrocissimis qa hoc casu fit in duriorẽ partẽ interpretatio.Sic limitat istã regulã Aeg Boss. in tract.de delict.tit.de pœnis nu.16.pag.489 per doct.Abb.in.d.c.at si clerici.in fine prin.

REGV

REGVLA. D.XLII.

Pœnam vbi episcopus imponit, licet posit eam retinere, honestius tamen pro euitanda suspicione cupiditatis, impium vsum deputauit. Abb. in.c.de causis de offici.delega.& in.c. cæterum.de offici.ordi.tenent plures alij quos ibi col.3.allegat Fel.

Limita dupliciter vt per eum ibi.

ANNOTATIO

Adde authorem nostrum & quæ ibi scripsi in practi.criminali canonica.c.

REGVLA. D.XLIII.

Pœnam ipso facto iura imponẽtia, nunquam habet locum nisi precedat declaratio, quod quis eã incurrit not. Domi.in. c.1. de homi.in.6 §.fin. col. 5.quem refert Felin.in.c.cum non ab homine de iudi.in. 5.col. vbi pro hoc aliqua exempla subiungit de qua materia vide late per Hippo in rub.ff.ad leg.Cor.de fal.col.3.cum trib.seq.

Limita quatuor modis, vt per Feli. vbi supra & eundem Feli. in. cap.1.de constitu.col.12.nume.45.& in.c.præterea.desponſ.col.1.nu.2.quos referre iuuat in summa.

Primo, nisi factum esset adeo notorium, quod nulla opus sit declaratione, quia tunc ipso facto pœna est incursa. tenet Abb.in.d.c.cum nõ ab homine & alij per Felin.relati vbi supra vide Hippol. circa hanc limitationẽ in.d.rub.7.col.

Secundo limita quando factum & qualitas iam aderat ante inchoatum iudicium tunc non requiritur declaratio: secus si competit, & adsit iam inchoata lite. not. Ioan. And. in addi. ad Specu.in rub.de appella.in fin.& alij relati per Feli.in.d.col.5.

Tertio limita, nisi agatur de pœnis trahentibus secum executionem, quia in istis non requiritur declaratio.not. Domi.in.cap.fœlicis de pœnis lib,6. col.3.vide Feli.vbi supra qui contra hoc aliqua adducit.

Quarto limita, nisi in casu cap. periculum §.præterea de electio. lib. 6. secundum Feli. vbi supra quem vide.

ANNOTATIO.

Adde tex.apertissimum in capi.cum secundum leges.de hæreti lib.6.vbi Romanus pontifex statuit in pœnis ipso iure incursis, requiri vt earum executio iuste fieri possit, iudicis declarationem. Et vide circa istius regulæ materiam quam eleganter declarat Domi. Soto lib.1.de iusti & iure.q.6.art.6. Adria.in quolibeto.6.art.1.episcop.Segou.in lib.4. decretali.2.par.c.6.§.8.nume.1c. Didac. Perez in l.2.in verbo, *Las pagar* lib.2.ordina. Cæterum Alfon.a Castro çamorensis, vir acutissimo ingenio, ac præstigni præditus eruditione & verbi domini orator celeberrimus lib.2.de iusta hære.puni. c. 7.& latissime lib.2.de potestate legis pœnalis aliquot fortissimis rationibus probare intendit, pœnam ipso iure a lege impositam in animæ iudicio statim commisso crimine ante sententiam deberi, & omnino soluendam esse, nõ expectata iudicis declaratione; qui in hac re est legendus.

REGVLA. D.XLIIII.

Pœna vbi imponitur à lege positiua, non est soluenda in foro conscientiæ. glo.est sing.in.c.fraternitatis.12. q.2.in glo.fin.in fine quam dicit non alibi Abb.in.c.1.de consti.antep.col. commendat etiam idem Abb. in. c si egressus de iniurijs.idem in.c.suam de pœnis.pro qua glo. vide omnino Fel. in.c.1.de consti.in.12.col. cum duab⁹ sequ. vbi refert plura dicta notanda, quæ doctores argumento illius gloss. scripsere.

Limita quinq; modis, vt per eundẽ Fel.vbi supra: quas etiã limitationes rescripsit in.c.audiuimus.de Simon.

ANNO

ANNOTATIO.

Adde quæ ſcripſi in meis annotationibus ad iſtum dominum epiſcopũ in practi. crimi. cano.c.58.litera.B.

REGVLA. D.XLV.

Pœna pecuniaria ſimpliciter à lege impoſita propter delictum, applicatur fiſco, vbi lex introducit accuſationem.not.Abb.in rub. de iudi. qui allegat tex.in.l.multarum. C. de modo multandi vbi etiam Philip.Decius qui allegat tex.in.c.1.quę ſint regalia.

Amplia dupliciter, ac limita alijs duobus modis, vt per Ioan. Fran. de Rip.in rub.de iud.antep.col. qui priꝰ impugnat iura allegata à dictis doctoribus pro regula.

ANNOTATIO.

Adde quæ ſcribit noſter Petrus Auenda.in prima parte de exequen.mand.reg.c.2.nu.11.

REGVLA. D.XLVI.

Pœnam pecuniariam poteſt iudex eccleſiaſticus imponere, ſi illa magis timetur Abba. firmat poſt Hoſti. & Ioan. Andr.in.c. cæterum. de offici. ordi.idem Abb.in.c. de cauſis vltim. not.de offici.delega.& ibi etiam pen. col.colit. eam Feli.vbi plura circa eã in.d.c.cæterum in prin.

Limita quatuor modis, vt per eum ibi col.2.

ANNOTATIO.

Adde authorem noſtrum in practi. crimi. cano.c.134.nu.1.quem omnino vide.

REGVLA D. XLVII.

Pœnis impoſitis alternatiue à lege iudicis non rei eſt electio glo.in.c. ſicut Iudęi.de iudę.in glo.fin.& in. c. à crapula.de vita & honeſt.cleri. & in c.fraternitatis.34.diſt.vbi Domi.glo. Archidi.in ſumma.11. q.2.tenet Bal. qui notabiliter loquitur in materia in l.cunctos populos in col.5.verſi.vltˢ rius oppono.C. de ſacro.eccleſi. & in l.conuenticulum.in.3.col. C. de epiſcopi.& cleri.& vide notabilẽ diſtinctionem quam facit Cępola in rep.l. ſi fugitiui. C. de ſerui. fugi. in col.12. cum duab.ſeq. in impreſsione parua facta Lugduni.

Limita ſeptem modis, vt per Feli. in.d.c.ſicut Iudęi.2.col.à verſ.in glo. fina.vſque ad finem qui notabiliter & latè loquitur.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.l.1.C.de his qui latro.ibi diſpẽdio ſacultatum pro qualitate perſonæ, & iudicis exiſtimatiõne plectetur dixi ad noſtrum epiſcopũ in practi.crimi.cano.c.73. litera.D.

Hanc regulam vltra authorem cum.10.limitationibus ſcripſit Feli.in. c. inter cætera 5. col.2.de iud. *imo ſexcentiſtis.*

REGVLA. D.XLVIII.

Pœnalis diſpoſitio, nullam temporis præfinitionem tacite vel expreſſe continens, in dubio cenſetur perpetuæ caſus eſt.in.l.ſeruus.C.pœn.vbi Cyn. Bar.Bal.Sali.bonus tex.in.l.fin.C.vt lit pend.& alia plura allegat Fel. in loco infra allegando.

Limita hanc concluſionem tripliciter, vt per Feli.in.c.ex literis de cõſti.col.8.

REGVLA. D.XLIX.

Pœnitere licet eum, qui impleuit in contractibus innominatis, ſecus innominatis tex.eſt in.l.ſi pecuniã de condi. cauſ.da.

Limita hanc cõcluſionem terdecim modis.

modis, vt per Iaſ.in. d.l. ſi pecuniã. 1. &. 2.col.

ANNOTATIO

Adde regiam.l.3.ti.6.par.5.Illud tamen circa regulam exiſtimo eſſe notãdum quod eius diſpoſitio locum non habebit ſtante hodie in noſtro regno lege.3.ti.8.lib.3.ordina.qua diſpoſitum ſtat quod qualitercunque & quocũque modo cõſtet,quod quis voluit ſe alteri obligare remaneat obligatus ſine alia verborũ vel quauis alia ſolẽnitate quod his rationibus probo. Primo quia ex.d.regiæ legis diſpoſitione generaliter actio datur omni pacto & promiſsioni in qua conſenſus interueniat ſed in contractu innominato datur conſenſus ergo & cauſa.Secundo quia.d.regia.l. non requirit pactum nudum,ex quo naturalis obligatio oriatur ſed ſolam voluntatem & animum obligãdi,quia ex pollicitatione ſola oritur actio & obligatio vt ibi, ergo a fortiori ex nudo pacto & reciproca promiſsione facta in contractu innominato hodie actio per legem illam hodie oriatur.Tertio quia ſi de iure communi in contractu innominato ſtipulatio apponatur efficax ex eo actio oritur.l.ex placito. ff. de rerum permut. ex quo dicebat Bar.in l.2.in fine.C.de condi. ob cau.quod cum hodie tabelliones ex recepta conſuetudine in ſuis contractibus apponant,quod contrahẽtes omnia per ſtipulationem promittunt raro vel nunquam reperitur contractus innominat⁹ idque Paul. & moderni aſſeuerant.in rub,ff.de verb.oblig.ſed prędicta regia.l.nullam differẽtiam facit inter ſtipulationem & pactum nudum.Imo diſponit quod ex quolibet pacto nudo & promiſsione efficax actio & obligatio oritur, ac ſi firmiſsima ſtipulatio interueniſſet:igitur ea ſtante ex pacto vel contractu innominato actio dabitur quod tenet noſter Anto.Gome.de contractibus.c.3.nume.4.

REGVLA. D.L.

Penſio,vel merces augetur, vbi augmentum rei eſt in bonitate, ſeu reditu,& intrinſecum. hanc regulam firmat Alberic.Bru. in tract. de augme. & diminutione monet.fol.14.col.4. ver. Decima quarta concluſio quam limitat vndecim modis in trib. col. ſeq.

Periti in arte.vide ſupra in verbo, Medici.

REGVLA. D.LI.

Perpetua ſunt ad excipiẽdum, quę temporalia ad agendum text.eſt in.l. pure.§.fi.ff.de doli excep. cum alijs.

Limita iſtam regulam quinq; modis, vt per Feli.in.c. ſi autem. col.4. ver.Temporalia.de reſcrip.

REGVLA. D.LII.

Perſonæ induſtria tunc cenſetur electa,vbi committitur factum, quod per alium non poteſt expediri.tex.eſt in.l.artifices.ff.de ſolu.Bar. per text. ibi in.l.fideicommiſſa.§.1.ff.delega.2.

Limita dupliciter,vt per Feli.in.c. fin.§.is autem.de offici.delega.

REGVLA. D.LIII.

Perſonalis citatio, requiritur, nec ſufficit ad domum in monitione quæ requiritur ad excommunicationem inferendam. Sententia eſt ſing.Inno. in.c.fin.de eo qui mit.in poſſe. cauſ. rei ſer.ante medium.ſequitur Rota in deciſ.13.tit.de ſenten.excõm.in antiq. & in.6.eiuſdem tituli in nouis.

Limita dupliciter,vt per Feli.in.c. cum ſit Romana de appel.col.5.

Primo,niſi agatur de re in trudendo in eandem excommunicationem male abſolutum,quia tunc valet citatio per audientiã,licet perſonaliter nõ apprehendatur allegat.d.deciſ.6.

Secundo fallit,niſi appareat quod citatio male exequuta, & ſic facta ad dõmũ induxit notitiam citato, quia forte miſsit procuratorem:quia tunc inepta exequutio non nocet quod re-

reputat solemne.

ANNOTATIO.

Adde quæ scripsi in meis annotationibus supra in regula 26. in prima ampliatione.

Et secundum huius regulæ limitationem probat tex. in argumento in regula qui certus est. de reg. iur. lib. 6. & est tex. pro ea in Clem. causam. in fine de elect. vbi citatio illegitima cum notitia subsequuta ita ligat, sicut citatio ab initio legitima & ita per illam text. tenuit Roman. cons. 410. versic. Secundo quod quanus Caro. Rum. consil. 61. nume. 33. lib. 5. Hippo. in rub. C. de proba nume 37. Felin. in c. gravum. nume. 4. de offici. delega. Lud. Roman. in reg. Cancel. de non iudi. iuxta form. suppli. quæst. 16. nume. 68. And. Iraq. lib. 1. de retract. §. 9. glo. 2. nume. 16. quanus secundum illum vix hoc in Gallia reciperetur, quam tatetur esse communem opinionem dominus episcopus Segobien. in c. Alma mater. 1. par. relectionis §. 9. nume 4 de senten. excommu. in 6. Et quomodo probari possit citatum habuisse citationis notitiam, vide glo. in Clem. causam in verbo, plena. vbi Card. 5. q. & docto. de elect.

Tertio vltra authorem limita regulam, vt non procedat quando quis semel personali citatione citatus fuerit, quia hoc casu potest postea, si ad domum vel per edicta citatus fuerit & non comparuerit excommunicari secundum Rotam dec. fi. 399. in nouis Felin. in c. cū sit Romana. nu. 14. de appel.

Quarto limita, vt non procedat quando is qui excommunicatus est subterfugit personalem monitionem & dolo latitat ita placuit Inno. & doctoribus in c. vlti. de eo qui mittit. in poss. tex. not. in c. 1. qui matri. accus. poss. cap. quoniam frequenter. §. 1. vt lite non cōt. c. relatum. qui filij sint leg. Bar. Paul. de Cast. & doct. in l. 4 §. prætor ait. ff. de dam. infect. Bal. in l. vt perfectius col. 2. C. de anna. except. & in c. significauit. col. 2. ver. sed quero an isti fundatores. de testib. Imo in d. Clem causam col. 11. Matthæ. not. 232. vbi Gabr. Sar. in addi. nu. 8. domi. Episcopus. d. §. 9. Et quando quis latitare dicatur vide tex. in d. Fulcinius §. quid sit autem latitare ff. quib. ex caus. in poss. eatur tex. in l. cum ff. de prini. credi. Inno. Ioan. Andr. & Barb. in c. consultationibus. de offici. de leg. Spec. tit. de primo & secundo decreto. §. Nunc videamus ver. illud autem. & aliqua letu non indigna cōgerit Boeri. dec. 235. nu. 3.

REGVLA. D. LIIII.

Petitio hæreditatis est actio bonæ fidei tex. in. §. actionū. vbi Fab. & oēs instit. de acti. & ibi Iaſ. ponit subtilem rationem, quare fuerat dubitatū ante illius. §. editionem apud antiquos.

Limita nouissime quatuor modis, vt per Vlda. Zazi. in. d. §. actionum col. 184. & 185.

REGVLA. D. LV.

Populus habēs iurisdictionem prę-
scriptā, vel concessam à principe potest per se facere statuta, nec requiritur confirmatio superioris. colligitur ista cōclusio ex traditis per Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

Limita, nisi princeps in ciuitate esset, quia tunc non valerent statuta populi sine principis confirmatione. ita tenet Bal. in. l. humanum. 4. nota. per illū tex. C. de leg. & in. l. priuatorū C. de iurisd. omni. iudi. & in. l. fina. post Cyn. eo. ti. refert Iaſ. in. l. omnes in lect. 1. in col. pe. in fine per quod sic limitat prędictam regulam.

ANNOTATIO.

Adde Petrum de Anchar. in c. 1. de consti. Barba. in rub. de reb. eccles. non alien. nu. 85. Bal. consi. 292. lib. 3. & cons. 324. lib. 4. Nata. cons. 12. in princi. Fran. Marcum decis. 804. Petr. Rebuff. in constit. reg. Fran. in proœmi. nume 5. & huius regulæ doctrinam veriorem esse in puncto uris asseuerat Iaſ. in. l. cunctos populos. in lectura nume. 26. & in repe. in. 3. & 8 col. vbi etiam d. Cyn. ff. de iusti. & iure quam Bal. & doctores sequuntur in c. cum ōmnes de consti. u. & communem opinionem esse firmat Petrus Auenda. de mandatis regum Hispanię. 1. part. cap. 19. nume. 3. Quæ recepta sententia manifeste apud nos probatur in cap. 17. in capitib. prætorum cum dicit. *Que uera las ordenanças dela dicha ciudad, uilla, que*

o lugar, o partido que fuere a su cargo. y las que fueren buenas las guardara y hara guardar. Non enim d. regia lex requirit quod statuta, vt obseruentur sint confirmata, sed tantum quod sint rationi consona. Imo ea statuta quæ vel mutanda, vel de nouo sunt facienda, non prohibet ea obseruari quamuis ad regem dicat esse mittēda, vt quod sibi placuerit iubeat ibi. *Y que las que assi ordenaren, o de nueuo hizierē, embien a nos el traslado de ellas, p̄ ira que nos las mandemos uer, y proueer sobre ello.* Non equidem prohibet quod talia statuta obseruentur, interim dum à rege & supremo eius consilio examinantur. & ea ratione d. l. non dicit ipsa originalia statuta esse mittenda sed tantum statutorum copiam vt docte considerat Auenda. d. cap. 19.

REGVLA. DLVI.

? Populus carēs iurisdictione potest condere statuta super administratione rerum suarum. doctrina est quę colligitur ex dictis per Bar. in d. l. omnes populis. ff. de iust. & iure.

Limita dupliciter, vt per Ias. ibi in l. lect. col. fin.

ANNOTATIO.

Adde Matth. de Afflictis in consti. reg. Siciliæ in prælud. q. 3. Petrum Auendan. in lib. de exequend. mād. 1. par. c. 19. nu. 4. Rolan. à Valle. consi.

REGVLA. D. LVII.

Possessor quilibet habens titulum verum, vel putatiuum causatum etiā iniusto errore præsumitur bonę fidei hanc regulam elicit ex dictis per eum Balb. in tract. de præscripti. in rep. l. Celsus. ff. de vsucapi. in col. 36. qui eam ampliat vnico modo, & dupliciter restringit.

REGVLA. D. LVIII.

Possessor quilibet in dubio præsumitur bonę fidei.

Limita quindecim modis, vt per Petr. de Vbal. in rep. capi. si diligenti. de prescripti. in col. 5. & 6. in. 1. volu. rep. iuris canoni.

ANNOTATIO.

Adde glo. hanc regulam probantem in. l. super. in verbo, probetur. C. de præscrip. long. tempo. & in. l. 1. C. de euictioni. & in. l. si quis emptionis titulo in verbo, tenuerunt. C. de præscrip. trigin. anno. vbi hoc intelligit procedere, etiam si nullus titulus appareat. & in. §. 1. ver. qui bona. instit. de vsucap. glo. in. c. licet. 16. q. 3. & in. c. cum ecclesia de causa possessi. & propi. & in c. abbate in prin. in verbo, domini. versi. ad hoc autem. de re iudi. li. 6. & in c. sanctorum in verbo, sacrę & in. c. si diligenti. in verbo, bona fides. de præscripti. tradit Inno. in. c. Michael de electione. & in. c. vigilati de præscrip. & in. c. 2. de in integ. resti. Bar. in l. Celsus. col. 5. de vsucap. Bal. in rep. l. 1. col. 4. C. vnde vi. Ang. in. l. super longi. C. de præs. longi tempo. Ancha. consi. 142. col pen. Alex. consi. 201. col 2. lib. 2. Cuma. consil 109. ante finem Corne. cōsi. 130. col. 2. lib. 1. Fran. Curiuni. conf. 72. col. 3. in fine Soc. conf. 38. col. 2. lib. 3. cum multis alijs congestis à Tiraquel. in tract. de præscrip §. 1. glo. 2. fol. 6. cum multis sequēt bus. ex quorum relatione apparet hāc esse communem opinionem.

REGVLA. D. LIX.

Possessio præsumitur de presenti ex possessione de preterito: tenet Abba. & docto. in. c. cum ad sedem. de resti. spolia. Bar. & alij in. l. siue possidetis. C. de proba.

Amplia primo, etiam in possessione rei immobilis. Abb. in. d. c. cum ad sedem.

Secūdo, etiā si cōstaret quod medio tempore aliquis fuisset in possessione.

Tertio etiā si pro forma requiratur terminata p̄batio certi tēporis, quia adhuc sufficeret talis presūpta p̄batio.

Limita primo dummodo allegetur, quia licet presumatur, tamen debet al

legari, vt dicimus in bona fide.

Secundo limita, dummodo de possessione antiqua constet aliter, quam per confessionem aduersarij, quia alias cõfessio extenderetur contra confitentem: quod esse non debet.

Tertio limita, quando quis se fundat in possessione propria: secº in possessione tertij, ad elidendam intentionem aduersarij.

Quarto, quando ille qui allegat cõtinuationem possessionis de preterito in presens tempus possidebat de presenti, alias secº. Et supradictas ampliationes & restrictiones. ponit Ioã. Frã. de Ripa in. c. cum ecclesia Sutrina de caus. posse. & pro. in col. 8. per totam.

REGVLA. D.LX.

Possessionẽ alterius ingrediens authoritate iudicis inualida, non excusatur à pœna legis. tex. in. c. cum causa. de offici. delega. & in. §. hac actione. inst. vi bono. rapto. & in l. his demum. ff. eo. titul. Bar. in. l. iuste. ff. de acqui. possessi.

Limita istã regulam tripliciter, vt per Felin. d. c. cum causa. col. 2. nu. 4.

REGVLA. D.LXI.

Possessionẽ propria autoritate quis capere non potest, etiam ex titulo quẽ in re iustè habet. tex. in. l. fin. ff. quorũ lega. & in. l. nec ex vera. C. de acqui. possessi. & in. l. si ex stipulatione & in l. fin. eo. ti.

Limita quinq; modis, vt per Ias. in d. l. si ex stipulatione. col. 1.

ANNOTATIO.

Adde quæ de legatario capienti rem legatã propria authoritate post authorem nostrum scripsi supra in reg. 407. incipi. Legatarius qui rem.

REGVLA. D.LXII.

Possessio rerum hereditariarum, in heredem nisi mediante apprehensione, non transit. tex. est in. l. cum heredes. ff. de acqui. posse. & in. l. 1. §. Scæuola. ff. qui testa. lib. esse ius. fuer.

Limita primo, nisi sit statutum, vel decretũ disponens quod possessio defuncti in hæredẽ continuetur ipso iure, ac si esset apprehensa: tenent Paul. & Alex. in. l. si sorori. C. de iure delib. & sic limitat hoc Ias. in. 1. col. Ratio huius est, quia lex vel statutum potest absq; aliqua apprehensione, vel absq; vllo alio facto transferre possessionẽ ipso iure, sicut dominium text. est de quo ibi exclamat in. l. raptores. C. de epis. & cleri. & ista est communis opinio vt firmat Ias. referendo Alex. in. l. 1. col. pen. C. cõmu. deleg. vbi refert plures huic opinioni assentiẽtes, & reprobat Bal. ibi qui aliter sentit. Sublimita tamen supradictam restrictionem, nisi mortuo defuncto possessio esset ab alio apprehensa, quia tunc impeditur illa ficta cuntinuatio inducta à statuto vel decreto. quod voluit Cuma. in loco per Ias. descripto in. d. l. si sorori. qui refert etiam Alex. idem tenentem & allegat glo. pro hoc à nemine allegatam. Et nota quod hæres virtute talis statuti, si ageret possessorio recuperandæ casu quo ab alio res esset possessa, succumberet. ita Ias. in d. l. si sorori. col. fin. referendo Bal. Ioan. Fab. & Alex. in varijs locis hoc firmantes.

Secundo limita, in bonis feudalibus, quorum possessio sine apprehensione transit ad filium vt voluit singulariter Bal. in. l. cum antiquioribus. 6. col. C. de iure delib. vers. Decimo. quẽ refert Ias. in. d. l. si sorori in. d. fin. col.

Tertio limita in suis hæredibus, quia

quia in his posſeſsio, ſicut dominium cõtinuatur ſine apprehẽſione glo. eſt in.l.in ſuis.ff.de liber. & poſthu. alia in.3.ſui.inſti.de hęred.quali.& differ. Contrarium tenet Bar.in.d.l.in ſuis. per glo.cõtrariam in.l. cum miles. ff. ex quib.cauſ.maior.cum qua concordat.glo.in.l. cum hæredes. in prin.ff. de acqui. poſſe.vbi tenet Bar.& alij ſequuntur de quo ibi per Fran. Aret.in 2.col.& per Alex.in.3.& ita communiter tenetur, & ſic iſta fallentia non eſt vera,nec intẽtio glo.in.d.l. in ſuis fuit hoc dicere,prout ibi eam defendit Ias.4.col.

ANNOTATIO.

Adde tex.in l.qui vniuerſas.§. per colonũ. & ibi Bar.ff.de acqui.poſſ.& in.l. ſi homo.ff. de vſucapi.

Et circa primam limitationem quã author huic regulæ conſtituit vide latiſsime And.Tiraq in tract. de morte.3. declara. præſati. quo loco & per totum illum tractatum eam pluribus ampliationibus & limitationibus interpretatur.

Et circa ſecundam limitationem adde glo. in.§.vlti.ti.de feud.cog.quam ibi not.Bal. Iacob.Bel.Marti. Laud. Iacob. Albero. Cardi. Alex.cum multis alijs allegatis à Tiraq. in d. tract dicta prẽſe.4.declara.quo loco nume. 4. multos allegat contrarium tenẽtes. Et vide apud nos regiam l.45.in leg. Tauri qua diffinitum ſtat, quod mortuo poſſeſſore maioratus, ipſo iure tranſit vtraque poſſeſsio, tam ciuilis quam naturalis in ſequentem ſucceſſorem,ſine aliquo actu vero vel ficto,licet penes alium ſit poſſeſsio in vita defuncti.de cuius intellectu vide latiſsime Hiſpanos interpretes ibi.

Tertiam vero limitationem ſequitur Albe. in.l.vlti.col.6.C. de edicto diui Adri.tol vbi Bal.col.1.ver. Item ex hoc dicens quod ſuitas,ſiue exiſtentia ſui hæredis facit ſuum hæredem ſed non poſſeſſorẽ.Petr.de Anch.conſ. 92.col.2.verſic. Sed præſuppoſito Ioan. Imo. conſ.16.col 1.Bertran conſ.247.lib.1. & cõſ. 81.nume.3.& 4.lib.2.Paul.Pariſi.conſ.1 nu. 150.lib.1.Ioan.Igne.in rep authen.ex cauſa. col.7.ver. Ex his ſequitur.C. de liberi prę. Guil.Bened.in.c.Raynuntius.in verbo,mortuo itaque teſtatore in.2 nume 66.& ſeq.de teſtam.Pyrrh.Ang.in conſuetudi.Aurel.titu. *Des teſtamens*.c.6.Matth.de Afflict.in.c.ſciendum.col.5.verſi.Sed aduerte.ti.de feudi cogni.& deciſ.Neapol.167.Ioan.de Am.c.conſ. 61.col.1.Ex quibus cõſtat iſtam eſſe communem & receptam ſententiam.

Quarto,vltra authoriẽ limita & declara iſtã regulam,vt tantum procedat in eo qui ſuccedit nomine & iure hæreditario:non autem in eo qui ſuccedit nomine dignitatis. Nam poſſeſsio quę erat apud epiſcopum,nomine eccleſiæ,in ſucceſſorem continuatur ſine alia corporali apprehẽſione quia ea erat penes eccleſiam quæ non mutatur nec variatur, licet prælatus mutetur.ita ſane voluit Inno.in.c.cum in offitijs de teſtamen; & in.c. cum ſuper de cauſa poſſe.& propi Bar.in.l.1.§ vlt. & iterum in.l. cum hæredes in prin.& ibi Alex.§.vlti.ff. de acqui.poſſ.Paul.de Caſtro in.l.ſi ſorori. C. de iure deliba.Firmi. qui allegat alios in tract.de epiſcopo lib.3.par.1.q.56.Guid.Pap cõſi.188. & deciſ.355.vbi dicit ſemper vidiſſe obſeruari & iterum deciſi.629.de quo vide Fran.Areti. in.d.l.cum hæredes col.2.ver.Extra glo.

REGVLA. D.LXIII.

Poſſeſsio ſi eſt antiqua, pro titulo beneficij præſumitur, ideo poſsidens non cogitur oſtendere illud voluit. Imo.in.c.illud.de pręſump. Ang. & Bal.in.l.qui in aliena.§. quod ſi adierit.ff. de acqui. hæredi. tradit iſtam concluſionem Feli.vbi pro ea plures refert in.c.licet Heli.de Simo. col. 8. ver. Tertia concluſio. Sequitur etiam hanc concluſionem Ias. in dict.l. qui in aliena.in princi.col.7.in prin. vbi aliqua colligit, quæ operatur diuturnitas temporis,de quo etiam per eundem in.l.cum aliquis.col.2.C. de iure delib.& per Felin.in.c. Albericus. de teſti per Hippo.in rep.rub.C.de proba.in.4.col.

Limita quatuor modis,vt per eundem Feli.vbi ſupra.

ANNOTATIO.

Adde quæ scripsi ad istum dominum episcopum supra reg. 286.

Possessio. vide supra in verbo traditio.

REGVLA. D.LXIIII.

Positio tota non debet negari, sed admitti pars vera: quia petens totum non videtur excludere partem. hanc conclusionem ponit Feli. in c. nam cõcupiscentiam. de consti. col. fin. post Anto. Imo. & docto. glo. mag. in. c. 2. de confess. lib. 6. & in. c. præsentium. in verbo, sigillatim. de test. lib. eo. lib.

Limita hanc conclusionem triplici ter, vt per Fel. vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde Bar. hanc regulam tenetem in l. 1. § si stipulatio. col. fin. nu. 2. ff. de verb. oblig. & est communis opinio secundum Alex. ibi. nu. 7. & Areti. nu. 29. quam sequitur ibi Vicen. nu. 17. Soci. nu. 5. Ias. nu. 10. Hiero. Butige. nu. 15. Ioan. Cora. nu. 25. Lance. Gal. nu. 18. Alcia. nu. 37. vbi eam magis communẽ opinionem esse fatetur Cape. Thol. q. 208. Quanuis opinionem contrariam nempe posse conuẽtum in iudicio totam summam petitam negare, si partem tãtum, debeat tenuit Spe. ti. de positionibus. § quinto. ver. Secũdo vero exẽplo. glo. in. c. vlti. de confess. lib. 6. Bal in. c. dudum in 2. nu. 29. de elect. Dec. in. l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur. & illam esse communem opinionẽ tellatur Imo. in. c. 1. de plus peti. & in. cap. dilecti col. 2. de maio. & obedi. Quæ in practica seruatur. secũdum Abb. qui priorem sequitur in. d. c. 1. de plus peti. Ego tamen primam nostræ regulæ sententiam tanquam magis communem sequor, quam multis rationibus adductis defendit episcopus Segouien. lib. 1. vari. resolu. cap. 2. nume. 5. sed ad obuiandas has opiniones cauti aduocati obseruant, vt actor posita certa summa subdcat illam clausulam, si non confessus fuerit de tanto, declaret de quanto, vsque ad vnum. ita tradunt Ang. Paul. cum. Ias. nume. 10. & Alci. nu. 40. in. d. § si stipulanti.

REGVLA. D.LXV.

Positionibus respondere nolés, habetur pro confesso tribus concurrentibus. Primo, quod positiones sint sibi lectę & datæ intelligi. Secũdo, quod sit iussus & monitus respondere à iudice in præsentia, & non per nũtium. Tertio, quod absque rationabili causa respondere recusset. probatur ista regula ex text. & glo. in. c. si post prętitum. de iureiur. in. 6. & ex notatis per Bal. in. l. fin. §. quod si actor. C. de iur. cal. & tradit eam Fran. Cur. in loco infra allegando. Et vide. l. 1. titu. 4. lib. 3. ordi. rega.

Limita hanc conclusionem septem modis, vt per Fran. Cur. in tract. positionum & interrog. col. 4. & ille tractatus habetur in. 1. vol. tracta. quas limitationes quia vtilis est materia, in summa libet transcribere.

Primo fallit, in beneficialibus & spiritualibus.

Secundo, in criminibus de quo vide Specul. tit. de positionibus. §. septimo videndum in fine Bar. in. l. Marcellus. § 1. ff. rerum amota. Abb. post Inno. in. c. 2. de confess Feli. remissiue in. c. cũ dilecti. 2. col. de accusa. Alex. & Ias. remissiue in. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran.

Tertio fallit in interrogationibus, & regula procedit in positionib⁹, quia interrogans nihil ponit. & hanc fallẽtiam declarat optime vt ibi per eum.

Quarto, quando positio esset posita scienter falsa ab aduersario & hanc & prędcedentem ponit. Bal. in. l. sicut in fin. C. de rep. hær.

Quinto fallit in non respondente libello & ista est impertinẽs fallentia ad hanc regulam, vt patet.

Sexto quãdo positio esset facta minus debitè: & quando positio non sit debitè

debite facta. vide in.d.tract. 5. col. cũ 6. seq. vbi plures defectus positionum inseruntur, quibus stantibus quis non tenetur eis respondere.

Septimo fallit, quãdo qualitas causæ non exigit condẽnationem, vt quia libellus est ineptus, vel non concludens, vel manifestam defensionem rei continens.

ANNOTATIO

Adde late Lanfran. ab Oriano in c. quoniã contra. cap. 6. de responsionibus. nume. 2. de proba. Et in hac positionũ materia vide Rob. Maran. in speculo aduoca. 6. part. §. Quartus actus.

REGVLA. DLXVI.

Posthuma, de qua non est facta mẽtio in testamento, non comprehenditur in legato facto filiabus. text. est in l. qui filiabus. ibi, si mentionem, &c. vbi not. docto. ff. de lega. 1.

Limita tripliciter, vt per Ias. col. 2. nume. 9. cum duab. seq. vbi dicit posse haberi alias limitationes, ex coniecturis quas ibi tradit Bar.

REGVLA. D.LXVII.

Prębenda non venit in materia stricta appellatione beneficij Abb. in. c. postulasti. de rescrip. vbi Felin. ponit aliqua col. 6.

Limita quadrupliciter, vt ibi per eum.

REGVLA. D.LXVIII.

Præcepta executiua, regulariter sunt prohibita. vt in. l. 1. C. de execu. rei iudi. & in. l. 1. C. commu. vel epis.

Limita in quinque casibus, quos descripsit Ripa. in. l. de pupillo. §. meminisse. col. antepen. ff. de noui oper. nunci. vbi etiam de alijs casibus se remittit.

REGVLA. D.LXIX.

Pretium rei scies, si offerat aliquid vltra, tunc nulla est deceptio, & quod vltra est datum legitimè retinetur not. Abba. in. c. 1. de emp. & vendi. & ibi Imo.

Limita tripliciter, vt per Anto. de Burg. in. c. cum dilecti. de emp. & vendi. in col. 5. vbi supra scriptam regulam descripsit.

ANNOTATIO.

Adde Bar. in. l 2. nu. 14. C. de rescind. vendi. & ibi Bal. nume. 7. quæst. 4. Sali. nume. 11. quæstio. 7. Paul. nume. 7. qui omnes fatentur hac regula innixi non esse locum. d. l. 2. quando emptor sciebat verum rei valorem quod etiam resoluunt Paul. nume. 7. Fulgo. nume. 1. in. l. maioribus. C. commu. vtris. iud. Soci. consi 48. nume. 4. lib. 4. Barb. consil. 21. col. 3. lib. 4. Roma. cons. 475. nume. 4. Fabi. in tract. de emp. & vendi. quæstio. 8. nume. 19. & 20. Afflict. lib. 3. feudo fol. 42. col. 3. nume. 27. tit. si de feud. fuerit contr. inter domi. & agna. Parisi. cons. 128. nume. 36. lib. 1. Soci. nep. cõs. 73 in fine lib. 2. Aug. Bero in. c. cum dilecti. nume. 23. de emp & vendi. Boeri. decis. 142. nume. 3. And. Tiraq. in tract. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 18. nu. 14. quam fatetur esse communem sententiam Alex. cõs. 42 nu 7. lib. 1. epi sco. Segou. lib. 2. variar resol. c. 4. nu. 2. Quorũ omnium grauissimum iudicium Arian. Pinelum non deterruit, quin hanc receptam sentẽtiã fortiter impugnaret in. d. l. 2. C. de rescin. vendi. 1. par. c. 2. nume. 11. cuius opinio apud suos Lusitanos est indubitabilis ex equissima regia constitutione lib. 4. ti. 30. §. 7. quæ aperte dicit remedium hoc non negari lęsis, vltra dimidiam etiam si probetur, eos compertum habuisse verum rei pretium licet etiam specialiter dicto remedio renuntient. Sed apud nos communis sententia seruabitur.

REGVLA. D.LXX.

Pręscriptioni, seu ad pręscribendũ non prodest credulitas cum errore iu

ris non facti, suadens quod titulus nō iuridic⁹ sit iuridicus. vt in.l. nūquam. C. de vsucap. & not. Abba. in. cap. de quarta. de prēscrip.

Limita quinque modis vtilibus, vt per Fel. in. d. c. de quarta. de præscri. col. 8. versi. Secunda doctrina cū quatuor. seq.

REGVLA. D.LXXI.

Prēscriptio licet currat cōtra ignocātē, tn ignorāti cōpetit restitutio, ex rapite iustę ignorantiæ, ita concludit Bar. in. l. 1. § si quis autē propter. ff. de itine. actu que priua. tenet etiā Abb. in. c. vigilanti in vlti. not. de præscri. allegat bonam glo. in. l. 1. C. de patr. potest. & ista est communis opinio, vt firmat Fel. in. d. c. vigilanti. 1. col.

Limita septem modis, vt per Felin. vbi supra col. 2. quorum tres refert Balb. in tract. de præscrip. in fol. 38. col. 1. quem vide in col. precedenti pro ista regula.

ANNOTATIO.

Adde Paul. de Castro in. l. vlti. nu. 5. C. de long. tēp. præscrip. & in. l. vnus ex socijs. ff. de seruit. rusti. præd. Alex. vbi Caro Moli. cōs. 71 lib. 1. Ias. in § rursus. instit. de acti. nu. 59. Paris. in. c. vigilanti. nu. 3. de præscri. Boeri. latissime decis. 39. & huius regulę doctrinā fatetur esse cōmuniter receptam Afflictus lib 3. feudo. ti. si de feud. fuer. controu. inter domi. & agna. not. 2. nu. 12. & not. 4. nu. 4. & secūdum istā regulam fuisse iudicatum testatur idē Matth. de Afflict. Neapoli. decis. 329. & communeni esse asseuerāt Roma. cons. 149 in fine, Hiero. Grat. cōs. 91. nu. 55. lib. 1. Ias. in. l. 2. nu. 185. C. de iure emphy. Deci cōs. 29. Socī. iuni. consi. 70. nu. 21. lib. 1. D. Couar. in reg. possessor. 3. par. § 3. nu. 1. de reg iur. lib. 6. Arian. Pine. in auth. nisi tricēnali. nu. 58. C. de bonis mater. & plures eā sequētes allegat And. Tiraq. lib. 1. de retra § 35. glo. 4. nu. 35. & 36. & ꝓbatur in l. 1. § vlti. ff. ex quib. causa. ma o. & in. l. 1 § si qs aūt. ff. de itine. actuque pri. & est bona glo. in. l. si partē § 1 in verbo, non vtēdo. ff. quem; seruitamit. eandem cōmunem sententia ample & ingeniose defendit Soc. in. l. cum filius. §. in hac nu. 8. col. 4. cum trib. seq. ff. de verb. oblig. Quāuis nōnulli cōtrariū tenuerint. imo quod præscriptio firmū effectum contra ignorantem inducat, adeo quod ex iusta ignorātiæ causa restitutio non detur. ita Bal. in. l. 1. nu. 24 C. qui admit. Ancha cōs. 170. nu. 3. Cuma. & Ang. quos Soc. & Alex. vbi supra referūt Curs. cons. 82. col. 2. ad fin. & hanc opinionem magis probat Are. cons. 104. Sed prima opinio verior est & communior & sequenda.

Amplia tamen fing. regulā hanc vt procedat etiā in quadragenaria præscriptione, quia aduersus eam conceditur restitutio in integrū ex iusta ignorātiæ causa, sit equidē iure respōdendum esse existimat Imo. in. c. vlti. fol. pen. de præscrip. Alex. cons. 71. nu. 3. & cons. 84. nu. 3. lib. 1. Soci in. d. § in hac col. vlti. Corne. cōs. 164. vol. 2. Matth. de Afflict. decis. Neapo. 37. col. 2. & decis. 329. Caro. Rui. cōs. 26. ad fi. lib. 1. Sylua. cons. 3. ad fin. Loffred. Neap. cons. feud 16 ad finem Petr. Rebuff. super regias leges Galliæ in tract. de resti. artic. 1. nu. 26. pag. 119. tomo. 2. consti. Franc. quam fatentur esse communē sententiam Fel. in. d. c. vigilāti. col. 2. de præscri. Soci. cons. 76. vol. 1. Hiero. Grat. responso. 125. nu. 12. volu. 1. Fran. Balb. in tract. prēscrip. 4. par. prin. q. 29. Alex. cons. 169. nu. 15. lib. 2. Nicol. Boeri. decis. 39 nu. 6. Aymon Saui. in celebri tract. de antiq. tempo. 4. par. §. Materia ista. nu. 61. fo. 166. Carol. Rui cons 35. nu. 35. vol. 1. Et opinionē istā fatet esse de iure veriorem: quā aliquibus rationibus corroborat Marcus Antonius Nattæ. cons. 162. nu. 38. cū seq. Quibus obstat tex. in. l. omnes. C. de prēscri. trig. vel quad. anno. & in. l. vlt. C. de fund. patri. lib. 11. quibus manifestē probatur quadragenarium prēscriptionem securitatem plenissimam inducere. Et tamen quoties plenissima securitas inducitur restitutioni in integrum locus non est glo. in. l. ait prætor. §. permittitur. in verbo, minutandum. ff. de minori: Sicuti quando plenissima liberatio inducitur nulla quæstio potest reſricari. l. 1. & 2. iuncta glo. & ibi Bal. C. si aduer. solu. Ang cons. 256. Quin securitas simpliciter ea dicitur quæ nullo modo expugnari potest. Bal. in. l. 1. in fine. C. si aduer. solu. Cum igitur per. d. l. vlti. per quadragenalem præscriptionem sit sublata actio, cēsetur etiam sublatum iudicis officium, quod competit ad restitutionē in integrum. l. actionis

nis verbo & ibi gle. ff. de verb. sig. & in l. pecuniæ verbum in fine eod. tit. & in l. actionis verbum. ff. de actioni. & obliga. & in l. quod si minor. § vlt. ff. de mino. Cui adde tex. in c. ad aures. in fine. de præscrip. vbi præscriptio quadraginta annorum omnẽ prorsus actionẽ excludit. & tex. in c. volumus. 16. quæst. 4. cum dicitur, sed quietem eorum inconcussam omnibus modis procurare & in. l. 1. C. si aduer. vendit vbi, verbum controuersiæ, quod non sõge distat à verbo molestiæ, inquietis siue inquietudinis, quibus vtitur. d. l vlti. comprehẽdit etiam restitutionem in integrum, vt qui promisit nullam se controuersiam moturum non possit in integrum restitui, vt ibi probatur. Huic rationi etiam accedit glo. in Clem. 1. in verbo, lapsum de in integ. resti. quæ asseuerat non esse dandam in integrum restitutionem aduersus temporaquadraginta annorum. Vnde hæc regula in prescriptione quadragenaria admittenda non estimo in integrum restitutio denegãda erit maioribus, qui iustam ignorantiam habuerunt. tenent Alex. consil. 171. lib. 2. col. vlti. vbi Caro. Molin idem Alex. in. l. 3. §. Labeo. ff. de acqui. posse. in fine Barba. cons. 41. nu. 18. vol. 1. Deci. d. cons. 29. Aret. in l. qui vniuersas. § vltim. ff. de acqui. post. & consi. 103. 1. & 2. col. Gome in. d. § rursus. col. 4. ad fin. instit. de acti. Deci. in. l. 2. C. qui admit. Gali. in. l. 2. §. & earum. numero. 39. vbi Alci. nume. 72. ff. de verb. oblig. Caro. Ruin. consi. 103 nume. 6. vol. 5. Ioan. Dile. de arte testandi. tit. de acqui. hæredi. cau. 8. quam opinionem fatentur esse cõmunem eam sequuti Soci consi. 2. col. pen. lib. 3. Anto. Rub. consil. 56. nume. 3. & consi. 98. nume. 2. vbi istam dicit esse communem & magis veram opinionem Soci. iuni. cons. 54. lib. 1. & consi. 76. nu. 102. eod. lib, & consi. 145. nume. 76. eiusdem vol. quam plures sequuntur quos Tiraquel. allegat. in. d. § 35. glo. 4. nume. 7. Ex quibus manifeste constat rem hanc dubiam esse ac tot doctorum opinionibus sibi inuicem contrarijs inuolutã, in qua fluctuat Ioan à neuizan. cons. 84. nu. 15. nihilominus ego censo posteriorem opinionem cõmuniorem & veriorem esse & sequendam.

REGVLA. D. LXXII.

Prescriptione etiã lõgissimi tẽporis, mala fides defuncti in distincte nocet hæredi: adeo quod hæres, nec canonico iure, nec ciuili præscribere poterit, eo casu quo defunctus, non poterat, licet ipse sit in bona fide, & velit à se ipso inchoare prescriptionẽ. Ista est cõmunis conclusio doctorũ cõtra Dinum qui contrarium voluit in. c. possessor de regul. iur. in. 6.

Limita quatuor modis, vt per Balb. in tract. de præscripti. in. 3. par. prin. in. col. 45. & seq. quẽ omnino vide in col. 44. pro ipsa regula principali.

REGVLA. D. LXXIII.

Prescriptioni non potest per pactũ renũtiari. not. Bal. in auth. quas actiones. in col. 4. C. de sacro. eccles. Abb. in rub. de prescrip. cum concordan. tijs de quibus ibi per Feli. in. col. 5. qui hanc regulam tradit.

Limita sex modis, vt per Ioã. Crot. in repet. l. nemo potest. ff. de lega. 1. in. col. 30. & seq. & vide eum in col. 29. pro ipsa regula. Vide Felin. vbi supra qui ponit septem fallentias huic regulæ. Vide Balb. in tract. de præscrip. in 5. par. 5. partis prin. in col. 7. vbi & in col. seq. ponit vnam ampliationem, & tres limitationes.

ANNOTATIO.

Adde Bar. in. l. nemo potest. col. pen. ff. de leg. 1. vbi Ias. nu. 80. primę lectionis & nu. 111. secũdę lectionis. vbi Ripa nu. 104. asserit hui regulę doctrinã cõmunem esse & eũ. Areti. Alex. nume. 25. & Hanib. nu. 686. Bal. in. l. si postquam. ff. de fideiusso. Fel. in. c. si diligenti. col. 5. de foro cõpe. & hanc fatentur cõmunem esse Prepo. in. c. 1. § præterea. de capi. Cõtra in feud. And. Alci. in rub. de prescri. nu. 58. And. Tiraq. lib. 2 de retract. §. 1. glo. 2. nu. 13. quã cõmunẽ sentẽtiã ratio fulcit qa vsucapio propter bonũ publicũ introducta fuit glo. in. l. 1 ff. de vsucap. Sed ius publicũ nõ pẽt per priuatos remitti. l. ius publicũ ff de pact. l. priuatorũ. C. de iurisd. omni iudi. ergo nec vsucapio Quam

ſententiam veriorem eſſe cenſeo licet contrarium teneant Din. Bal. & Imo. in d. l. nemo poteſt. Ioan. And. in addi. ad Specul. tit. de preſcrip. ſuper. Rub. col. 2. Antom. in c. cum non liceat de præſcrip. Flor. in. dict. l. nemo poteſt. quorum opinio ante tempora Bar. recepta erat teſte Alcia. vbi ſupra.

Primo tamen limita iſtam regulam, vt non procedat quando iuramentum interfuit, nam pactum de non præſcribendo, iuramento interueniente firmatur. hęc eſt cõmunis ſententia quam late & bene defendit Alci. in. d. rub. nu. 69. & Fran. Balb. in tract. præſcrip. 5. par. 5. par. quæſti. prin. q 6. Alex. in. d l. nemo. nu. 25. vbi Ripa. nu. 111. Feli. in. d. rub nu. 15. Caro. Rui. conſ. 111. nu. 5. vol. 1. vbi hanc opinionẽ admittit de iure Canonico non vero de iure ciuili dicit tñ ſtandũ eſſe in hac materia iuri põtificio. Sed limitatio hęc non placet Iaſ. in. d. l. nemo poteſt. nu. 83. primæ lectionis neque Croto ibi. nu. 45. qui eã impugnant poſt Cuma. conſ. 169. Quia preſcriptio propter bonũ publicũ introducta fuit quod priuati lędere nõ poſſunt. vt in. d. l. ius publicũ neq; cũ iuramento. vt in. c. ſi diligenti. de foro cõp. præſertim, quia etiam ſi vſucapio non reſpiceret publicã vtilitatem, principaliter, ſed ſecundario tãtum adhuc etiam cum iuramento non poſſet renuntiari, qñ talis priuatorum vtilitas non poſſet ab incommodo & læſione reipublicæ ſeparari. ex Bar. in. d. l ius publicum. quem ibi alij ſequuntur ſed verum non eſt quod in præſcriptione priuatorum vtilitas non poſsit ab incõmodo reipublicæ ſe parari quinimo ſeparari poteſt, quia reipublicę nihil intereſt, res illa de qua præſcribenda agebatur ad præſcribentem vel ad priorẽ dñm pertinea, dũmodo illa res inter ciues ſuos remaneat, vnde ſine dubio priuatorũ vtilitas ab incõmodo reipublicæ ſeparari poteſt At ipſe opinionẽ Iaſ. & Croti veriorem eſſe contra communem ex eo cenſeo, quia preſcriptionis curſus non impeditur per ſcientiam, vel ignorantiã illius cuius res præſcribebatur. l. fi. C. de long temp. præſcrip. vel per errorem eĩ, & ideo qui rẽ putabat eſſe ſuã præſcribit. l vni. C. de præſcrip. tranſfor. ergo voluntas domini, vel non domini, qui rem ſuã vel alienã a ſe poſſeſſam tradit hac lege iuramẽto firmata ne præſcribatur non eſt potens ad preſcriptionẽ impediendã quaſi illa ex legis diſpoſitione currat, nobis inuitis & ignorãtibꝰ.

Secundo limita, vt non procedat quando inter partes conuentum eſt, vt finita preſcriptione iterũ ſit debitũ per. l. ſicut in annos. ff. quib. mod vſusfruct. amitta. de quo late per Feli in. d rub. de præſcrip. nu. 17. Balb. in. alleg. tract. præſcrip. 5. par. 5. par prin. q. 6.

Tertio limita, vt non procedat in præſcriptione inducta in merum fauorem ex Bar. ſententia in. l 1. ff. de vſucapi per. l. quod ſi non ſit. § pe. ff de ędiliti. edicto Abb. in. d rub. vbi. Alci. nu. 63. Ripa in. d. l. nemo poteſt. nu. 108. quam fatetur eſſe cõmunem ſententiã Ferdi. Merch. de ſucceſſ. crea. 1. par. li. 1. §. 10. nu. 16.

Quarto limita in his caſibus in quibus lex ipſa approbaret pactũ de nõ præſcribẽdo, hoc equidẽ caſu de legis poteſtate dubium non eſt ſecundum Ripã in. d. l. nemo poteſt nu. 107. Quia legi omnia permiſſa eſſe cenſentur, quę diuino & naturali iuri contraria non fuerint. l. nec non §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio Vnde apud nos indubitatum eſt, quod valida & firmiſsima eſt prohibitio preſcriptõis de qua in l. 3. in libro gabellarum reddituumque regalium, quos Alcaualas appellamus. Quinimo etiam per ſtatutum huiuſmodi preſcriptionis prohibitio induci poteſt ex Bal. per illum tex. in. l. 2. C. de conſti. pecu. & per. l. male agitur. C. de præſcri. 30. vel. 40 anno. Anto. & Imo. in. c. cum a nobis. de preſcri. & eſt communis ſententia nouiſsimorum in. d. l. nemo poteſt.

Quinto limita in præſcriptione præterita ſecundum Feli. in. d. rub. de præſcrip. nu. 12. Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacro. eccleſ. per. l ſi poſtquam. ff. de fideiuſſo. vbi ſecundũ intellectũ Imo. ibi liberatꝰ præſcriptione dãdo fideiuſſorem denuo ſe obligare videtur ſic in propoſita limitatione qui poſt cõpletã preſcriptionẽ ipſi præſcriptioni renuntiauit videtur receſsiſſe a iure ſibi per legitimam preſcriptionẽ acquiſito. cui ſententię accedit Ripa in. d. l. nemo poteſt. nu. 106. Sed certe limitatio hæc in præſcriptione rei corporalis vera non eſt, nam dominium nobis acquiri nullo modo poteſt, niſi duobus interuenientibus, nempe vero & legitimo titulo. vt in. l. quãquam. ff de acqui. rerum domi. & traditione. vt in. l. traditi. C. de pacti. Et ea ratione poſtquã abs te dominium quæſiui id ad te reuerti non poteſt, niſi tibi eadẽ res tradatur & legitimus titulus acceſſerit. l nihil tam naturale. ff. de re iur. Vnde ſi poſtquam dominium per præſcriptionem quæſitum habeam illi renuntiem, præſcriptionis virtus, quæ effectum ſuum conſummatum habet minimè ceſſat. Poterit ſane, vt ipſe cenſeo vera eſſe hæc limitatio in

præscriptione actionis arg.tex.cum ibi not.in l.si quis empti in prin.cum glo.C.de præscri pti.30.vel.40.anno.

Sexto limita, ex Bar. doctrina in.l.1.ff. de vsucapi.& Feli.in.d. rub.de præscrip. vt non procedat in longi temporis præscriptione quę bonā fidē desiderat.vt in.l.vni.C. de vsucapi. trāsfer.Nā si rem à me possessam tibi donaui, hac lege vt nullo modo possis præscribere nā per hoc in mala fide constitutus is erit, & cōsequenter longo tempore præscribere non poterit,de veritate tamen huius limitationis vide Ripam.in.d.l.nemo potest.nu.105.

Septimo limita,vt non procedat in præscriptione sumente principium ex ipso contractu,nā tali prescriptioni bene per pactum potest renuntiari,ex Bal.doctrina in auth. quas actiones.C.de sacro.ecclesijs.sequitur Feli.in d.rub.nu.15.Ripa in.d.l.nemo potest.nu.109 Quanuis limitationem hanc impugnet Ferd. Mench.de succesion.creati.1.par. §.10. nu. 18.fol.140.

Octauo limita,nā licet per pactū præscriptio ex toto tolli nō possit poterit tñ prorogari glo. in.d.auth.quas actiones. Ang.cōs.54. Ripa in d.l.nemo potest.nu.112.Bal.in rub. de consti. col.3.Fel in.d.rub.de prescripti.nume.12.vbi Alci.nu.69. Quanuis limitationē istam non admittat Ioan.Crot.in.d l.nemo potest.nu. 45.qui ex eo falsam esse cōtēdit, quia inquit quod id quod publico fauore introductū est sicut p pactū ex toto tolli nō potest sic etiā nec minui,aut moderari.arg l.quod de bonis.§.fratre &.§.vlti.ff ad leg.Fal l.de die iūcta.l.2.ff. de pact.dota.quod latius apud eū legendū est.

REGVLA. D.LXXIIII.

Prescribi non potest per naturaliter possidentē,quando dñs retinet possessionem ciuilem rei,quę in absentia solo animo retinetur,nisi trāseat tantum tempus,per quod verisimiliter inducatur obliuio & perdatur ciuilis possessio. Ista est vtilissima doctrina in practica quam glo.descripsit in.l. 1.C.de serui.fugi. quam ibi commendant doctores maximè Ias. col.antep. vbi ipse dat.glo. similes in. §. sed aliquando insti.de vsucapi. & in.l.male agitur.in glo. magna circa medium. C.de prescrip.triginta vel.40.annorum.pro quibus adducit bonam rationem.& in col.seq. limitat quadrupliciter, quas limitationes quia notabiles, breuiter tibi referam, licet in earum descriptione,ipse consumat vnā fere columnam.

Limita primo,nisi res præscribenda sit talis, in qua apprehensione eius facta per alium domin⁹ perdit statim ciuilem,vt in seruo fugitiuo.

Secundo fallit in prescriptione.30 annorum, quia illa non impetitur, ex eo quod dominus retinet ciuilem.

Tertio,si talis possidens naturaliter, vellet præscribere nō principale dominium,sed eius fortè feudale, vel emphyteuticum,vel vsumfructum.

Quarto in præscriptione rerū incorporalium, puta seruitutum: quia eam non impedit possessio ciuilis domini,quæ statim perditur.

ANNOTATIO.

Adde circa huius regulæ materiam Cornel. cōs.16.col.3.li.2.Balb.in tract. præscriptionū. 3.par.3.par.prin.3.q.nu.1.fol.50.

REGVLA. D.LXXV.

Præscriptio iurisdictionis in vna specie,non extēditur ad diuersam. ita cōcludit Ias.in.l.imperium.col.15. ff. de iuris.omni.iudi.

Limita dupliciter,vt per Ioan.Frā. in tract. de prescripti.in fol.8.col.3. in prin.quem vide in duabus precedē tibus col.late & notabiliter pro ipsa principali regula.

Primo limita secundum eum,in iurisdictione retinenda, quia tota retinetur per exercitiū vnius actus:& regula procedit in acquirenda.

Secundo limita. quādo nullus alius est in quasi possessione iurisdictionis, quia

quia tunc quasi possessio vnius actus, causat ius vniuersale. vide eum pro his limitationibus.

REGVLA. D.LXXVI.

Præscriptio iurium incorporaliũ requirit scientiã aduersarij, tenet Abb. in c. de quarta de præscripti. & in c. 1. eod. titul. Bar. in l. 1. §. 1. col. 3. ff. de itin. actuque priua. facit. l. quoties. 2. de seruit. & in l. quorum. C. eod. titul.

Limita dupliciter, vt per Feli. in d. c. de quarta. penul. col. qui se remittit ad Paul. in l. seruitutes. 4. col ff. de seruit. & late Cępola. in tract. de seruitu. c. 20. col. 4. & c. 24. col. 6.

ANNOTATIO.

Adde Inno. in c. 2. de in integ. resti. & in c. bonę in. 2. de postu. præla. Abb. & ibi Ripa nu. 64. in c. cum ecclesia de causa posse. Antoni. in c. peruenit. col. 5 de censib. Ioan. Lup. in c. per vestras. 2 nota § sed est pulchra. nu. 33. de dona. inter vir. & vxo. Frã Balb. qui plures hanc regulam sequentes allegat in tract. præscripti. 2 par. 4 par. prin. 1. q. nu. 12. quam fatetur esse communem sententiam præsul Segouiẽsis in reg. possessor. 2. par. in initio nu. 6. de regul. iuris. lib. 6. Quanuis Longoallius in rep. l. imperiũ. ff. de iuris. omni. iud. 4. part. arti. 2. audaciter aliquibus rationib⁹ impugnet quibus sequendo communem satisfacit Ioan. Corati. in l. quoties. 2. nu. 1. ff. de seruit. & dominus episcopus in. d. nu. 6.

Primo tamen vtiliter limita regulam hanc, vt minime habeat locũ in ea præscriptione cuius initiũ memoriam hominum excedit: nam vbi præscriptio hæc probata fuerit, nõ est scientia illius contra quem præscribitur necessaria glo. vbi Ang. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua cotidi. & ęsti. Bal. in c. 1. col 2. quę sint regalia Anto. in c. peruenit. de censib. Roma. in l. 1. §. denique ff. de aqua pluui. arcend. Imo. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publi. & vecti. Iacobi. de sancto Georg. in tract de feud. ver. Cũ mero & misto imperio col. vlti. Feli. in c. de quarta. & latius in c. cum à nobis col. 1. de præscripti. Alex. conf. 16. nu. 15. vbi Carol. Mol. li. 5. Iaſ. in l. imperium. col. 9. ver. circa primum dictum. ff. de iurisd. omni. iudi. Deci. conf. 85. Cur. iuni. conf. 158. nu. 12. Frã. Balb. de præscri. d. 2. par. 4. par. prin. q. 1. nu. 13. Anto. Rub. conf. 21. col. vlti. quorum opinionẽ communem esse profitẽtur eam sequuti Alex. conf. 6. nu. 4. lib. 1. Deci. & Balb. in locis nouissime allegatis & And. Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 14. nu. 4. quæ sentẽtia procedit propter vim huius temporis immemorialis quod priuilegij vim obtinet. vt in d. §. ductus aquę, & in c. super quibusdam de verbo. signi.

Quanuis huius contrariũ teneat Bar. in l. 1 § deniq; ff. de aqua pluui. arcend. Bald. cõs. 352. lib. 1. & cõs. 340. li. 5. Ripa in d. c. cũ eccle sia. nu. 67. Aymõ Saui. in tract. de antiq. tẽpo. 4. par. §. Absolutis nu. 15. Sed vt libere dicam quod sentio & meũ quale quale sit iudiciũ inter ponã, mihi magis placet cõmunis opinio quę habet, scientiã nõ requiri in præscribẽdis iuribus incorporalib⁹, quoties prędescriptionis tẽpus memoriam hominum excedit, nisi tractetur de acquirendis iurib⁹ incorporalibus, quorum vsu, & exercitio ius resistit, tũc sane scientia illius requiritur de cuius prędudicio tractatur. quod sentit Caro. Mol. in d. cons. Alex. 6. li. 1. litera A. & colligitur ex his quæ tradit glo. in c. pen. de fili. presby. Domi. in summa. 11. dist. quẽ vide. Imo forte si scientia necessaria esset eadẽ ex tanti tẽporis cursu prędsumeretur simul & aliquot coniecturis interueniẽtibus, quæ huic prędsumptioni suffragantur secundũ Sali. in l. authoritatem. C. vnde vi. Aymon in d. §. Absolutis. nu. 15. Deci. conf. 185. col. 6. quã doctrinam, qui communem sententiam sequuntur facile admittent, licet authores contrariæ opinionis censeant, non tantum necessariam fore scientiæ allegationem, sed etiam eius probationem vnde boni aduocati semper articulos faciunt ad cautelam etiam in his præscriptionibus, quæ hominum memoriã excedunt.

Secundo limita vt regula nõ procedat, quãdo agitur de præscribenda libertate aduersus seruitutem olim constitutam, certe tunc sufficit quasi possessio, nec est necessaria scientia nec patientia, illius contra quem præscribitur. tex. not. in l. si partem. §. si per fundum. ff. quomodo seruitus amit. quem ibi doctores omnes ita interpretantur.

Tertio limita, in prędscriptione seruitutis, cũ titulo iuxta l. si ego. § primo vbi glo. ff. de publi.

bli. Nam in ſeruitutis præſcriptione quando titulus non concurrit, cum quaſi poſſeſsione eſt neceſſaria ſcientia & patientia illius cõtra quẽ præſcribitur:tũ ſi ipſe q̃ prẽſcribit titulũ habeat, nẽpe ſeruitutis cõſtitutionem, factam ab eo qui dominus non erat,tunc ad præſcriptionem longi temporis,decem vel viginti annorum non eſt neceſſaria ſcientia nec patientia domini.l.vlti.C.de præſ.long.temp.quem ita interpretantur Alb. & Paul.in l. 2. C. de ſeruit.& aqu. Paul.in l.ſeruitutes.la magna vbi Ioan.Crot.nu.4.ff de ſeruitu.Iaſ.in.l.3. § ex contrario.nu.31.ff.de acqu.po.Ripa.in.d.c.cũ eccleſia.nu.64.Cẽpol.de ſerui. Vrban c.20. col.2.D.Couar.in.d. reg. poſſeſſor. d.initio. nu.8.Aymon.in.d.§ Abſolutis.nu.21.

REGVLA. D.LXXVII.

Prẽſcriptiõ, vel cõſuetudine quẽri poteſt quod eſt quẽũbile priuilegio. c.duo ſimul de offici.ordi.c.cũ cõtingat.de foro cõp.not. Cardi.poſt lap. in clem.1.col.pen.de relig.domi.

Limita quatuor modis,vt per Feli. in.c.accedentes.de præſcrip.col.3. in fine.cum quatuor ſeq.

REGVLA. D.LXXVIII.

Prẽſcriptionem actione perſonali impedit mala fides,ſicut in reali tenẽt glo.& Imo.in.c.fin.de prẽſcripti.quã ibi ſequuntur omnes canonici doctores maximè Butri.& Imo. & iſta eſt vera & communis opinio,licet Hoſt. & Bar. & aliqui alij quos late refert Balb.in loco infra allegando contrarium tenuerit.

Limita quatuor modis,vt per Feli. in.d.c.fin.in.col.1.&.3. de præſcrip. Quarũ limitationũ primã & vltimã refert & ornat Bal.in tract.de prẽſcr. fo.2.col.4 & ipſe addit aliã qnintam & notabilem limitationem.

ANNOTATIO

Adde Ancha.conſ.5.Paul de Caſtro conſi. 98 lib.2.Matthẽſ.not.23.quorum ſentẽtiam communem eſſe teſtantur eam ſequuti Ioan. Crot.in.l.omnes populi.col.11.ff.de iuſti.& iure.Ripa in.l.nemo poteſt.nume.116.ff.de leg. 1.Lud.Gom.in prin.inſti de action.nu.68. domi.epiſco.Sego.in reg.poſſeſ 2.par.§.11 nu.3. de reg.iur.li.6.And.Alci.in rub.de præſcrip. nu.5.Hiero.Grat.conſi.41.col.vlti lib.1. Petr. Dueñas in reg.6.incip.Actio perſonalis. Grego.Lup.in.l.22.titul.29.in glo.2.part.3.Ferd. Loaz.in tract.de matrimonio fol.23 col.2.nu. 23.Ludo. Gozad.conſ.56.col.3. nu. 13, Ioan. Oroſci.in d.l.omnes populi.nume.75. Ferdi. Mencha.de ſucceſsion.creati primæ par.lib. 1.§.10.nu.34.Anton.Padilla in.l ſi quas actiones.nu 42.C.de ſerui.& aqua D.Dida.Perez cum multis ab eo diligenter allegatis.in.l.3. in glo.1.ti.13.lib.3.ordi.quam communem ſententiam & ſic regulam noſtrã doctiſsime defendit Fortun.Gar.in tract.de vlti. fine.illa.2.

Quanuis opinionem contrariam,quòd bona fides non requiratur in præſcribendis actionibus perſonalibus, tenuerunt Bar. in.l. hæc autẽ iura.ff.de ſerui.Vrb.præ.& in.l.ſequitur. § ſi viã ff de vſucapi.vbi Rom.Bal.conſi 437. lib.1.Aegi.de Belã.in c.vlti.nu.6.de præſcrip. & ita iudicauit olim Capella Toloſana deci. 73.Bonifa.in Clem.1.col.3 de re iudi. Corne. conſi.206.lib.2.& conſi.296.lib.3.Petrus Ferra.in practi. in forma reſponſi.rei conuen.ſuper verb.Præſcriptionis.& eſſe hanc communem ſententiã fatetur Carol.Molin. ad Alex. conſi.99.lib.4.col.2.

Sed verior & communior eſt prior opinio quæ manifeſtè in.c.vlti. de prẽſcri. probatur quo dãnantur prẽſcriptiones,quæ cũ mala fide propter peccati labẽ procedũt:ille vero qui cõpertũ habet ſe centũ actione pſonali alteri debere,cõſcientiã ſemp lẽſam habet, quod ea quantitas pecuniæ alteri debita ſit,& licet ſub pœna peccati non teneatur ſtatim & ſemper ſoluere,nec pecuniam debitam creditori offerre, ſemper tamen petenti dare tenetur, cum compertum habeat illi debitam eſſe alioqui, à mortali crimine non erit immunis.

Quare difficile erit apud nos ſuſtineri pragmatica ſãctio Caroli quinti Cẽſaris primi huius nominis Hiſpaniarũ regis catholici & inuictiſſimi quã Mãtuę Carpetanorũ anno milleſimo vigeſimo octauo dum publicum huius regni conuentũ & comitia Hiſpanorũ haberet, ſtatuit.c.157. Etenim ea lege ſancitum ſtat quod merces à famulis exigi non valeat poſt tri. nium ab eodem die, quo à famulitio ceſſa-

ſerũt

runt,vel ipſi famulià dominis receſſerit, niſi intra id triennium a dominis petiſſe probauerit raro enim præſcriptio hæc cum bona fide procedit. Idem que apud Luſitanos ſtatutum ſtatim lib. 4. eorum ordi. ti. 2. l. 1. qua lege diffinitum ſtat, hanc præſcriptionem currere minori facto maiori viginti quinq; annorum. Sic apud Gallos Ludouicus duodecimus eorũ rex anno milleſimo quingenteſimo duodecimo lege lata diffiniuit, quod famuli mercedem pactam aut debitam a dominis petant intra annum a die quo ſeruire ceſſauerint, & tantum triũm annorum præcedentium; poſt annum autem ex illa lege famuli ſalarium petere non poſſunt niſi ſcripturam producat in iudicium qua eorum petitio probetur, vel extrajudicialem interpellationem intra annũ factam probauerit cuius legis meminit Rebuff. 2. tomo in regias leges in tract. de famulor. ſala. in princip. quo loco nume. 2. ſcribit Carolum Cæſarem catholicum Hiſpaniarum regem idem ſtatuiſſe apud Bruxellas Brabantiæ anno milleſimo quingenteſimo duorum annorum tẽpus adhoc diffinientem.

Poterunt equidem dictæ regiæ conſtitutiones procedere data bona fide quæ facile continget in magnatibus atque potentibus quorũ domus magno famulitio repleta eſt, ij bonam fidem haberet poſſunt, cum facultas ſoluendi hæc ſalaria ſuis œconomis ſit demandata. Sic egregie declarat Fer. Mencha. d § 10. nume. 33. Et plures declarationes circa dictas leges ſcribit Petr⁹ Rebuf in. d. tract. glo. 10. pag. 243.

REGVLA. D.LXXIX.

Præſcriptione tutus, ſi ſoluat repetit quaſi in debitum Bar. in. l. ſi ff. rem ratam hab. ſequitur Abb. in. c. ad aures. de præſcripti. Facit quod in ſimili ponit Ioan. And. in reg. poſſeſſor. col. 19. de reg. iur. lib. 6.

Limita vno modo. vt per Fel. in. d. c. ad aures. col. 2.

Præſcriptio. vide ſupra in verbo Accuſatio. & in verbo, Adeũdi. & in verbo, Dominium, & in verbo, Eccleſia, & in verbo, Hæreditate & in verbo, Minor. & in ver. Iuriſdictio.

REGVLA. D.LXXX.

Præſentia in dubio nõ præſumitur, niſi probetur Bar. in. l. 2. C. de ſta. & magi. per illum tex. Facit quod not. idem in. l. Theopompus. prope fin. ff. de dote præleg.

Limita quatuor modis, vt per Fel. in. c. tenor. de re iudi. col. fi. qui etiam alijs allegationib⁹ corroborat ipſam regulam.

REGVLA. D.LXXXI.

Princeps vel populus nõ recognoſcens ſuperiorem, poteſt eſſe iudex in cauſa propria. Ita firmat Feli. in. c. cũ veniſſent. de iudi. in col. pe. motus ex eo quod not. Bal. in. l. 2. ad fin. C. de ſent q. æ ſine cert. quan. prof. & Bar. in. l. ſi alius. §. belliſsime. ff. quod vi aut clam. & Ang. in. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa.

Limita hoc procedere quo ad ſubiectos, non quo ad alios. ita tenet Hoſti. in. c. nouit. de iudi. & ibi Abb. quos refert Feli. vbi ſupra qui aſſerit ita vidiſſe iudicatum.

Secundo fallit, niſi princeps vel populus ſit reus quia tũc ſubditus poteſt eos cõuenire coram papa. ita Abb. in c. 1. de proba. dicens ibi eſſe tex. ſing. ſed hoc impugnat ibi Areti. tenendo contrarium & eius opinioni contra Abb. aſſentitur Feli. vbi ſupra.

ANNOTATIO.

Adde Abb. in. c. in Geneſi. de electione vbi declarando iſtam regulam ſcribit, quod nullus inferior à principe poteſt eſſe iudex in cauſa propria etiam cum conſenſu illius cum quo litigandum eſt per not. in. l. pen. ff. de arbi. & idem tenent idem Abb. in c. cum veniſſent. col. penul. de iudi. & licet Deci. ibi col. 5. ab eo recedat Abb. tamen ſequitur Anto. Capi. Neapo. deciſ. 124. nu. 2.

Et vltra duas limitationes huic regulæ ab ab authore conſtitutis tertio vtiliter limita, vt procedat regula de iuris rigore, non vero de

de honestate, quia subsistente debet princeps causam propriam alicui delegare, vel in arbitros compromittere, aut subditis se submittere secundum Inno. in c. ex parte in Christo. de verb. sign. sequitur Lamran. Balb. deci. 107. Sic olim imperator Federicus in causa contra Lõgobardos se arbitris submisit, & inde facta est pax Constatiæ. Nec enim limitatio hæc ratione caret cũ minime tutum videatur quẽpiam quantumlibet probum ac bonũ virum, iudicem esse in sua causa: cum omnibus vsq; adeo insita sit illa philautia, ideſt amor sui, vt neminem tam probum, tam modestum, tam attentatum, tam oculatum inuenias, qui in sua causa æstimanda atq; introspicienda quadam animi propensione corruptus cęcutiat, caliget, hippiat, fluctuet, hebetescat, deliret. Cęcus est amor sui, vt dicit Horatius. Et suus cuique crepitus olet. vt est apud Apostolum Barzarum. Non videmus mãticę quid in tergo est, inquit Catullus, cui subscribens Persius.

Nemo (ait) in se tentat descendere nemo.
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Et Seneca lib. 2. de ira. *Aliena uitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt* Et sane in suis quique negotijs hebetiores sunt quam in alienis: in suis quidem myopes, lusciosi, tenebriores: in alienis lynces, aliorũ medici, ipsi vlceribus scatemus vt est senarius prouerbialis Plutarcho vsurpatus in eo lib. cui titulus est. Quo pacto quis ab inimico iuuari possit. Festucam in aliorum oculis aspicimus, trabem non videmus in nostris, vt est in euãgelio. Ad nosmetipsos talpæ sumus, cui visum deesse memorant naturæ scrutatores: in aliorum caprarum oculos habemus, vt à diuo Hieronymo proditum est in Apologia ad Pamnachium & Oceanum.

Quod autem dixi de Principis inferioribus qui non possunt in proprijs causis iudicare, in specie in dominis locorum consuluit Old. cõs. 124. quem sequitur Marc. Anto. Nattæ cons. 294. nu. 1. vol. 2.

Hoc tamen vtiliter limita primo quando quis iniuriam aliquam patiatur, quæ ad suam iurisdictionem concernat, nam si in tali casu pœna certa sit potest eam proprio iudicio contra delinquentem infligere. Lucas de pœna in l. si coloni. C. ex quib. cau. col. li. 11. Matth. de Affli. in consti. reg. Siciliæ rub. 32. lib. 3. c. 2. Paris de Puteo in tract. find. in parte Iniuria officialis, Anto. Capi. decis. 124. & 130. nu. 12. Anto. de Tremo, in addi. ad practi. Bonac. ti. de recusati. in parte, Non recusatur. quam opinionem fatetur esse communem Petrus Auenda lib. 1. de mand. regum Hispa. c. 5. nu. 12. pro qua recepta sententia vide quæ scribit Frã. Auiles. in capi. prætor. c. 3 in glo. *Abogados.* nume. 12.

Secundo limita qñ domini inferiores, putà Duces Comites & Marchiones, exigerent a suis vasalis iustos reditus & notorie debitos, quia hoc facere possunt propria authoritate vt bene explicat Spec. tit. de feud. §. quoniam. ver. Decimo octauo. & not. Chass. in consue. Burg. rub. 1. §. 4. nu. 15.

Tertio limita, vt non procedat quando consuetudine introductum est, quia talis consuetudo, quod domini inferiores cognoscant in propria causa valida est. tex. in c. cũ contingat de foro comp. not. Bal. in l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quanti. Iaſ. in l. 2. nu. 108. C. de iure emphi. Alex. in l. qui iurisdictioni fallen. 9. ff. de iurisd. omni. iud. & in addi. ad Bar. in l. alius §. bellissime ff. quod vi aut clã. Petr⁹ Auend. d. lib. 1. de exequend. mand. cap. 11. nume. 8. Anto. de Tremo in d. practica Bonac. tit. quibus modis examen iudi. declinet. in parte, in causa propria Mar. Anto Nattę consilio. 294. nu. 2. vol 2. Et ratio est quia cõsuetudo potest tribuere iurisdictionem tex. in c. conquestus. 9. quæstio. 3. & in c. irrefragabili. §. 1. & in c. dilectus. in prin. de offici. ordi. l. 1 & ibi docto. C. de emancip. lib.

Quarto limita, quãdo dicti domini suas causas iudicibus ab illis publicè deputatis committunt. Vnde iudices ab illis constituti quos vulgo *Alcaldes mayores* appellamus possunt cognoscere de causis dictorum dominorum vt bene probat Carolus Molien. in consuetud. Parisi. ti. 1. § 2 glo. 3. nume. 7. dicens ita obseruari in illo regno. idem etiam testatur Nicol. Boer. deci 55. nu 4. idem que ipse scio in Hispania receptum esse.

Et quando iudices alij possint de propria causa vel suorum familiarium iudicare vide late Auiles. in d. glo. *Abogados.*

REGVLA D. LXXXII.

Princeps vel Papa non potest sine causa iuri alicuius pręiudicare rem illius alteri dando. ita Bar. in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. publi. & in locis allegatis per Phili. deci. vbi ponit

regu

regulã in. c. quæ in ecclesiarum col. 8 nu. 25. de consti.

Amplia habere locum etiam in bonis infidelium secũdum Abb. & Inno. quos allegat Deci. vbi supra.

Limita & declara septem modis, vt per Feli. in. d. c. quæ in ecclesiarũ col. 13. nu. 40. vbi Deci. quinque dũtaxat posuit limitationes.

ANNOTATIO.

Adde quæ scripsi supra in regula. 209.

REGVLA. D. LXXXIII.

Principis rescripto potest concedi debitori dilatio ad soluendum. tex. est in. l. quoties. C. de precib. Imp. offe. habes Hispane. l. 4. ti. 24. pag. 3.

Limita, primo nisi debitum sit iuratum, quia tunc rescriptum non extenditur ad illud. ita consuluit Alexand. in consi. 38. in. 3. vol. consi. incip. Visa petitione And. de Rom. motº per plura de quibus per eum. quem refert Iaſ. in. d. l. quoties. 1. col. qui allegat glo. singularem in confirmationem in. c. cum non deceat. in glo. fin. de electi. in. 6. quæ voluit quod clausula nõ obstante, vel alia derogatoria nunquam tollit actum iuratum & eandem conclusionem Alex. tenent idem Iaſ. in. l. fin. prope fin. C. si contra ius vel vtili. publ. vbi plures refert supra allegatam glo. sequentes. Et vide Feli. in. c. constitutus. de rescrip. in col. 3. in prin. vbi idem tenet referendo eũdem Alex. licet in allegatione consilij circa numerum differat à Iaſ. & vide omnino Thom. Ferrar. in caute. vltra Cępol. caut. 55. vbi latius comprobat dictam conclusionem Alex.

Secundo limita, data idonea fide iussione vt in l. vniuersa. C. de preci. Impera. offerend. Ita limitat Iaſ. in allegata. l. quoties.

ANNOTATIO.

Adde quod huius regulæ primam limitationem sequutus fuit Thom Gramma decis. 12. nu. 2. Mar. Anto. Natta consi. 233. nu. 1. vol. 1. idem loquendo in saluo conducto probat Matthæ. de Afflict. Neapol. decis. 5 dicens ita in illo regio prætorio fuisse iudicatum.

Secundam vero limitationem cõmunem esse fatetur Pyrrhus in consuet. Aureli. tit. de executione ex locato. c. 18.

REGVLA. D. LXXXIIII.

Principi reseruata, non veniunt in generali concessione tex. in. c. quod translationem. de offici. deleg. & in. c. fin. de offici. vicar. lib. 6. & in. l. 1. ff. de officio eius cui mandata. Et plura circa hanc regulam congerit Feli. in c. quę in ecclesiarum de consti. col. 2. nume. 32.

Limita tripliciter, vt per Felin. vbi supra nume. 33.

REGVLA. D. LXXXV.

Principis rescriptũ est lex, probat tex. in. l. diui Seuerº. ff. de adim. lega. & probatur varijs locis.

Limita sex modis, vt per Ioan. Villemati in repe. §. diuus. ff. ad leg. Cor. de sicar. in col. 8. Et vide Feli. in. c. in causis. de re iudi. in col. 2. qui per tex. ibi & in. l. 1. ff. de consti. Princi. & in l. fin. C. de legib. facit regulam quod sententia principis facit ius generale quam limitat quinque modis ibi & in col. seq. Et quia est similitudo in materia istarum regularum, nolui hanc ponere de per se, præcipue si limitationes vtriusque coincidunt, quod tu lector studiose disquire.

ANNOTATIO.

Adde Aegidi. Bosium in tract. delictorum tit. de principe. nu. 85. qui hanc regulam extendit

tendit vt non tantum procedat inter nominatos in reſcripto ſed etiam inter alios.

REGVLA. D.LXXXVI.

Principis ſecunda iuſsio idem operatur quod motus proprius. doctrina eſt Bal. in l. nec dãnoſa. C. de precib. impera. offerend. quam ibi multum cõmendant Fulgo. & Roma. in l. ſi vero §. de viro. 31. fallen. ff. ſolu. matri. vbi dicit illud dictum nouum & alibi non legiſſe. ſequitur etiam Alex. in l. 3. circa princi. ff. quod quiſque iuris Felin. quem vide. de veritate in. c. ſi quando. de reſcriptis. col. fin. commendat etiã multum Iaſ. in. d. l. nec damnoſa. Ex quo dicit notandum quod tunc ceſſauit omnis exceptio ſubreptionis, vel obreptionis, ſicut quando princeps concedit motu proprio: & ita dicit obtinuiſſe in facto.

Limita notabiliter, vt procedat quando in ſecunda iuſsione, vel in ſecũdo reſcripto fieret de prima, vel de primo mentio: quia aliter geminatio non haberet effectus motus proprij. ita ſing. tenet Bal. in l. 2. C. de pet. bo. ſubſt. lib. 10. quod dicit ſing. Iaſ. pro limitatione huius regulæ. in. d. l. nec damnoſa. fin. ver.

ANNOTATIO.

Adde Cateli: Cottam in memora iuris in verbo, Geminatio reſcripti. Et vide. 36. geminationis effectus quos diligẽter ſcripſit Ferdi. Mencha. de ſucceſsi. creati. 1. part. lib. 1. §. 3. nume. 12.

Principis materia. vide in regula ſuprapoſita in litera D. in verbo, Diſpoſitio, & in verbo, dominium. & in verbo, Cauſa iuſta.

REGVLA. D.LXXXVII.

Priuilegium conceſſum non ſubdito, non poteſt per concedentem reuocari. colligit hanc regulam Felin. ex dicto Inno. in. c. nouit. de iudi. in col. 9. quam ibi comprobat pluribus doctrinis.

Limita nouem modis, vt per eundem Felin. in dict. col. 9. cum duabus ſequen.

ANNOTATIO.

Adde Caro. Rui. conſi. 105. nume. 2. vol. 5. Matth. de Afflict. deci. 361. nume. 10. Marc. Anto. Nattæ conſi. 431. nu. 19.

REGVLA. D.LXXXVIII.

Priuilegium per quod conceditur aliqua facultas, vel datum ad faciendum, perditur ſpatio decẽ annorum, ſi priuilegiatus eo non vtitur. vt eſt caſus not. in. l. 1. ff. de nundi. de quo latè per Feli. in. c. cum acceſsiſſent. col. 19. & 10. de conſti.

Limita quinque modis, vt per Bal. in tract. de prẽſcripti. in. 4. par. 5. par. prin. in. 4. q.

ANNOTATIO.

Adde Iaſ. & ibi nouiſsime Antonium Padilla. nu. 4. in. l. falſo. C. de diuerſ. reſcrip.

Hanc regulam vltra authorem noſtrum cũ 3. limitationibus ſcripſit Deci. in. c. cũ acceſsiſſent. nu. 16. cum ſeq. de conſti.

REGVLA. D.LXXXIX.

Priuilegium eſt ſtrictè interpretandum. vt in. l. ſi quando in prin. C. de inoffici. teſta. not. Archi. n. c. frater. 16. quæſtio. 1. glo. magna in cap. 1. de conſti. lib. 6.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. in. l. fin. col. 7. ff. de conſt. prin.

Primo quando verba eius eſſent tã plura & lata quòd reſtringi non poſſent, not. Ang. in. d. l. fin. 3. col. ſecun-

dum Iaſ. vbi ſupra & not. Anto. in. c. olim de verbo. ſigni.

Secundo & notabiliter limita quãdo priuilegium non priuaret legem communem ſed priuatam, puta ſtatutariam, quia tunc non reſtringitur ita Anto. vbi ſupra Iaſ. referente.

ANNOTATIO.

Adde. l. 2. §. merito. &. §. ſi quis à principe. ff ne quid in loco pub. & vide quę circa iſtam regulam ſcribit And. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 9. nume. 184.

Et vltra duas limitationes huic regulæ conſtitutas limita tertio, vt non procedat contra ipſum principem concedentem, quia contra eum priuilegium latiſsime interpretandum eſt. Ita ſing. tenet Inno. in. c. cum dilecti de donа. & eſt bonus tex. in. c. ex tuarum. de authori. & vſu pallij. & voluit Ioã. And. in. d. c. olim. Alex. conſi. 110. nu. 10. lib. 6. & conſi. 215. nu. 4. lib. 7. Hyppo. in ſing. 483.

Quarto limita, quando priuilegiũ fuit conceſſum in motu proprio quia tunc etiam in prę iudicium tertij latiſsime eſt interpretandum. ita Ioan. And. in. c. 2. in fine de immu. eccleſi. & ibi ſequitur Abb. col. pen. Felin. in. c. cauſam quę. col. 11. verſi. limita hanc declarationẽ de reſcrip. Mar. Anto. Nattę conſ. 340. nume. 6. 2. vol.

Quinto limita, quando priuilegium de iure communi conceditur quia licet ſit cõtra ius cõmune latiſsime debet interpretari. ita ſing. tenet Anto. de Butr. in. d. c. olim. circa fin. de verb. ſig. ſequitur Mar. Anto. Nattæ conſil. 1. nu. 3. & conſi. 56. nu. 6. vol. 1.

REGVLA. D. LXXXX.

Priuilegio primo non derogat ſecunda diſpoſitio contraria, non facta eius mentione tex. in. cap. veniens. de præſcripti. per quem ita ſupponũt eſſe regulare omnes doct. in. c. 1. de reſcri. vbi vide quę dicit Feli. col. 7.

Limita ſex modis, vt per eum ibi col. 8. & ſeq. vbi quintam fallentiam reſtringit quatuor modis.

REGVLA. D. XCI.

Priuilegio dato ad aliquid faciendum renuntiare videtur contra veniens ipſi tex. in argu. in. cap. priuilegium. 11. quæſt. 3. & in. c. cũ acceſsiſſent. de conſtitu. vbi Abb. allegat tex. qui optime facit in. l. 2. C. de iure domi. impetr. & Felin. vbi plura allegat. col. 11.

Limita ſeptẽ modis, vt per eũ ibi.

ANNOTATIO

Adde Alex. conſi. 101. lib. 1. Ang. in. l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quan. ap. ſit Ancha. conſilio. 261. circa fin.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrum cum ſex limitationibus ſcripſit Deci. in. c. cũ acceſsiſſent. nume. 17. de conſti. quem vide.

REGVLA. D. XCII.

Priuilegium perditur propter mendacium. vt in. l. qui cum ſe. ff. de re iudi. & in. l. ſed hoc ita. §. fin. eo. ti. & in l. 4. §. interdum. ff. quod cum eo & in l. hæreditatem. §. fi. ff. ad leg. Fal. & in l. ſi dubitetur. §. 1. ff. de fideiuſſo. & in l. 1. C. ad Maced.

Limita tripliciter, vt per Ripam in d. l. qui cum ſe. vbi etiam alias tres limitationes ponit remiſsiue.

Primo, quando mandacium eſſet pro latum per ignorantiam pro quo refert Alex. ibi & alia fundamenta.

Secundo procedit regula quando mendacium profertur circa id quod eſt cauſa priuilegij, alias ſecus. vt eſt exemplum in. d. l. qui cum ſe & in iuribus allegatis in regula.

Tertio intellige regulam in caſib⁹ expreſsis in iure, non autem eſt facienda extẽſio ad alios caſus nõ expreſſos.

ANNOTATIO.

Adde Hierony. Gratum. conſ. 63 nu. 44. & conſi. 119. nu. 22. vol. 2. Purpur. in. l. nec pacto

tio numero.79.C.de transacti. Nicol. Bello. in.§.si plures.nu.12 insti.de fideiusso.

Hanc regulam vbi eam pluribus fundamē tis confirmat scribit Hippo.in rep.rub. ff. de fideiusso.nu.322.& à numero. 336. vsque ad numerum.345.limitat eam quatuor modis.

REGVLA. D.XCIII.

Priuilegium secundum contra primum generale, valet non facta eius mentione: siue contineat ius commune, siue aliquid vltra. ita Hosti. Ioan. Andr. Cardi. Imo. & doctor. in cap. 1. de rescriptis Domi. in cap. quoniam. 18. distinct.

Limita sex modis, vt per Feli. in. d. cap. 1. col. 3. cum princip. seq. Et ibi primam limitationem tripliciter restringit.

REGVLA. D.XCIIII.

Priuilegium in dubio pręsumitur concessum ad petitionem partis, & nō motu proprio concedentis tenent omnes doctores teste. Alex. ibi in. l. si quis iniquū. ff. quod quis. iur. in prin. moueatur p. tex. in c. si motu proprio. de pręb. lib. 6.

Limita tribus modis, vt per eundem Alexand. ibi. Et vide etiam Petr. Rauennatem in suo alphabeto aureo in verbo, Motus proprius. in litera M. vbi hoc etiam limitat tribus modis. & vide Ias. in. d. l. si quis iniquum. ff. quod quis. iur. col. 2. vbi hoc limitat quinque modis.

ANNOTATIO.

Adde Bar. & doctores in l. si quis iniquum. ff quod quisque iur. Bar. in l. 1. C. de pet. bono. sub. lib. 10. & in authen. quas actiones. 2. col. C. de sacro. eccles. Bal. in l. quod fauore. C. de legib.

REGVLA. D.XCV.

Priuilegium vel beneficium concessum in principali trahitur ad eius augmentum facit. tex. not. in. §. aliud. in authen. de æquali. do. col. 8. & ibi not. Ang. describit hanc regulam & corroborat bene Alb. Bru. in tract. de aug. & dimi. mone. fol. 111. col. 1. versi culo nona conclusio.

Limita tribus modis, vt per eundem Alb. ibi in col. 2. & seq.

REGVLA. D.XCVI.

Priuilegium alicui concessum, non debet taliter interpretari, vt per illud tollatur aliud priuilegium ei debitè competens. not. hoc Bal. Ange. Fulg. & Alex. in. l. si Rufinus. C. de testam. mili. ex tex. ibi. Ex quo inferunt quod statutum disponēs quod scholares tractentur pro ciuibus debet intelligi quo ad commodum non quo ad damnum.

Limita sex modis, vt per Iasso. ibi col. pen. & fin.

REGVLA. D.XCVII.

Priuilegium si habet effectum mōmētaneum perditur per vnum actum contrarium probat. tex. in. c. priuilegium. 11. quæst. 3. not. Bar. in. l. 2. ff. de vetera. de quo vide omnino Alex. in consilio. 193. in. 2. volu. incipien. Ex themate præmisso in pen. col. in fine & seq.

Limita octo modis, vt notabiliter per Ias. in. l. fin. col. pen. in fine. ff. de consti. princip.

ANNOTATIO.

Adde. l. 2. C. de iure domi. impetr. Abb. & doctor. in. c. cum accessissent. de consti. Bar. in l. 1. C. de his qui spon. muner. sub. lib. 1. Petr. de Ancha consi. 261. circa fin. Angel. in. l. 1. §. si quis tutor. ff. quā. appel. sit.

Hanc regulam, vltra authorem noſtrũ cũ. 6. limitationibus ſcripſit Dec. in. d. c. cum acceſſiſſent. nu. 17.

Priuilegium. vide infra in verbo ſubdito.

REGVLA. D.XCVIII.

Probatio quæ fit ex coniecturis legitimis dicitur euidens, licet expreſſe nõ appareat. text. in. l. ſi quis locuples in fin. de manu teſta. ff. & in. l. licet imperator. ff. de lega. 1. vbi Iaſ. plura iura allegat col. 1.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. vbi ſupra col. 2. nu. 13.

ANNOTATIO.

Adde tex. in. c. 2. de cogna. ſpiri. lib. 6. l quidam teſtamento, ff. de vulg. & pupil. Abb. in c. cum dilecti. 1. not. per tex. ibi, de dona. Et illud dicitur manifeſtum quod ex coniecturis apparet. c. 1. & ibi Abb. 2. not. de cenſ. tex. in c. 1. & ibi Abb. de cleri. non reſid. Et illud dicitur patêre quod conſtat per præſumptiones, ita dicit Abba in. c. ad noſtrum. vlti. not. per illum tex. de emp. & vendi. Et liquidiſſima probatio dicitur quæ efficitur ex legis præſumptione glo. not. in. l. ſi tutor. in fine & ibi Bal. C. de pericul. tutor. quam dicit valde not. & meliorem de iure Imo. in. l. quæſitum. ff. de re iudi. & in. l. in tempus. §. 1. & iterum in l. ſi ita quis hęres ff. de hæredi. inſti. & ſing eã dicit Flori. in. l. patronus. in prin. ff. de proba. & Barb. in. l. ſciendũ. col. 10. ff. de verb. oblig. & ſequuntur multi quos Tiraq. allegat in. l. ſi vnquam in verbo Donatione largitus nume. 158 C. de reuo. donati. ex quorum relatione apparet hanc eſſe communem opinionem.

REGVLA. D.XCIX.

Probatio teſtium & inſtrumentorum poteſt in iudicio renuntiari, & valet conuentio facta in iudicio, quod quis nõ poſsit probare, niſi per inſtrumentum text. in. c. de teſtibus & in. c. cum veniſſent. co. ti. quæ iura loquuntur quãtum ad teſtes. & tex. in. c. cum dilectus. de fide inſt. qui loquitur in inſtrumentis. & text. in. l. 3. C. eo. & iſtam regulam per ſupra dicta verba tradit Iaſ. in. l. iubemus. C. de iud. 2. col.

Limita dupliciter, vt per Iaſ. vbi ſupra.

ANNOTATIO.

Adde authorem & quę ibi ſcripſi in annot. ſupra in reg. 156.

REGVLA. D. C.

Probatio de iure aduerſarij nõ prodeſt agenti in beneficialibus, niſi probet de iure ſuo text. in cap. olim. de reſcrip. quem tex. ad hoc ponderauit glo. in. c. vno de eo qui. mit. poſſe. lib. 6. glo. pen. in. c. 1. & glo. verbo, Finita. in. c. 2. vt lite pend. lib. 6. & glo. verbo, debebit in. c. fin. de iureiur. lib. 6. Faciũt quę cumulat Fel. in. d. c. olim col. 5.

Limita hanc regulam quinque notandis modis vt per eum ibi col. 6.

REGVLA. D.CI.

Probatio quælibet & dictum teſtis debet de neceſsitate concludere. tex. in. l. non hoc. C. vnde cogn. & in. c. in preſentia de prob. & in. l. pen. §. docere. & ibi Bar. ff. ne quis eum qui in ius. vnde dicit Bar. in. d. l. non hoc. quod articulus & poſitio debent de neceſsitate concludere.

Amplia iſtam regulã vndecim modis, & limita alijs vndecim. vt per Iaſ. in. d. l. non hoc. 2. col. cum quinque ſequentibus.

ANNOTATIO.

Adde quæ late circa regulam hanc ſcribit Hippo.

Hippo.in rep.rub.C.de proba.nume. 350.

Probatio. vide ſupra in verbo, Apoc. & in verbo, Conſuetudo.lo.2.& in verbo,Conuentio.& infra in verbo,Qualitas.

REGVLA. D.CII.

Proceſſus factus ſuper petitorio & poſſeſſorio ſimul in caſibus in quibus non admittitur concurſus, valet parte non opponente. vt in. c.cum dilectus in ver.circa litis conteſtationem de ordine cog. & in.l.ſi mancipium. §.1.cum glo.ff.de euiction. & in.l. 2. C.commun.diui. Quæ regula confirmari poteſt ex ſcriptis per laſ. in. l. patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iu. *Vantius denull.ord.ecclesiast.assign.n.49.*

Limita quatuor modis, vt per Ripam in.l.naturaliter.§.nihil commune.in col.32.ff.de acqui.poſſeſsi.

REGVLA. D.CIII.

Proceſſus factus vigore primi reſcripti reuocati per ſecundum valet, donec per partem de ſecundo excipiatur: firmant Innocen. Compo. Butrig. Card. Imo. Domi. & Abb. in cap. cæterum de reſcrip. Quanuis Gofred. & Ioan. Andr. contra ſentiant Facit capit. Audita in fine de reſtitu. ſpoli. confirmat Felin. hanc regulam in dict. cap. cæterum col. 7. & in col. 8. infert ex ea quinque corollaria.

Amplia & extende triplicitet, limita & reſtringe nouē modis, vt per eum col. 9. vſq; ad finem per quatuor col. & in fine ſublimita vno modo dictas reſtrictiones.

REGVLA. D.CIIII.

Procuratio, ſeu viſitatio non poteſt præſcribi. text. in. c. cum ex officij. de præſcripti. text. in. c. cum inſtantia. de cenſi. & in. c. accedentes. de præſcription. tradit Specul. titu. de lega. §. ſuper. verſic. Illud quoque. Cardin. & Imo. in Clem. 1. de cenſi.

Limita ſeptem modis, vt per Felin. in dict. cap. cum ex officij. col. 4. cum trib. ſequ. Et ante eum. vt per Mariā. quem ipſe non refert in tract. de viſitatione. fol. 11. col. 4.

Primo dummodo loquamur reſpectu ſolutionis, ſecus reſpectu modi procurandi, puta quod potius procuretur in pecunia quam in victualibus & e contra Ioan. Andr. Specul. & Antoni. in varijs locis, quos referunt & ſequuntur Marian. & Feli. vbi ſupra.

Secundo limita dummodo prēſcriptio allegetur ad defraudandum viſitatorem, ſecus ſi ſolum ad damnificandum alium, puta ad hoc quod aliqua tantum pars cleri. ſubeat onus totius procurationis. ita Ioan. de Ligni. in cap. accedentes. de prēſcriptio. quē contra Abb. ibi ſequuntur. Mari. & Feli. vbi ſupra.

Tertio, niſi præſcriptio allegetur ab alio prēlato qui diceret ſe prēſcripſiſſe poteſtatem viſitandi ſubditum alterius, & etiam ab ipſo ſubdito contra prēlatum ſuum, tunc enim poterit prēſcriptio non à viſitatione tantum, verum à procuratione etiam excluſiua induci, & non ſolum à prælato extraneo verum à ſubdito ipſiuſmet epiſcopi. tex. & ibi Abb. in. 5. not. in. d. c. cum ex officij. & tenet Hoſt. in titul. de cenſibus. ver. Ex qua. Competeret tamen ex prēſcriptione hoc caſu inferiori, quando vigil eſſet in ea exercenda, ſed eo negligente poſſet ordinarius viſitare per tex. in. c. irrefragabili. in princ. de offici. ord. & ibi latè

Feli.& idem credit dicendum per illum.tex.idem Feli.vbi supra.

Quarto limita nisi allegetur tanti temporis præscriptio,cuius initij non exiſtat in cõtrarium memoria.ita Maria.vbi supra eo quod talis præscriptio tituli cõstituti,seu priuilegij vim habet, de quo asserit se latius dixisse in.c.fin.de dila.q.4.22.princi.arg.& respondit ad text.qui videbatur obstare in.cap.venerabili.de censib.tribus modis quem ad literam refert Feli.in d.c.cum ex officij vbi sequitur secundum intellectum Mariani ad.d.c.venerabili. Sed idemmet Felin.in cap. accedentes. de prescrip.tenet contra hanc limitationem motus per text.in dict.capit.cum ex officij.dicit tamen quod bene valet priuilegium super hoc,vt in.c. cum instantia.de censib. & potest probari priuilegium presumptiue per Spatium dicti temporis iuxta intellectum secundum Maria.in.d. c.venerabili.quem dicit veriorem Felin.vbi supra.

Quinto limita,nisi allegetur præscriptio super aliqua procuratione debita non respectu visitationis, sed ratione consuetudinis, seu oneris adiecti infundatione beneficij vel ex priuilegio seu compositione Imo. post. Guillel.in Clem.1.de censib. per glo. in.c accedentes.de præscriptio. & ibi Abb. qui adhuc generalius loquitur licet nimis large secundum Feli.ibi in d.c.cum ex officij.col.9.

Sexto limita , dummodo visitans velit visitare de iure communi , secus si de iure speciali,vt in consuetudine, priuilegio seu prescriptione , vt Abbas vel prælatus alius inferior , quia hoc casu bene contra eum prescribi posset.ita Imo.& Guil. in loco proximè allegato quos sequitur Maria.vbi supra & quanuis Felin.in.d.c.cum ex officij col.6. casu quo quis acquisiuit simul procurationem,& visitationem voluerit tenere contrarium, demum tandem dicit cogitandum: quia communis opinio seruatur in practica.

Septimo limita,nisi inducatur prescriptio non supra procuratione tota sed super quota quo casu valet.ita Archid.Inno. Butri. Imo. & Lap. in locis varijs relatis à Feli.vbi supra & allegans doctores tenentes cõtrarium dicit hanc limitationem posse procedere:saltem maxime quando præscriptio diminueret quotam diminutionem , quæ non esset notabilis , nec verisimiliter retardatiua visitationis quod ante eum tenuerat Mari. quem ipse non refert vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde omnino Fran.Balb.in tract. de præscrip.1.par.5.part.princi quæst.16. per totam vbi allegando Mari.Socin.& Fran. Pataui.in suis tract.de visitatione remissiue ponit easdem limitationes quas ex illis author noster mutuauit.

REGVLA. D.CV.

Procurator constitutus ad agendum,sicut non potest transigere , ita non potest facere compromissum in arbitratorem quia censetur quædam transactio.ita Bal.Salic.Paul.& moderni.in.l.transactionis.C.de transa. per tex.ibi.

Limita , nisi ex forma statuti possit litigans compelli ad compromissum : quia tunc talis procurator posset illud compromissum facere . ita restringit Iasso. motus quinque vrgentibus fundamentis in dict.l. transactionis.

ANNO

ANNOTATIO.

Adde & amplia regulam hanc vt non tantum procedat in arbitratore verum in arbitro iuris in quē procurator constitutus ad agendū compromittere non potest, hęc est communis doctorum sententia contra. Ang. ibi. vt fatentur Alcia. nume. 5. & Padilla nu. etiam. 5. in. l. transactionis. C. de transa.

Et vnicam huius regulæ limitationem cōprobat & sequitur Padilla in. d. l. transactionis nu. 6. vbi allegat alios & Petr⁹ Ducias in reg. 36 nume. 5.

Secundo, vltra authorē limita regulā, vt non procedat quādo de modico præiudicio agitur quo casu licet procuratori compromittere. ita Ang. in. l. mādato. nu. 1 ff. de procur. sequitur Deci. in. d. l. transactionis. nu. 8.

Illud tamen circa primam partem huius regulę existimo esse notandū, quod sicut procurator nō potest transigere ita nec solutionis terminū prorogare, quia huic cōuentioni trāsactio quædā inesse videtur, quod verū est etiā si is procurator ad solutionē fuerit destinatus: ex tex. eleganti in. l. qui Romæ. §. Callimacus. ff. de verb. obliga. vbi hoc not. Bar. in prin. qui tex. in quocunque ad ministratore locum habet veluti in præside tutore, vel similibus quibus minime licet solutionis tempus prorogare Bal. & Sali. in. l. pactū curatoris. C. de pact. vbi Alex nu. 6. testatur hanc opinionem esse communem & And. Tiraq. allegans alios lib. 2. de retract. conuen. in fin. nume. 18. Et procedit sane. §. ille Callimacus. etiam si procurator habeat mandatum cum libera, ita practicari & obseruari asseuerat Caro. Moli in consuet. Parisi. tit. de materia feud. §. 27. nu. 4.

REGVLA. D. CVI.

Procurator iudicialis, vel extraiudicialis non censetur reuocatus, nisi intimata sibi fuerit reuocatio. text. est in. c. ex parte decani. de rescrip. capi. mādato. de procu. tex. in. l. mādasse m. ff. manda. glo. magistra. vbi Archi. in c. si tibi dño. 63. disti. Inno. Ioā. And. & Anto. & Imo. in. c. quidā. de renū.

Amplia vno modo & limita vndecim modis, vt per Fel. in. d. c. ex parte decani. col. 3. ad finem cum. 6. seq. vbi primam limitationē ampliat quinque notandis modis, secundam limitationem sublimitat duobus casibus, quorum primum ampliat tripliciter, & limitat bis, sextam etiam limitationem sublimitat etiam duobus casibus. Item super octaua limitatione vide tu Hispane. l. 23. in prin. ti. 5. par. 3.

REGVLA. D. CVII.

Procurator ad negotia potest indistincte & quandocunque alium substituere. tex. est in. l. si procuratorem. §. si quis mandauerit. ff. mandati clarior tex. in. c. 1. §. fin. de procura. lib. 6. Iaf. in. l. 1. in finali. col. ff. de offici. procu. Cæsa. concordat. l. 19. ti. 5. par. 3.

Limita decem modis, vt per eundem Iaf. in. l. quod ius. C. de procur. 2. & fin. col.

REGVLA. D. CVIII.

Procurator constitutus ad recipiendum numerationem pecunię si in instrumento non fuit scriptum, quod recipit, sed quod fuit confessus se recepisse, non præiudicat domino: nec contra eum ex tali confessione agi potest, nisi numeratio probetur. elegans doctrina Bar. in. l. 2. §. fin. col. fin. ff. si cert. petat. quam ibi defendit & probat, & communem demonstrat Iaf. ibi & demum confirmat. numero. 20. & vide Hippo. in sing. 265. incip. Fines mandati.

Amplia hanc conclusionem vno modo, & limita tribus modis, vt per Iaff. vbi supra. nu. 21. & 22. fin. col.

ANNOTATIO.

Adde Fabian. de monte sancti Sabini in tract. de emptio. & vēd. q. 3. nu. 3. And. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 4. glo. 6. nu. 11. Anto. Capi. deci. Neapol. 16. nu. 7. & hui⁹ regulæ doctrinā

communem esse fatetur Rode. Suar. in l. post rem iudicatam. 3. q. nu. 16. fol. 162. idem etiam professus est Deci. in l. 2. §. fin. nume. 14. ff. si cert. pet. vbi vide cæteros modernos.

Primo igitur limita regulam supra scriptã, vt non procedat quando dominus iurasset in mandato se ratum habiturum quidquid per procuratorem factum esset, quia hoc casu confessio numerationis procuratoris nocet domino, quia non solum iurauit de eo quod recepit, sed de eo quod promiserit, quia promissio facti est. l. consilio §. fin. ff de cura. furio. l. 1. & ibi not. C. de vsu. ita in proposito casu consuluit Paul. de Cast. consil. 409. nu. 2. vol. 1. Iaf. sequitur in. d. l. 2. §. fin. nu. 22 quam decisionẽ ambiguam esse censet insignis doctor Antonius de Aguilera in addi. ad Rode. Suar. in. d. nu. 16. & eam non admittit Deci. in. d. §. vlti. nu 14. Et si vera esset hęc limitatio dicta verba expressa in mandato istum effectum operarẽ tur, etiam absque iuramento ita vt in hac re nullus effectus illi sit tribuendus.

Secundo limita, quando procurator habuisset mandatum non solum ad recipiẽdum, sed etiam ad cõfitendum, quia hoc casu illius cõfessio procuratoris nocet domino ita Bal. Fulg. Paul. Ang. Imo. & plures alijquos refert Iaf. in d §. fi. dicens hanc esse communem sententiam contra Bar. idẽ etiam asseuerat Deci. ibi. nume. 18. quem vide.

Tertio limita, nisi interuenisset decretum iudicis: quia hoc casu confessio procuratoris nocet domino. ita Ang. in l. 2. C. de præd. cur. lib. 10.

Quarto limita, quando procurator haberet facultatem liberandi debitorem vel componẽ di, (vt nostri loquuntur) tunc poterit confiteri & sufficit debitori soluenti illa confessio ita sing. tenet Bal. in l. non abstulit. C. de nouatio ni. quem Ang. ibi sequitur.

Quinto limita, vt hæc regula procedat quãdo procurator sit constitutus ad recipiẽdum, & exigendum pecunias à debitoribus, secus si esset generaliter constitutus ad omnia negotia domini tunc si recepisse confiteatur, nocet domino eius confessio ita Bal. in. d. l. nõ abstulit. cuius doctrinam tanquam dubiam indecisam relinquit Rod. Suar. d. loco. nu. 18.

Sexto limita, vt regula procedat in simplici procuratore, secus si haberet mandatum cum libera, quia hoc casu regula hęc locum nõ habet, & hac ratione confessio tutoris præiudicat pupillo. l. huius §. tutelę ff. de admini. tut. quia is habet liberam administrationem. l. bonorum. & ibi not. Bar. ff. de admini. tuto. Et eadem ratione confessio procuratoris & administratoris fisci præiudicat. l. 2. §. vltim. C. de euad. præ. quia habet administrationem cum libera. l. præses. C. de transa. Sed limitatio hæc vera est & procedit, in illo qui habet liberam administrationem à lege, secus in illo qui habet ab homine. ita not. ex mente aliorum doctorum declarat Caro. Rui. consilio. 140. nu. 5. vol. 1. Et ratio est, quia legis dispositio facilius extenditur quam mandatum hominis. vt latè & diligenter probat Imo in. l. si vero. §. de viro. ff. solu matri.

Et vt non detur locus opinionibus diuersis expedit, vt is qui alicuius procuratori soluit, id faciat in præsentia testium, & tabellionis qui de vera numeratione fidem faciat alias is non erit securus ex eo quod solum procurator se recepisse confiteatur, cum ex talibus verbis solum probetur confessio, nõ realis numeratio. vt per totum titulum. C. de non num. pecun. maxime per tex. iuncta glo. in. l. si ex cautione. ibi. & ita pluries ita se consuluisse testatur Rod. Suar. vbi paulo ante eum allegaui.

REGVLA. D.CIX.

Procuratoris mandatum secũdum communem sententiam potest per testes probari. vt voluit glo. in. l. maritus. C. de procura. in glo. fi. in prin. & ibi not. doct. & glo. in. c. 1. eo. tit. in glo. 1. circa prin. & hanc dicit veram & magis communem opinionem Iaf. in. l. 1. C. eo. ti. 3. col.

Limita quinque notãdis modis, vt per Iaf. in. d. col. 3. & seq.

ANNOTATIO.

Adde Azonem ad quem tanquam ad veritatis tubam Cæsarei iuris interpretes confugiunt si credimus Petro Iacobo in procemio suæ practicæ quem merito subtilissimum inter alios esse testatur Collectarius. in. c. si quis. nu. 2. de solution. quem fontem legum & vas electionis appellat Bal. in. l. contractus. C. de fide instru. Azonem inquam in summa de procur. nu. 23. Abb. nu. 5. in. cap. 1. de procura. quam doctrinam nostræ regulæ communem esse

esse testantur eam sequuti Alex.nu 14.Iacob. nu.9.Cur.nu.28.in.l 1.C.de procura.Cui cõmuni sententiæ suffragatur regia l.15.ti.5.par. 3.ibi,cum dicit.O *quando lo hiziere de palabra.* Ergo sufficit quod mandatum in scriptis redigatur,testibus de eius tenore deponentibus.& vltra supra allegatos hãc opinionem communem esse fatentur Ioan.de Imo. in Clem.1. nu 3.de procura.Dec.in.l pactum quod bona fide.nu.2.C.de pactis & in.l.vni.nu.16.C. de mand princi.Catellia.Cota in memo.iur.in verbo,Mandatum.2.

Sed præcedens regula de procuratore ad lites absque dubio intelligẽda est. Nam in procuratore ad pecunias exigendas speciali iure contrarium sancitum est, nam de eius mandato per scripturam constare oportet, neque satis esset testibus id probare propter huiꝰ negotij grauitatem.quod Bal.eleganter asseuerat in.l.fatus.nu.27.C. de fur.sequitur Barb. in addi.ad Bar.in.l.non solũ.§.qui alieno.nũ. 4.ff.de procur.Cremensis in sing.139. Alex. in d.l 1.nu.16.vbi dicit nõ habere Bal. in hoc contradicentem Suarez in.l.post rem iud catam §.quia supra visum est.nu.28.ff.de re iudi.& doctrinam Bal.communem esse fatetur nouissime insignis Antonius Padil.in.l transactionis placitum.nu.28.C.de transactioni.

Illud tamen addendum censeo, quod vsus iudiciorum iam regulam istam abiegauit, cũ procuratoris mandatum etiam ad lites per scripturam probari oporteat.quod Ioan.And.obseruauit in addi.ad Specul.tit.de procuratore. §.ratione autem formæ.in addi.incipi. testes. referunt etiam hanc foresem consuetudinem Paul.de Castro in.l.non solum.§.1.nume.6. ff.de procur.dicens istam cõsuetudinem esse optima ratione fundatam idem Paul.in.l.si procuratorem.nu.6.ff.de procura.& apud nos Grego.Lup.in.l.21.in glo.1.ante fi.ti.5.par.3.

REGVLA. D.CX.

Procurator tenetur appellare, sed non appellationem prosequi.tex. est in.l.inuitus. C. de procura.& in.c.nõ iuste eo.titu. Vide Hispane.l.3.ti.23. part.3.

Limita secundam partem huius regulæ quatuor modis,vt per Ias.in.d.l. inuitus.post prin.

Procurator.vide supra citatio.& dominus.

REGVLA. D.CXI.

Prodigus notoriè & manifestè prodigꝰ, potest cõtrahere & alienare, antequam sibi interdicatur à iudice.Ista est communis conclusio, quam ponit Ias.in.l..is cui bonis.6.col.ff.de verbo.obliga.

Limita duobꝰ modis, vt per eũ ibi.

ANNOTATIO.

Adde Petrũ Rebuff.super regias leges Galliæ in tract.de senten.proui.arti.3.glo.4.1.tomo consti.Fran.Anto.Gome.in tract.de contracti.c.14.nu.31. Quanuis cõtrariam opinionẽ quod notorie & manifeste prodigus non possit contrahere defendat Felt.in.c.si citatus in prin.de rescrip.

REGVLA. D.CXII.

Prohibitio alienationis non impedit dominij translationem, quanuis contra faciens incidat in pœnam cõuentam,vel ad interesse teneatur. Hęc est doctrina not.Bar.in.l.filius familias.§.diui.ff.de lega.1.& in.l. qui absenti.§.ff.1.de acq. poss. & est tex.secũdum Anto.ibi in.c. Raynaldus in verbo,rransferendæ in alium.de testa. Et huic regulæ rationem assignat Ias.ex qua infert duo.in.d.§.diui.col.16.

Limita tribus modis, vt per Ias. in d.diui.d.col. cum seq.media.

ANNOTATIO

Adde authorem & quæ ibi post eum scripsi supra,in reg 208.incip.Domini.

REGVLA. D.CXIII.

Promittens aliquem facere securũ, tenetur solum per stipulationem promittere, non autem dare fideiussores,

vel pignora. text. est in. l. 1. §. communes. & ibi Bar. in fine ad hoc not. ff. de prẽto. stipula. glo. in. l. si mandato Titij. §. fin. ff. mand. Specul. in titul. de empti. & vendi. §. 1. ver. sed si instrumẽto. Bal. in. l. sancim⁹. C. de verb. sig.

Limita tribus modis, vt per Ias. in l. 1. col. 2. ff. qui. sat. da. cog.

REGVLA. D.CXIIII.

Promittens simpliciter præsentare aliquẽ iudici, si semel prẽsentauit est liberatus glo. est sing. in. l. duobus reis §. si ei qui. ff. de iureiurand. in verbo, exhibuerit. quã sequitur Paul. ibi. idẽ Paul. & Alexã. in. l. fideiussor. §. in fideiussorem. ff. qui sat. coga. vbi etiam Ias. col. 2. ver. secũdo limita. sequitur eam.

Primo limita, quando promissio non esset facta contemplatione alicuius iudicij, vel litis, vt est quando familia aliquem cœpit & ego peto eum relaxari, promittens eum præsentare potestati: vel quando peto relaxari in carceratum, & promitto eum prẽsentare in iudicio. Ita limitat Ias. in. d. §. si ei qui. 2. col. secus si promissio fieret respectu alicuius iudicij, vel litis vt per eum ibi.

Secundo limita, quando esset adiectũ in promissione toties quoties, vel quandocũq; fuero requisit⁹. ita Paul. vbi supra cui Ias. assentitur in allega. 2. col.

ANNOTATIO.

Adde late circa huius regulæ materiã Hippo. in rep. rub. ff. de fideiuss. quæst. 15. nu. 138. Andr. Tiraquel. in. l. boues. 8. hoc sermone. in prin. nu. 47. ff. de verb. sig.

Et secundam limitationem quam huic regulæ constituit auctor de eo qui promisit toties quoties fuerit requisitus reum præsentare, quod in infinitum teneatur, tenet Alex. cons. 145. in princi lib. 2. Imo. Rom. & Alex. in. l. si finita. ff. de damno infecto Salic. in. l. vni. col. vlti. C. de senten. Fran. Crem. in sing. 11. & ibi Grab. Sar. eius diligens additionator. Hippo. latissime in. d. rub. d. nu. 138. & in. l. vnius. §. cogniturum. nume. 35. ff. de. qq. Carol. Mol. ad Alex. d. cons. 145. litera A. Aegid. Bossi. in delictorum tract. tit. de carcerato. fideiusso. com. nume. 35. And. Tiraq. qui alios allegat in. d. §. hoc sermone. 26. lim. nu. 5. Cui communi sententiæ suffragatur text. in. l. si ita stipulatus. à Scyo & quod ibi not. Bar. post glo. ff. de fideiusso. vbi habetur quod quotiescunque verba contrahẽtium sunt apta ad infinitatem, prout est verbum quãdocunque, vel quotiescũque, admittitur tunc infinitas, secus si verba non sunt apta. ita loquitur tex. in. l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. 3. Sic equidem opinionem istam veriorem esse de iure cẽseo. Licet Ang. in. d. l. si finita. & in. l. 2. §. exhiberi. ff. de custo. reor. censeat quod is qui sic promisit prẽsentare toties quoties, &c. bina præsentatione liberetur. quem sequitur Roma. male sibi constans in rub. ff. de arbi. col. 10. ver. Sic quid autem & consi. 15. nume. 4. & Matth. de Afflict. Neapo. decisi. 46. nu. 4.

Prorogatio vide supra in verbo, Errans.

REGVLA. D.CXV.

Protestationem nisi faciat, impeditus actum facere in termino statuto, non excusatur. not. Domi. in. c. cupiẽtes. in. §. quod si per viginti. & ibi glo. in verbo, propositæ. de elect. i. in. 6. refert Deci. in. l. in omnibus causis in col. 3. verb. Tertio quæritur. ff. de regul. iur. qui tradit bonum exemplum post Domi. vbi supra & refert hoc tenere Alex. in variis locis, & tenet hoc etiam idẽ Philip. in. c. ex ratione col. 3. de appella. loquẽdo in impedito ad prosequendam appellationem.

Limita tribus modis, vt per Fel. in cap. ex transmissa. de præscription. in col. 2. & 3. per quem vide quia optimè declarat hunc materiam, in qua fuerunt

runt opiniones & ex his quę doctores dicunt videtur res intricari, vt inquit ipse Feli. & vide Ioan. Fran. de Ripa in tra. de peste in. 2. partic. 2. par. prin. in. 6. q. vbi in ista materia refert opiniones contrarias, & tandem firmat regulam contrariam huic: videlicet quod impeditus in termino actum facere excusatur, dato quod non fuerit de impedimento protestatus, & limitat eam tripliciter.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam hanc Parisi. nu. 14. in c. ex transmissa. de præscri. Matth. de Afflictis decis. 50. nu. 3. & 5. Alex. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 9. & 27. ff. de noui oper. nun. & ibi Iaf. late nu. 2. vbi asserit plures esse authoritates, & tutius fore in praxi, vt protestatio regulariter necessaria sit, in impedimento facti declarando vt per eum ibi Boeri. decis. 40. Parisi. consi. 101. nu. 94. & cõs 34. nume. 20. lib. 1. Silu. de feudo. q. 86. in. 13. volu. tract. fol. 54. Bartho. Chassa. in consue. Burg. rub. 4. §. 20. in verbo, *Ou que ait empechement*. in prin. Mihi autem ex iuribus in hac materia loquentibus verius videtur quod dicit Alex. in. l. 2. §. quod diximus. ad fin. ff. si quis cau. vt regulariter protestatio necessaria non sit, sufficiatque impedimentum ad excusationem & ita Areti. consi. 112. lib. 1. vbi sine protestatione asseuerant excusari debitorem, qui tempore solutionis non inuenit creditorem cui solueret. ita interpretando tex. in. l. 4. in fine. ff. de leg cõmi. ibi, si non habeat cui offerat posse eũ securum, esse. idem probat Deci. cõs. 546. nu. 5. tradit Iaf. in. l. ad diem. ff. de verbo. oblig. cõtra Paul. in. l. si reus paratus. ff. de procur. & de hoc clarius per Tiraq. in tract. de retract. linag. §. 9. glo. 3. nu. 20. not. Gozad. consi. 106. nu. 8. idem not. Areti. in. l. gerit. col. 7. ff de acqui. hæredi. Et vera ratio est quia iustitia excusandi non in verbis protestantis, sed in causa impedimenti consistit, nec verba addunt vel minuunt rei veritatem. l. sicut. C. ad leg. Corne. de fal. Et in regno Franciæ opinio illa recepta est si credim⁹ Petro Rebuffo super regias leg. Gallię in tract. de excusati. nu. 52. tom. 3 cõst. & opinionem istam sequitur nouissimè Aria. Pinel. in authen. nisi tricẽnati. nu. 43. C. de boni. mat. Illud tamen asseuero quod licet protestatio non sit necessaria, vtilis tamen est vt asseuerant Inno. & Panormi. in. c. ex transmissa. de præscripti. Iaf. in. l. prosperandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. Et ea ratione contrariam opinionem istius regulę tanquam firmissimam regulam constituo. Impeditus actum facere protestari non tenetur.

Primo amplia, etiam si facto aduersarij fuerit impeditus. l. quibus diebus. in princi. ff. de condi. & dem. l. 1 §. si reus. de eo per quem factum erit quanuis contrarium teneat Peru. in c. vlti. de appel. & ibi communiter doctores tenent protestationem in hoc casu esse necessariã. & hanc opinionem sequitur Reff. in. d. loco nouissime allegato nu. 53.

Secundo amplia, etiam si impedimentum procederet ex persona impediti id est illi⁹ qui tenetur actum facere. l. 1. ex quib. cau. maio. Imo etiam si quis tracter de se exonerando, sufficit quocunque modo appareat de impedimẽto, dummodo constet quod fecisset, quod debebat nisi fuisset impeditus. ita Alex. in. d. §. si quis ipsi prætori.

Tertio amplia, etiam si impedimentũ proueniret casu fortuito. l. 2. ff. si quis cau. l. qui commeatus. ff. de re mi.

Quarto amplia, etiãsi quis facto iudicis fuerit impeditus. l. arbiter si calendis. ff. de arbi. Areti. consilio. 162. Matthæ. de Afflict. d. deci. 50. nume. 5. Licet contrariam opinionem sequantur Cardi. Alex. & Imo. in d. cap. fin. de appella. Sed ipse Areti. & aliorum sententia sequor quia vbique est eadem ratio & dummodo impedimentum probetur extra protestationem, quid opus est protestari?

Limita tamen primo regulam supra constitutam, vt non procedat quando lex requirit protestationem fieri ad declarandam voluntatem, tunc protestatio necessaria est text. in. d. c. vlti. de appella.

Secundo limita, quando ex facto suo quis vellet non solum à mora excusari, sed etiam ius nouum acquirere, in præiudicium aduersarij, vel aduersarium suum in mora constituere. l. Labeo. ff. de nau. fœno. not. Areti. dict. consi. 162.

Tertio limita quando impeditus vult facere actum coram alijs personis & in alio loco, quam coram illis, coram quibus tenebatur tunc necesse est protestari. tex. in. c. pastoralis de offici. ordin. l. vltim. C. de vsu. pupi. l.

si reus

si reus paratus.ff.de procura. Ripa in tract. de peste.3.par.quæst.6.fol. 47. Et ratio est quia cum ille actus possit fieri pro libito volūtatis, & ex necessitate,& ex diuersis causis & ad diuersos fines:ideo requiritur protestatio animi declaratoria,vt sciat, quo animo fiat & ad quē effectum. vt in.l. at si quis. §. plerique.ff. de relig.

Quarto limita,vt per Cardi consi.128. Fel. in.d.c.ex transmissa.col.4. Henrric. Bot.in tract.de synodo episcoporum.2.par.

REGVLA. D.CXVI.

Protestatio vt noceat requiritur expressus consensus eius cui fit, nec sufficit si simpliciter taceat glo.3.in cap. Cumana.de electione vbi Hostien.& Abba.not Ioan. And. in.c. in Genesi eodem ti. vbi notabi.in proposito tex. etiam non cauillando literam in.l. fi. §.itē si prædixerit.ff.nau.caupo. stab. ibi consenserunt vectores. Bar. sentit in.l.non solum.§.morte col.vlti.ff.de noui.oper.nun.

Limita quinque modis, vt notabiliter per Felin.in.c.cum M. col.15.de constitu.

ANNOTATIO.

Adde late doctores in.l. pacta nouissima.C. de pactis. Deci.vbi bene distinguit in.c.cum M.nu.23.de constituti.

REGVLA. D.CXVII.

Protestatio potest fieri etiā per tertium cuius interest:puta si Titius protestatur,tibi inhibendo ne soluas Sempronio creditori tuo. not. eleganter Bar.in.l. non solum. §. morte. col. 7. ver. Circa primum ff. de noui operis nuntia.per Bal.Ang.& Imo.in.l. hęres.la.1.ff.ad Trebeli. Bar.in.l.si à furioso.cum seq.in fine. ff. si cert.peta. Facit.l.3.C.de noua.&.l.fin.ff.de leg. commi.

Limita & declara hanc conclusionem dupliciter, vt per Feli.in.c.cum M.de consti.col.15.in fine cum prin. seq.

ANNOTATIO

Adde pro vera huius regulæ declaratione Ias.in.l.non solum.§.morte.nu 28.ff.de noui oper.nunti.

REGVLA. D.CXVIII.

Protestari non potest negotiorum gestor:sentit istam regulam Bar.in.l. non solum.§. morte. ff. de noui oper. nunt.dum dicit quod non potest denuntiare debitori Titij, cuius nomen est mihi concessum iuxta.l. nomē. C. quę res pigno.poss.&.l.4.C.de noua.

Limita tripliciter,vt per Fel.in. c. cum M.de consti.col.15.

REGVLA. D.CXIX.

Protestari procurator potest,nomine domini. Bar.in.l.nō solū.§.morte. de noui oper.nu.1.no.in.c.cum in iuuentute.de præsumpti. nec requiritur speciale mandatum secundum Bar.in l.1.iuxta prin.ff.de lib.agnoscen.& in l.de pupillo. §. cum procuratorio. ff. de noui oper.nunti. Ang.& Imo. contra glo.ibi.

Limita hāc conclusionem vno modo & sublimita altero hanc limitationem,vt per Feli,in.c.cum M. col.16. de consti.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam hanc Ias.in.l.de pupillo.§ qui procuratorio.nu.4.ff.de noui oper.nu.

REGVLA. D.CXX.

Protestatio fieri potest procuratori in casibus in quibus scientia procuratoris

curatoris nocet domino. Secundum Bar.in.l.non solum.§. morte allegat. per.l.procuratoris in prin.de tributo. probat Clem. causam.de electio.

Limita tripliciter hanc conclusionem, vt per Feli.in.c.cum M.de consti.col.16.

ANNOTATIO.

Adde Ias.in.l. non solum.§. morte.nu.33. ff.de noui operi nunti.quo loco tripliciter regulam hanc limitat.

REGVLA. D.CXXI.

Protestatio facta simpliciter, non operatur nisi in illo actu,qui tunc fit, vel postea in continenti Bar. in. d.§. morte.in prin.materię huius.& idem in .l.item.§.fin. de pact. & in.l. qui in aliena.§.fin.ff.de acqui. hæredi.& in l.Titia.§.pen.ff.de verb.oblig.& alia quę allegat Fel.in.c.cum M.col.21.de consti.vbi confirmat & infert aliqua ex hac conclusione.

Limita etiam tripliciter, vt per Fel. ibi col.alleg.cum seq.

ANNOTATIO

Adde doctores in. l. pacta nouissima.C. de pact. Imo Rom. Alex. & modernos in. l. non solum.§.morte.ff.de noui oper.nu. Quanuis regulam hanc impugnet Bal.in.d.l. pacta nouissima.& in l.item quia §.vltim.C.de pact. quem sequitur Areti.in.l.qui in aliena.§.vlti. ff.de acqui.hæredi. sed doctrinam Bar. quam noster author hic sequitur fatetur esse magis communiter approbatam Ias.in.d.§. morte nume.13.

REGVLA. D.CXXII.

Protestatio contra substantiã actus regulariter non valet. Anto. & Imo. in.d.c.cum. M. de consti. per.l. cum precario. ff.de precar.& Felin.in.d.c. cum M.col.22.cum princi.seq.ponit tria dicta notanda.

Limita tripliciter, vt per Feli.ibi.

REGVLA. D.CXXIII.

Protestatio regulariter tollitur per factum ipsi contrarium.ita communiter supponunt docto.in.d.c. cum M. & in.l.pacta nouissima.vbi Bal.C.de pact. glo.& Anto.in.c.olim de consi.

Amplia vno modo & limita eum, & limita sex notandis modis, vt per Feli.in.d.c.cum M. col. 24. cum seq.

ANNOTATIO.

Adde Matthæũ de Afflictis Neapo. decisi. 78.nume.6.Boueri. in sing.incipi. Protestatio.nume.4.

REGVLA. D.CXXIIII.

Prouisio ecclesiarum quæ subsunt plebibus, vel alijs ecclesijs inferioribus,regulariter pertinet ad episcopũ. Ita est tex.in.c.omnes. 16. quęstio.7. tex.in.c.cum venerabilis.de excepti. per quę iura ibi tenet Inno. & notant doctores.

Amplia dupliciter,& limita quinque modis,vt per Feli.ibi col. 10.cum seq.& in prin. seq. vbi optime declarat dictam regulam,& sublimitat aliquas ex dictis limitationibus.

ANNOTATIO.

Adde authorem supra in reg. 240. incipi. Episcopo pertinet.vbi eandē regulam scripsit.

REGVLA. D.CXXV.

Prouisio facta per modum dispositionis purè in vnum casum non extẽditur ad alium:quia casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.vt in.l.si extraneus.ff.de cond.ob cau.Istam regulã tradit Ias. cũ quinq;

limitatio

limitationibus recolligens dicta per Bar.in.l.Gallus.§. & quid si tantum. col.5.de libe.& post.

REGVLA. D.CXXVI.

Pupillus solus sine tutoris authoritate non potest agnoscere bonorum possessionem.text.est in.l.bonorum. C.q admitti vbi Iaſ.not. hoc ex tex. in col.2.& signat duplicem rationem.

Limita quadrupliciter, vt per eundem ibi in.d.col.2.

ANNOTATIO.

Adde Deci & modernos in.d.l.bonorum. C.qui admitti.late huius regulę materiam interpretantes.

REGVLA. D.CXXVII.

Pupillaris expressa continet tacitam vulgarem.Ita tex.in.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupilla. Bar.& cęteri in.l.2.ff.eodem titulo col.5.nu.9.

Limita quatuor modis, vt per Iaſ. in.d.l.iam hoc iure.col.3.nu.5. quarū vna fuit Bar.vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde Ferdi.Mench.de succeſſ.creat.1. part. § 24.nu.70.quo loco licet quibusdam rationibus adductis velit eam impugnare communem tandem esse fatetur.& vide Anto.Gom. 1.tomo reſo.c.3.nume.30.

Hanc regulam,vltra authorem nostrum cū quinque limitationibus scripsit Vld.zazi. in tract.de fuſſi.c.1 de vulgari.nu.23. Eandem regulam cum septem limitationibus constituit Lance.Poli.in tract. de substit.c.de vulg. substi.par.6.q.7.nu.36.cum multis sequen. qui tract.habetur.in 1.tomo tract.diuer.docto.

REGVLA. D.CXXVIII.

Pupillaris substitutio continetur tacitè sub expressa vulgari. text.in.l. quanuis.C.de impub.& alijs concordat.tex.in.l.iam hoc iure.ff. de vulg. & pupil.not.Bar.in.l.Gall⁹.§.& quid si tantum.ff.de lib.& post.& est text. de iure regio in.l.5.ti.5.par.6.

Amplia duobus modis, vt per Iaſ. in.l.1.ff.de vulg.& pupil. & in.l.iam hoc iure.col.2.eod.ti.

Limita quadrupliciter, vt per Iaſ. in.d.l.quanuis.& per eundem in.d.l. iam hoc iure.d.col.2.& eundem in.d. l.1.col.15.nume.60.vbi tripliciter limitat.

ANNOTATIO.

Adde Decium & modernos in.l. quanuis. C.de impub.& alijs.Viglium in prin.insti.de pupil.substi.nu.16.Ferd.Mench.de succesſio. creati.1.par.lib.3 §.24.nu.6.

REGVLA. D.CXXIX.

Pupillaris tacita, comprehensa sub expressa vulgari nō excludit matrem. ita Iaſ.in.l.precib⁹. C.de imp.& alijs. col.4.nu.7. vbi allegat quamplures doctores & dicit quod ista est communis opinio.& idem tenet Ang.de quo fuit immemor Iaſ.in prin.insti. de pupilla substi.col.4.

Fallit quatuor modis, & quatuor casibus de quibus per Ang.vbi supra.

Adde tu & quintam fallętiam, quā ponit Iaſ.vbi supra, quæ diuersa est à quatuor positis per Ang.vbi supra.puta quando pia causa esset substituta.

ANNOTATIO.

Adde.Anto.Gome.in.1.tomo de vlti.vol.c. 4.nu.8.& huius regulæ doctrinam communem esse testantur Cur. Iuni.in.l. precibus. nu.26.vbi.Deci.nu.11.vbi etiā Corasi. Vigli. in prin.insti.de pupil.substi.nu.16. Soci.in.l. 2.col.9.vbi Iaſ.nu.32.post Alex.ff. de substi. vulg.& pupil.Lance.Poli. in tract. substi. de vulga.par.6.q.7.nu.35.quo loco licet argumē

ta

ta quædam in contrarium adducat tandem dicit quod ista regula summa suadetur æquitate, & quod nedum imperitos sed impios eos iudicaret, qui contrariam opinionem non solum probare, sed attentare ausi fuerint, & ea ratione doctrina nostræ regulæ tanquam vera & communis tenenda est: quidquid in contrariũ tenuerit Ferdi. Mench. de succesi. creati. 1. par. lib. 3. §. 24. nu. 67.

REGVLA. D.CXXX.

Pupillaris substitutio comprehensa sub breuiloqua, matrem excludit. tenet Bar. in l. precibus. 2. col. C. de impu. & alijs quod dicit ibi ab omnibus teneri Ias. col. ante p.

Limita sing. per eundem Ias. ibi, quando talis breuiloqua esset facta verbis negatiuis conuenientibus sub. vulgari. de quo per eum.

ANNOTATIO.

Adde Decium in l. in testamentò. C. de testam. mil. & in l. precibus. nu. 26. C. de imp. & alijs. vbi constituit hanc regulam cum eadẽ limitatione quam equidem limitationem licet communem esse fateatur, tamen eam impugnat.

De litera. Q.

REGVLA. D.CXXXI.

QVadrimestre tempus debet assignari de iure communi condemnatis ad soluendum post sententiam & in l. 2. & in l. fin. in prin. C. de execu. rei iudi. probatur in. c. quo ad consultationem. de re iudi. & not. Bal. in l. executore. C. de execu. rei iudi.

Limita quatuor modis, vt per Ias. in l. si arrogator. ff. de adopti. col. fin. qui de alijs limitationibus se remittit.

ANNOTATIO.

Adde Abb. & doctores in. c. quo ad consultationem. vbi Feli. nu. 8. & seq. de re iudi.

REGVLA. D.CXXXII.

Qualitas certa vbicunque requiritur in personis adhibitis aliquo certo limitato tempore, debet præcise probari, quod illa qualitas tempore limitato interuenerit: & non sufficeret probare quod interuenerit ante illud tempus, vel post. Notant hoc Bar. & Bal. ex illo tex. in l. 1. C. de testamen. quos refert Ias. ibi in. 2. not. per supra verba licet Bald. non ponat sic istud notabile pro vt à Ias. refertur pro quo dicit facere tex. in l. ad testium. §. 1. ff. de testa.

Limita notabiliter, per tex. in. cap. proposuit. de cleri. excõ. minis. quem dicit sing. Fran. Areti. consi. 51. circa prin. ad hoc quod vbi requiritur certa & determinata tẽporis probatio proforma, illa qualitas probatur inesse eo tempore præsumptiue probãdo quod olim inerat: quod dicit ex illo text. not. Innoc. & Antoni. licet Bal. aliter dicat in l. siue possidetis. C. de proba. Et istam limitationem descripsit Ias. vbi supra, quam libuit transcribere, quia potest de magistrali doctrina deseruire.

REGVLA. D.CXXXIII.

Quantitas quando legatur vt certum corpus existens in aliquo loco, tunc non iudicatur vt quantitas, sed vt species tex. in l. talis scriptura. ver. pe. ff. de leg. 1. vbi Bar. & Ias. dicunt aliqua in materia, in l. sed & si certos. ff. eod. titul.

Limita dupliciter hanc regulam, vt per Ias. in. d. l. sed & si certos quam legit

legit ſub.§.ſi numerus.l. ſi ſeruus plurium quæ precedit.

REGVLA. D.CXXXIIII.

Querela inofficioſi teſtaméti cõpetit contra teſtamentum fratris inſtituẽtis turpem vel vilem perſonam tex.in.l. fratres vel ſorores. C. de inoffici.teſtam.concordat.l. fratris. C. eod.&.l.1.ff.eod.&.§ foror.inſti.eod. Et vide tu Hiſpane.l.2.ti.8.par.6.

Amplia quatuor modis, vt per Iaſ. in.d.l.fratris.1.col. & limita aliis decem, vt per eundem ibi col. 3. & ſeq. vide.l.3.titu.8.par.6.vbi ponitur vnica limitatio ad regulam.

ANNOTATIO.

Adde ômnino Roder. Suar. in. l. quoniam in prioribus.in prin.nu.12.C. de teſta.

Hanc regulam conſtituit Ferdi. Mench.de ſucceſſi.crea.lib.1.part.1. vbi à numero.568. vſque ad nu.595.ampliat eam.23. modis. & à numero.596.vſque ad numerum.607.limitat eam.12.modis.

REGVLA. D.CXXXV.

Querela etiam non prẽparata,trãſmittitur ad liberos regula eſt quę colligitur ex tex.in.l.ſi quis filium. C.de inoffici.teſta.not.glo.in. l. cum mota in glo.1.C.de tranſa.

Limita primo, vt non procedat quando tractatur de hẽreditate aſcendentis,ſecus in querela trãſuerſalium quę competit fratri.quia iſta nõ prẽparata non tranſmittitur. Ita limitãt Petrus & Ang.in.l.ſcimus.§.ſi. C. de inoffici.teſt.& Paul.de Caſtro in.d.l. ſi quis filium. & ſequitur ibi Iaſ. in .1. col. qui ponit rationem diuerſitatis: & ſequitur eam doctor del Caſtillo in loco infra allegando in fallentia ſecunda,quam ponit ad iſtam regulam.

Secundo limita, in aſcendentibus exhẽredatis qui nõ tranſmittũt querelam nõ prẽparatam.ita limitat Iaſ. in.d.1. col. quem etiam refert dictus doctor del Caſtillo in.l. Tauri.24.in glo.Se *rompiere*.in.7.col.illius glo.1.limi.ad iſtam regulam.

Tertio limita, niſi hæres ſcriptus adiuiſſet hæreditatem. ſic filius potuiſſet præparare querelam:quia tunc eam non præparatam non tranſmittit hodie ſicut nec olim.ita limitat Sali.in.l.cum mota.2.oppo.C. de tranſacti.quẽ ſequitur ibi Iaſ.4. col. quaſi in fine & vide eundem in. d. l. ſi quis filium.d. 1.col.

Quarto limita, vt ſolum procedat quo ad liberos,ſecº quo ad extraneos ita Iaſ.d.1.col.referendo Bal. quę limitatio clarè procedit ex verbo, regulæ liberos.

Quinto limita, quando tales liberi ſunt ſui aliàs ſecus. glo. eſt ſingularis in.l.ſi quis affirmauerit. in verbo, hæredes.ff.de dol. Contrarium tenẽt Sali.in.d.l.cum mota.2.oppo. cui videtur aſſentiri Iaſ. in. d.l.ſi quis filiũ. in.2.col. qui eius opinionem fundamento confirmat, & hoc firmat apertius idem Iaſ.in.d.l. cum mota.4.col. Quanuis Rayn.& Alb. cõtra teneãt.

Sexto limita, quando tales liberi ſunt hęredes filij exhęredati, aliàs ſecus.ita Paul.in.d.l.ſi quis filium & ſequitur ibi. Iaſ.2.col.

Septimo limita, actiue nõ paſsiue. ita limitat.d. doctor del Caſtillo. vbi ſupra in.3.lim.ad iſtam regulam referens Iaſ.in. d. l. ſi hæredem. C. de in offi.teſta.dicens quod ille ſolus not. hoc ibi.

ANNOTATIO.

Adde circa huius regulæ materiam Antonium Padilla poſt alios maximè modernos in l.cum

l.cum mota C.de transacti.& Antoni.Gome. in.1.tomo vari.resolu.c.11.nu.17.

REGVLA. D.CXXXVI.

Quęstionem siue torturam debent præcedere octo. Primum quod constet delictum esse commissum. Secundum quod præcedant indicia. Tertium quod detur ipsi reo copia indiciorum,cum termino competenti ad purgandum ea. Quartum quod non sint alię probationes. Quintum quod accusator petat à iudice,vt ponatur reus ad torturam, alias non requirente iudex non potest,nec debet ipsum ponere ad torturam. Sextum quod sit lis contestata & nomen rei sit receptum inter reos. Septimum quod ipse iudex & non notarius vel alius examinauerit testes indiciorum. Octauum quod ipsi reo si minor est detur curator. quæ omnia latè ponit Hippol.in l.1.in.2.col.cũ tribus seq ff.de quæst.

Limita supra dicta tribus modis,vt per eundem Hippo.ibi.col.13.& seq. sub dubio fortè.

Primo,quando ageretur, seu procederetur contra insignem furem, vel malefactorem: quia contra tales iura non adhibent tantam solennitatem sicut contra alios.

Secundo,quando procederetur cõtra hominem malę conditionis & famę, quia tali non est danda copia indiciorum.

Tertio,in criminibus enormibus, in quibus cessant solennitates iuris allegationes & fundamenta harũ limitationum.vide per te in.d.col.8. & seq.

ANNOTATIO.

Adde latissime materiam huius regulæ interpretantem Petrum Fel.in pract.crimi.in part.3.si confitebuntur.ver tertio loco in.3. par.3.par.prin.vbi scribit.30.requisita ad hoc vt ex confessione facta in tortura quis possit condemnari,quem vide.

De litera. R.

REGVLA. D.CXXXVII.

RAtificatio vt valeat, debet fieri intra id tempus,infra quod actus qui debet ratificari fieri potuisset. ꝓbat tex. in.l.bonorum.ff.rẽ rat.hab.& in.l.1.ff. de appella.recipi. not,etiam Aretin.in consi.122.incipi. in causa quæ vertitur.in col.2.qui refert Bal.in authen.hodie.C.de appel. in fine probat glo.sing.ex qua colliges exemplum in.c.vt circa de electione in.6.in verbo, adhærentes. quam commendant idem Aretin. vbi hanc conclusionem tenet in.l.Pantonius.in col.4.ff.de acqui.hęredi.

Limita hanc regulam sex modis,vt per Philipp.in.dict.l.semper qui non prohibet.ff.de regul.iu.in. col. fin. Et nota quod Ioan. Crotus in rep.l. si is qui pro emptore.ff de vsuc. pro emp. in col.13.& 14.ponit quandam regulam sub his verbis, videlicet: Fictio translatiua nõ procedit,nisi ambo extrema sint habilia, videlicet extremũ à quo & extremum ad quod. pro qua allegat Cyn.post Iacob. & Petrum in l.fin.C.de sentẽ.pass.& tex.in.d.l.bonorum.ff.rem rat.hab.& limitat eam decem modis quã nolui tanquã principalem regulam, per se describere: quia etsi generalior ista, in effectu tamen & in fundamento.d.l.bonorum. videtur esse idem.

ANNOTATIO.

Adde tex in l.vlti.ff si quis ord in bonor. posse.ser.tex in.c.non solent in princ. iuncta glo.in verbo mox.2.q 6.glo.in.c. ratihabitionẽ statim post prin.vbi Dyn.& Guil.à mõte

Laud de reg iur.lib.6.glo.in.c.quam sit in verbo,petere.in fine & ibi Ioan. Monach. Ioan. Andr.Petr.de Ancha. Domi. de electi. lib.6. glo.in c.cupientes.§.quod si per viginti.in verbo,propositam.eo.tit. & plures doctores qui huius regulæ doctrinam sunt sequuti eam examinantes refert And. Tiraq. lib. 1. de retract. linagur.§.1.glo.10.nu.85.

Hanc etiam regulam, vltra authorem nostrum cum sex limitationibus scripsit Deci, in.l.bonorum.nu.27.C.qui admitti.

REGVLA. D.CXXXVIII.

Rebannitus potest impune occidi donec actualiter sit cancellatus propter probabilem ignorantiam. Ita firmat Ias. referendo Bald. Paul. & Alber. in diuer. locis in.l.si creditoris.1. col.C.de fideicom.

Limita tripliciter, vt per eundem Ias.ibi.

ANNOTATIO.

Adde Nel.de sanct.Gemi.in tract. de bannitis,1.par.3.temporis in.2.q. quo loco huius regulæ materiam resoluit.

REGVLA. D.CXXXIX.

Recedere à propria significatione verborum legis vel statuti non est licitum tex.est in.l.1.§.is qui nauem.ff. de exerci.probat text.in.l.non aliter. ff. de leg.3.ponit Bar.in.l.non dubiũ. 2.col. C.de leg.

Limita istam regulam septem modis, vt per Ias.in.d.l.non dubium.10. col.& seq.quas in summa transcribere libuit.

Primo,nisi mons legis,vel statuti aliud suadeat.& hęc limitatio est Bar. in.d.l.non dubium.

Secundo,quando statutum est fauorabile, quia extenditur ad casum, qui large & improprie continetur: quam examinat Ias.ibi.

Tertio vbicũq; tractatur de fauore publico:puta vt delicta puniãtur,quia tũc statutũ trahit ad casũ impropriũ.

Quarto propter qualitatem personæ ad quam verba referuntur, quia tunc recedimus à proprietate vocabuli,& intelligimus etiam in casu impropriſsimo.

Quinto causa honestatis seruãdæ.

Sexto fallit,quia ratio iuncta facit recedere à proprio significatu verborum antecedentium.

Septimo,quia quandoque trahũtur verba ad improprium significatum vt aliquid operentur.

ANNOTATIO.

Adde circa materiam huius regulę Hippo. in sing.510.Nicol.Euer. in locis lega. in loco à subiecta materia.Geor.Nata.in Clemen. Sępe.in prin.col.2.ver.Quarto limitatur.de ver. sig.And.Alci.li.3.de verb.significa.stim.post prin.Tiraq.in.l.si vnquam.in verbo,Reuertatur.nu.37.C.de reuoc.dona.

REGVLA. D.CXL.

Relatiuũ quis vel qui iunctũ verbo futuri tẽporis inducit conditionẽ tex. in.l.si debitor.§. verisimile. vbi Bar. ad hoc not.ff.de cõtr.empti. l. nuper. ver. fin.ff.de leg.3.text.in.l. Stichum qui meus erit.ff.de leg.1.vbi Ias.1.col. ponit rationem.

Amplia quinque & limita duplici ter,vt per eũ ibi.d.col.1.cũ seq.media.

ANNOTATIO

Adde circa regulam istam. Bar.in.l.1. ff. de condi.& demon.doctores.in.l.pe.C.de insti. & substi & Caro.Ruin.cons.74.nu.8. vol.2. Hiero.Gra.cons.77.nu.2.vol.1.

REGVLA. D.CXLI.

Relatiuum quis vel qui iunctũ antecedenti sine copula stat restrictiue tex.in.l.ea tamen adiectio.ff. de lega. 3.de quo per Bar. in.l. omnes populi.

1.col.

1.col.ff. de iusti. & iure per Bal.in.l. prȩcipimus.in princi.de appel.C.per Ang.in.l.§.ius autem ciuile.in princ. insti. de iure natur.

Amplia semel & restringe sex modis,vt per Ias.in.l.cunctos populos in prin.1.lecturæ.C.de summa Trini. & fide.ca.latius per eundem in cad.lege in.2.lect.in.1.&.2.col. vbi rescripsit easdem limitationes.

ANNOTATIO.

Adde Ias.nume.24.& ibi modernos in §. omnium insti.de acti.Carol.Rui. consilio.188. nume.8.vol.2.

REGVLA. D.CXLII.

Remissio in ciuilibus non habet locum.vt nota. Bar.in.l. hæres.absens. §.1.ff.de iudi. qui dicit de hoc esse casum hodie.in cap.Romana.§. contrahentes.de foro compe.in.6.& tenent docto.in.d.§.contrahentes.idem Bar. in.l.sicut.§.fin.ff.de accusa. & est magis communis conclusio. vt firmat Marian.in cap.dilecti.col.22. de foro compe.ver. Sed circa tertium articulum. nota. Iasso.in.l.1.4.not. post Alberic. & alios. ff. de eo quod cer.loco.

Primo fallit, nisi contrahens renuntiaret priuilegio fori, quia tũc fit remissio glo.est sing.in.l.1. in verbo, pro non dato. ff. si quis in ius voca. non ier.quam ibi sequitur Bar.in.d. l.hæres absens.in.d.§.1.eam dicit non alibi Bal.in.l.cum Archimedoram in col.1.ver.quȩro de fideiussoribus. C. vt in posse.lega.& per illam gloss.ita limitat Raman.in sing.279.incip.Regula est quam etiam sequitur & dicit perpetuo mentitenendam Abb.in.c. fin.col.22.de foro comp.& per illam glo.licet corrupte alleget.ita limitat Socin.in reg.336.incip. Remissio.in 1.fallen. & Barba. in cap. fin. col. 19. de foro comp.& Felin.in.d.c.fin.col. 12.ver. Tertio fallit.quem vide quia facit duas considerationes circa istam fallentiam.& illa gloss. communiter tenetur secundum Alexan.ibi in col. penult.quasi in fine & eam dicit sing. ad hoc Iasso.in dict.l.1.in.2.col.ff. de eo quod cer. loco qui de eius veritate se remittit ad dicta per eum super eadem gloss. & per illam gloss.ita limitat Petrus de Rauena in suo alphabeto aure.in litera R.in parte Remissio.vbi eam etiam dicit sing.Licet Angel.ibi & in dict.l. hęres. §.1. eam reprobet,cuius opinionem dicebat fortè meliorem Mari. vbi supra qui sublimitat hanc fallentiam, vt ibi per eum. Ex quibus habes bene ornatam hanc primam fallentiam quam satis succinte de scripsit Soci.in loco supra allegato.

Secundo fallit, quando quis iurat seruare promissa:quia tũc virtute isti⁹ iuramenti fiet remissio.ita limitat Soci.vbi supra.in.2. fallentia & allegat Bar.& Bal.in.d.l. cum Archimedorã sed neuter eorũ hoc dicit. Ideo aduerte quod hanc fallentiam posuit genitor suus doctor celebertimus Mari.in d.c.dilecti.col.23.ver. Octauo fallit. cuius litera est corrupta & allegat solum tex.in authẽ.ei qui.C.de boni autho.iudi.possi.& posuit ante eum Roma.in.d.sing.279. vbi tenet quod dicta regula fallit,vbi contrahentes iurarunt se litigaturos in loco cõtractus posuit etiam Barba.in.d. c.fin.de foro cõp.col.19.qui allegat Ang.in.d.l.hę res absens §.si quis tutelam. & remittit se de hoc ponit etiam Felin.in.d. c. fi.col.13.circa prin.ver.quinto fallit. qui refert Ang.hoc tenere in.§.si vero etiam. in authen.de exhib.reis & de-

fendit eam optima ratione à Cardi. qui videbatur tenere contrarium vide Iaſ. in allega. l. 1. & in. d. 2. col. in 1. limi. ad iſtam reg. vbi dicit eam limitandam quãdo debitor promiſiſſet ſoluere certo loco, & iuraſſet, nam virtute iuramenti eſt remittẽdus ad locum deſtinatæ ſolutionis. allegat ſolũ tex. in. d. §. ſi vero etiam. & ſequitur hoc Marcu. Anto. in tract. de virtu. iura. in. 40. effectu & habetur ille tractatus in. 3. vol. tractatuum.

Tertio fallit, quando quis promiſit ſe repręſentare in certo loco tenet Bal. in. l. cum Archimedoram. C. vt in poſſeſſi. leg. & ponit Socin. vbi ſupra in. 3. fallent. & Iaſ. vbi ſupra in. 4. fallen. adde Felin. qui idem ſequitur in. d. c. fin. col. 13. ver. Quarto fallit. & ſecundum hanc fallentiam ſuperflua eſt quarta fallentia Soci. cum ſecundum eam iuramẽtum nihil adderet: cum ſola promiſsio de repręſentando ſe operaretur remiſsionem.

Quarto fallit quando eſſet debitor fiſcalis per tex. in. l. 2. C. vbi de crimi. agi. opor. qua lege motus ita reſtringit Soci. vbi ſupra. in. 5. fall. Aduerte tamen quia allegat corrupte, & lex illa nihil facit, ſed deberet allegare. l. fi. C. vbi de ratioti. agi opor. & l. fin. C. vbi de cur. vel cohor. & ita allegat genitor ſuus Mari. in. d. c. dilecti. de foro comp. col. 23. ver. Quinto fallit. vbi etiam hanc fallentiam deſcripſit.

Quinto fallit, in cauſa ſtatus, quãdo exiſtens in quaſi poſſeſsione ſeruitutis aufugit ad alium locum, & ibi vendicat ſe in libertatem: debet enim remitti ad locum vnde aufugit. & ita reſtringit Marian. in dict. col. 23. ver. Quarto fallit referendo Cyn. in. l. 1. & 2. C. vbi de ratioti. & Bal. & Ang. in dict. l. hęres abſens tenet etiam filius ſuus in alleg. reg. in. 6. fal. ponit etiam Barb. in. d. cap. fin. col. 19. ver. Quinto limita. de foro comp.

Sexto fallit, ſi agitur de conditione perſonę quæ dicitur aſtricta alicui corpori, vel collegio à quo aufugit. Ita Marian. in dict. col. 23. ver. Sexto fallit. per leg. 2. C. vbi decuri. vel cohor. refert Angel. in dict. l. hæres. §. 1. ponit etiam filius ſuus in allega. reg. in fallen. pen. cuius litera eſt corrupta & ponit Barb. in. d. col. 19. ver. Sexto limita.

Septimo fallit, quando quis turpiter ſe occultat, ſiue habeat bona ſiue non. tenent Bar. in. l. hæredes. §. 1. & vide Marian. in dict. col. 23. ver. Secundo fallit. deſcripſit etiam Felin. in d. c. fin. de foro comp. col. 13. ver. Septimo fallit.

Octauo fallit, quando reus latitat in alia prouincia, & in loco contractus vel quaſi non poſsidet bona. Ita Bar. in. d. l. hæres. §. 1. qui ponit hanc limitationem diſtinctam à præcedenti licet Marian. loco proxime allegato vtramque limitationem in vnam ſolam congeſſerit, quod eſt contra mẽtem Bar. idem etiam videtur velle filius ſuus veſtigia patris ſequẽdo, dum in dict. reg. in vlti. fallent. refert Bar. & hanc fallentiam ponit Barba. in. d. cap. fin. col. 19. ver. Septimo limita. qui dicit, quod prædictis duobus concurrentibus fit remiſsio, allegãdo Bar. vbi ſupra.

Nono fallit, quando agitur de reddenda adminiſtratione, quia tunc debet quis remitti ad locum vbi adminiſtrauit. ita limitat Mari. in. d. 23. col. ver. Tertio fallit. per. l. 1. & 2. C. vbi de ratio. agi. opor. & per gloſſ. ibi. & ita dicit tenere Antoni. in. d. cap. fin. de foro. comp. vbi ita tenet Bar. col. 19. cuius additionem vide, quia ſe remittit

remittit de declaratione & ponit etiã ibi Feli.in.col.12.ver Fallit primo.

Decimo fallit,propter nimiam contumaciam. ita tenet Mari. vbi supra ver.Septimo fallit.vbi dicit quod tũc reus potest personaliter capi,& ad iudicem duci,referendo Bal.in.l.cõsentaneum.C.quom.& quando iudex.in 8.not.vbi hoc tenet per tex.ibi quem ad hoc dicit non alibi cuius additionẽ vide & ponit etiam Barb.in.d.col.16. ver.Tertio limita.& posuit ante eos Roma.in.d.sing.279.in.3.fallen.allegat.d.l.cõsentaneum & Bal. ibi quod dicit pulchrum.

Vndecimo fallit, in vagabundo, quia potest vbilibet conueniri. ita limitat Feli.in.d.c.fi.col.12.ver.Secundo fallit. vbi ad hoc refert Sali.quod tamen relinquit cogitandum, quia ex eo quod possit vbi quilibet conueniri, non probatur quod sit remittẽdus: & in materia quis dicatur vagabundus,& vbi sortiatur forum. vide nota.per Mari.in.d.c.fin.20.col. de foro comp.ver.Primo igitur quæro, & per totam col.seq.

Duodecimo fallit, nisi quis esset obligatus per instrumentum confessionatum: quia tunc habet locum remissio.ita dicit solus Barb.in.d.c.fin. in.d.col.19.ver.Octauo limita.motus ex eo quod not.Bal.in.l.1.C.de sentẽ. quę pro eo quod interest prof.vbi secũdum eum dicit quod obligatus per instrumentum confessionatum tenetur præcise.

Decimo tertio fallit,in casu tex.in §.necessitatem.in authen.vt indi. sine quo.suffra.secũdum Ioan. And.in.d. §.contrahentes.quem refert Mari, sic limitans hanc regul.in.d.col.23. ver. Nono fallit.

Decimo quarto fallit, quando lis esset inchoata in loco destinatæ solutionis,quia tunc etiam in ciuilib⁹ causis fit remissio personalis,ad locum iudicij inchoati.tex.in.l.cõsentaneum. C.quomo.& quãdo iud.quem ad hoc not. ibi Bal.in.7.not.& dicit quod ille tex.est ad hoc sing. necest alibi in iure vt refert Ias,qui ita limitat hanc regulam.in.d.l.1.col.2. ff. de eo quod cer.lo.in.2.limi.

Decimo quinto fallit,quando debitor promisisset soluere in aliquo loco, & certo & limitato tempore, vt fingatur per dolũ abesse. ita limitat Ias. in.d.col.2.in quinta limi.ad istã reg. referendo Inno.in.c.si aduersarius.de eo qui mitti.in poss. Bal.in.c.1.col.4: de mili.vasa.qui cõtumax est in vsib. feud.

Et aduerte quod Ioã.Frã.de Ripa in c.1.de iudi.col.29.colligit ex dictis p Abb.ibi regulã quę talis est. Promissor non potest conueniri in loco destinatæ solutionis, nisi ibi reperiatur. Ampliat quinque modis,& limitat alijs duodecim limitationibus, quæ omnes fere sunt ex supra dictis & quia illa regula est similis in materia huic, ideo nolui illam per se ponere.

ANNOTATIO.

Adde circa primã huius regulę limitationẽ Antoni.Card.Abb.nu.18.& 22. Deci.nu.23. Rip.nu.65.Aug. Bero.nu.196. Alci.nu.52. in c.1.de iudi.Cur.iuni.in.l.1.ff.si quis in ius voca. nõ ierit quã esse cõmunem sententiã fatetur D.Epise.Couar.in pract. quæst.c.10.nu.5.

Secũdam limitationẽ sequuntur Cur.Iuni post alios.in d.l.1.Ripa.nu.66.& Aug.Bero.nu.196.in.d.c.1.de iudi.& esse communiter approbatam fatetur D.episcopus. d. nu.5. quam dicit caute intelligendam, vt admittenda non sit quoties contractus iuramento præstito fuerit confirmatus,nec iuramentum accesserit promissioni factæ de respondendo & litigando apud iudicem illius loci in quo quis contraxit.

Tertiam limitationem sequũtur Ias.in.l.si

conuenerit.nume.41.ff.de iurisd.omni.iudi. Cur.Iuni. in.l.1.nu.9.ff si quis in ius voca. uõ ierit Deci. nu.23.& Ripa.nu.66.in.d.c.1.

Octauam limitationem nõ recipiunt Paul. de Cath.o.Ang.Iacobi.& Lancelo.in.l.hæres absens §.1.ff.de iudi. & hos sequitur Couar. in.d nume.5.

Nonam vero limitationem solum videtur admittere Imo.consil.35.nu.3. quando agitur de reddenda administratione publica non vero priuata quia in ea ex eo locum non esse remissioni censet quòd remissio tanquam a regulis iuris exorbitans sit restringenda. Sed domi.episcopus in.d.c.10.nume.4.licet Imo.nõ alleget, asserit tamen, communi omnium doctorum suffragio receptum esse, tam in publico quam in priuato administratore locũ esse remissioni ad eum locum vbi administratio facta fuit & opinionem istam praxis obseruat.

Decimam limitationem impugnat Lãcel. Deci.in.d.l hæres absens § Ripa in.d.c.1.nu. 66.de iudi.domi.episco.in.d.nu.4.

Decimam quintam limitationem sequitur Iaſ.in.d.l.si conuenerit.nu.42.Deci. & Ripa in.d.c.1.de iudi.& ibi Alci.nume.51.Cur. Iuni.in.d.l.1.nu.10.

REGVLA. D.CXLIII.

Rescriptum impetratum tacens de sententia quæ transiuit in rem iudicatam est subreptitium. bonus text.in c.exposita.de arbi.& ibi doct. glo.in c.super literis.de rescrip.

Amplia vno modo, & limita dupliciter, vt per Feli.ibi.8.col.

ANNOTATIO.

Adde omnino Alex.de Imo.conſ.94.nu. 2.vol.2.

Hanc regulam, vltra authorem nostrum cum duabus limitationibus scripsit Deci.in c.super literis.nu.10.de rescrip.

REGVLA. D.CXLIIII.

Rescriptum non valet, vbi lex canonica vel ciuilis habet clausulam derogatoriam ad rescripta: nisi faciat mentionem de illa lege specialiter, vel saltem per verba equipollentia istam regulam colligit Feli.in.c. nonnulli. de rescrip.col.3. vbi allegat doctores sic tenentes & iura quæ sic debent intelligi secundum eum.

Amplia sex modis, & limita quadrupliciter, vt per eum ibi col.5. & quatuor seq.vbi latissime.

REGVLA. D.CXLV.

Rescriptum secundum tacens de primo, nõ est nullum sed exceptionis ope annullandum. communis est regula secundum Felin.in.c. cæterum. de rescrip.& ab omnibus doctoribus approbata excepto And. Siculo cuius motiuis satisfacit Felin.vbi supra col. 5. vbi etiam confirmat communem conclusionem.

Limita dupliciter, vt p eũ ibi col.6.

ANNOTATIO.

Adde text.in.c. plerunque.de rescrip. vbi secundum rescriptum impetratum non facta mentione primi habet effectum data negligentia primi impetrantis per annum ergo secundum valet, quia si nullum, non potuisset reconualescere vt in.c.non firmatur de regu. iur.lib.6. Et doctrinam huius regulæ communem esse testatur Deci.in.c.cæterum. nu.5. de rescrip.

Hanc regulam, vltra authorem nostrũ cum duabus limitationibus scripsit Deci.in.d.c.cæterum.d.nume.5.

REGVLA. D.CXLVI.

Rescriptum non vitiatur falsa latinitate text.in cap. ad audientiam. de rescrip.

Amplia quinque modis, & limita vndecim. vt ibi per Feli.

REGVLA. D.CXLVII.

Rescripto potest impetrator renuntiare, inuito aduersario, communior

nior est conclusio in hac parte secundum Felin.in rub.de rescrip.col.2.allegat Bal.in.l.2.C.vt lite pen. Mari. in.c.fin.3.col.de crimi.fal.

Ampliat vno modo,& limita quinque casibus, vt per Felin.ibi quos restringit vno casu vide per eum.

REGVLA. D.CXLVIII.

Rescriptum contra legem etiã non habentem derogatoriam clausulam, non valet.ita regulariter esse præsupponunt Ioan.And.Anch.& Domi.in c.vno.de excessi.prela.li.6 bona glo. verbo,noscãt.in.c.1. de consti. lib.6. tenent Abb.in.c.nonnulli.de rescrip. vbi Feli. aliqua dicit circa hanc conclusionem & allegat Old.in cõs.336. cum sequen. vsque ad finem vbi loquitur copiose de hoc.

Ampliat dupliciter, & limita nouẽ modis,vt per Felin.ibi.col.10.per.12. seq vbi sublimitat aliquas ex dictis limitationibus, & ponit plura notãda.

ANNOTATIO.

Adde tex.in l.nec dãmnosa.C. de precib. Imp.offer.ibi.*Nec damnosa fisco nec iuri cõtrario postulari oportet* i rescripta.C.cod.quæ est canonizata i.c.rescripta.25.q.2.& vide regi. l.29.& 30.tit.18 par.3.& l.2 ti.12.lib.3.ordi. ibi, *Que si en nuestras cartas mandaremos algunas cosas que sean contra lo, o fuero, o derecho que la tal carta sea obedescida y no cumplida*: & idem disponitur in.l.1 illius tituli vbi notauit dominus noster D.Perez in verbo, *por importunidad*.& vide latius Felin.in.c.si quando. col.1.& in.c.quærenti.col.3.nume.6.de off.d. deleg.Gom.in.c.1.nume 193.de consti.lib.6. Hippo. in.l.1.§.si quis vltro.nu.75. cum seq. ff.de quæsti.Ioan.Lup.in tract.de benefici.vacan.in curia §.7.

REGVLA. D.CXLIX.

Res in solutum si detur pro maiori quantitate debiti, vitiatur in totum datio in solutum tex.vbi Bar. & scribentes in.l.si non sortem.§.si certum. ff.de condi.ind.vbi Iaf.idem Iaf.in.l. 1.§.sed si mihi.ff.de verbo.obliga.tex. in. l. cum amplius. ff. de reg. iur. vbi Deci.

Limitã tripliciter, vt per Deci.in d.l.cum amplius. quarum vnam tantum Iaf.in.d.§.si centum.posuit.

REGVLA. D.CL.

Res si bene geritur, cessantibus solennitatibus quę alias requirebantur, valet actus qui alias non valeret,si male gereretur. Istam dicit pulchram conclusionem Feli.in. c.causam.el.1. de iud.col.5.circa finem quam ibi colligit ex dictis per eum & ex dictis doctorum,& comprobat eam aliquibus iuribus,pro qua inter alia allegat tex. in.c,quia quibusdã.de fideiuss.& glo. in.c.1.in glo.fin.de schisma.

Limita tribus modis, vt per eum in col.seq.

Primo,vbi solennitas est introducta pro forma : vt in alienatione rei ecclesiasticę:& regula procedit quando non pro forma, sed mere in fauorem prohibiti,quam limitationẽ colligit ex his quæ scribit Bal.in. l. fin.§. necessitatem, C. de bon. quæ lib. & Abb.in.c.tua, col.2, de his quæ fiunt à prelatis.

Secundo limita, nisi solenitas esset introducta ad conseruandum iuris rigorem.

Terrio in casu.l.3.§.in bello. ff. de re mili.vbi egressus aciem capite punitur,licet bene gesserit.

ANNOTATIO.

Adde multa ac prope infinita quæ in huius regulæ confirmationem congessit Andr. Tiraquel.post leges connub.glos.8.nu.56.cum multis sequentibus.

Et quatenus author in prima huius regulæ limitatione subijciens exemplum eius dicit alienationem rei ecclesiasticæ sine iuris solennitate non valere etiam si ecclesiæ vtilitatem conferat. Adde Bal. in l. pupillorum. in fine prin. ff. de reb. eor. Soci. consi. 80. col. 2. lib. 4. And. Alci. lib. 1. de verbo. sig. fol. 4. Fran. de Ripa in l. is cui bonis. nu. 47. ff. de verbo. ob. Et huius quoque sententiæ fuit glo. in summa. 12 q. 2. Abb. in c. cum causa col. vlti. de re iudi. & in c. nõnulli. col. 2. de reb. eccle. non alie. Bar. consi. 12. col. pen lib. 3. & tradunt recentiores in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Domi. & docto. in c. 2. de reb. eccle. non alien. lib. 6. Deci. consi. 142. col. 2. ver. Est ergo videndum. & cons. 282. col. 1. ver. Nam secundum Fabi. de monte S. Sabini in tract. de emp. & vendi. in 5. q. princi. col. pen. ver. Et quod requiritur & hanc opinionem magis communem & veriorem esse fatetur Aria. Pinellus in l. C. de boni. Mat. 3. par. nu. 31. Quibus suffragatur text. in c. fine. 12. quę. 2. & in c. tua nuper. de his quæ fiunt a prela. in illis verbis vtrobique positis, nisi forte aliquid faciat, vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu atque consensu. Ex quibus verbis apertissimè colligitur, non satis esse alienationem esse vtilem ecclesiæ nisi debita solẽnitas interueniat. Et cõducit etiam bonus text. in Clem. 1. de reb. eccle. non alie. vbi expresse dicitur, quod ad hoc vt res ecclesiastica possit alienari, debet hoc necessitas ecclesiæ, aut vtilitas exposcere, & nihilominus assensus conuentus, aut si non sit conuẽtus prælati accedere debet. & ibi glo. in verb. Nihilominus. Et adiuuat quoque tex. in c. 1. ibi præsertim cum euidens, &c. de reb. eccle. non alien. vbi decretum est non valere quandam alienationem rei ecclesiæ factam sine solẽnitate, præsertim cum euidens necessitas, vel vtilitas nõ subesset. Ex quo clare colligitur. etiam nõn valere, si adsit vtilitas, quia dictio præsertim est implicatiua tex. & glo. in l. si fine. § fi. ff. rem rat. hab. & not. hab. & not. Areti. in l. mutum ff. de acq. hæred.

Sed opinionem contrariam tenet glo illius tex, authoritate innixa in l. cum hi. § eam trãsactionem. ff. de transact. vbi in text. probatur quod licet non possit alimentarius transigere super alimentis sine authoritate prætoris, valet tamen transactio, ex qua facta est melior eius conditio. sine authoritate ipsius prætoris. Ex quo notat glo. quod si ecclesia vel minor alienet in causam nõ concessam, tenet alienatio si id fecerit vtiliter, & licet pleriq; omnes eã reprehẽdant non tñ sola fuit in ea opinione quãdoquidem idẽ voluit Iac. Aret. in l. magis puto. § fi ęs. ff. de reb. eor. Bal. in d. §. eam transactionem in vtraque lecti. & in l. contra iuris in prin. per illum tex. ff. de pact. & in l. ita cõstante. ff. de iure do. & in. l. quæcunque. post prin. C. de bon. quæ lib. Alb. in authẽ. hoc ius. col. vlt. C. de sacr. eccle. Card. Flore. in Clem. 1. in prin. de reb. eccle. non alien. Ioan. Fab. in § & ne huius. insti. de eo cui lib. cau. Cępol. in l. vlti. col. 13. ver. Extra glo. quęro. C. de vsucapi. pro emp. & in cons. causarum ciuili. 14. col. 2. ver. Secundo etiam probatur Barba. sibi contrarius in rub. de reb. eccle. non alien. col. 4. ver. Tertio limita. & consi. 35. col. pen. ver. Modo in proposito, lib. 2. & cons. 5. incip. Bene etiam. col. 5. ver. Secundo facit. li. 3. & cõs. 39. col. 8. ver. Præterea tollitur. eo. lib. 3. Ias. secum pugnãs cons. 219. incip. Egregius vir. col. 3. ver. Nec obstat illud. lib. 2. vbi dicit illã glo. not. Philip. Deci sibi etiam male constãs in. c. quæ in ecclesiarum col. 3 ver. addatis tamen. de consti. & cons. 124. col. 2. ver. quarto etiam dici potest Mari. Soci. iuni. cõs. 28. nu. 10. lib. 2. Et si opinio hæc tibi lector amantissime magis placuerit poteris eam non vulgari ratione comprobare quam Deci. vbi paulo ante allegaui adducit, quia solẽnitas requisita in alienationibus rerum ecclesiæ & minoris, eorum fauore requiritur: & vbi adhibetur præsumitur, quod sit in vtilitatem eorum, vt egregie dicit Bal. in c. sicut de re iudi. & in. c. 1. col. 2. qui feud. dare post. Alex. cons. 79. col. 5. ver. Fortificatur. lib. 1. & ipse Deci. cons. 535. incipi. pro vera resolutione col 2. ver. Et in dubio. Si ergo constat clare & videnter de ecclesiæ vtilitate iam sumus in casu claro, nec est opus cõiecturis l. continuus. § cum ita. ff. de verbo. obliga. Hanc tamen varietatem glossarum & doctorum concordat nouissime Carol. Moli. in addi. ad Deci. in. c. 1. lectu. verbo, contentioso. lit. N. de conti. cuius conciliatio necessaria nõ est si attendas iure receptum esse posse pro parte minoris, vel ecclesiæ approbari, vel reijci alienationem, quę sine solẽnitate facta est. vt tradit Ias. in. d. eam transactionem. Feli. in. c. dilectus. in. 2. nu. 8. de rescrip. Tiraq. de iure mariti. glo. 8. q. 10. nu 92. Electio ergo postea solẽniter facta validauit præcedentem alienationem, etiam inuito eo cum quo. minor vel ecclesia contraxerat, vt voluerunt doctores in dictis locis argu. glo. celebris. in. l. eleganter. in

verbo.

verbo,nullam.ff.de dolo similis in.l.iuris gentium.§.Prætor ait.verbo,dolo.ff.de pact.& in l.in causę.verbo,nec inter ibi, *Eius fauore*.ff. de mino.& in.l.si dolo.C.de resci.vendi.quā esse resolutionē receptam fatetur Ari. Pinel. in.l.1. C. de bon.mater.3.part.nume. 32. In idque notari solet tex.in.l.Iulianus.§.si quis à pupillo.ff.de acti.emp.ibi, *Ex uno latere constat contractus*. Hæc tamen communis sententia intelligenda est, nisi pars aduersa vel ante iudicium vel actum consummatū opponat defectum solēnitatis, tunc sane nulla electio dabitur personæ priuilegiatę volentis actum sustinere ob vtilitatem vt egregie not. ex Bal. Pala.Rub.in rep.rub.de dona.inter vir.&vxo. §.68.nu.7.Tiraq.vbi supra nu.88.Iaſ.in.l.nō ideo minus.nume.1.ver.limita.C.de procura. Chasla.in cons.Bur.rub.4.§.1.nu.27. *Mahenc inf.*

REGVLA. D.CLI.

Resi dui appellatione totum continetur.tex.est in.l.2.C.de hęred. insti. cōcord.tex.in.l. quod si Meuius cum lege pręced.ff.eod.

Amplia idem esse in dictione cæterum,& in dictionibus superfluum, reliquorum, & amplius & plus.vt per Iaſ.in.d.l.2.col.1.

Limita tripliciter, vt per eundem Iaſ.ibi in.d.col.1.& seq.

ANNOTATIO

Adde tex.not.in.l.cæterum.ff.de verbo.signi.& in.c.1.de testam. & bonam glo.regulā hanc probantem in.c.quanquam in verbo, teneatur de vsur.lib.6.

REGVLA. D.CLII.

Restitutus ex banno ad bona, non recuperat per fiscum alienata. Gardi. in.c.quia diligentia.de electi.per tex. in.c.quanuis.de rescrip.lib.6. & per tex.in.c.super eo.de offici.deleg.idem tenet Abb.in.c.1.de parroch.& in.c. ex tuę.de cleri.non resid.& inter quatuor.de maio. & obed. Barba. in.l. Gallus.§.& quid si tantum. de lib.& posth.

Limita hāc regulam dupliciter, vt per Feli.in.d.c.super eo.col.1.

ANNOTATIO.

Adde Bar.& Bal.in l.vlti.C.de senten.pass. Alberi.& Rapha.Fulg.in auth. idem de Nestorianis.C.de hære.Imo.in.l.si marito publico.in prin.ff.solu.matri. & in.c.in nostra. de procura.& in Clem.1.in fine de hære. Alex. & docto.in.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posth.vbi Iaſ.nu.70. doctrinam huius regulæ communem esse fatetur & in eius cōfirmationiē plurima congerit, eandem asseuerat esse communem sententiam triplici ratione confirmans Nellus de S. Gemini. in tract.de bannitis.1.par.3.temporis.q.5. ver.viso ergo. & hanc sequitur Antoni. Trigona in sing.119.

Hanc regulam,vltra authorem nostrum cū quatuor limitationibus scripsit Iaſ in.d.§. & quid si tantum. à numero.73, vsque ad numerum.79.quem vide.

REGVLA. D.CLIII.

Restitutio in integrum infra quadriennium peti.& finiri debet. vt in in.l.fi.C.de tempo.in inte. resti. peté. probat tex.in.l.fin.C.de repu.hæredi. & in cap.1.de in integ.restitu.in.6, in Clem.vna eod.ti. Nec perpetuatur litis contestatione, vt voluit glo.in.d. l,fin.in verbo,finiendam. & in.c.tum ex literis in glo. 2.de in integ.restitu. Quod procedit in tantum, quod restitutio concessa post quadriennium, est nulla.tenet glo.in.d.Clem.vna in verbo,finiri.quam dicit Abb. non habere sociam in iure canonico & sequuntur eam Paul.Imo.& Anch.

Limita primo, quādo propter subterfugia partis aduersę esset eius cognitio impedita.tex.est in.l.intra vtilem.secundum Bar.ibi.2.col.ff. de mino.vel facto iudicis,vt voluit vtrūq; glo.in.d.Clem.vna in verbo, Finiri.

& notat Abb.in. c. tum ex literis. 4. col.notando ad hoc glo.ibi & refert Ioan.And.ibi idem tenentem. & ponderat tex.in.d.c.1.dum dicit negligéter,& generaliter nota,quod non currit dictum quadriennium impedito facto iudicis,vel aduersarij not. Feli. in.c.1.col.pen.de præscripti. referendo Abb.in.d. 4.col & Car. in Clem. vna.q. 25. de resti.in integ.

Secundo fallit, quandiu durat vita,seu iurisdictio iudicis qui tulit sententiam,contra quam restitutio debet peti, quia propter verisimilem timorem, tunc non currit quadriennium. tenet Abba.notando multum dictum Inno.ibi ad hoc.in.d.c.tum ex literis. in.3.col. quod sequitur Feli.in.d.c.1. de præscrip.d.col.pen.

Tertio fallit,si restitutio sit petenda per ecclesiam contra contractum quo fuit læsa,& viuat ipse prælatus,qui illum celebrauit, & sic qui mâle alienauit:quia tunc non currit quadriennũ glo.est in.d.c.1. de restit.in integ. in. 6. in verbo, causa. quam sequitur Abba, in.d.3.col. & tenet Card.in.d. Clem. vna.de in integ.restit.in.26.q. quod dicit sing.Feli.in.d.c.1. de præscrip.col.pen.referendo Abb.vbi supra & plures alios.& istam glo. dicit communiter approbari à doctoribus Gemi.ibi vt refert Balb. in tract. de præscrip.in.5.par.princi.col.10.ver. Sed est notandum. qui plus dicit quod ista conclusio videtur non posse procedere,tanquam superflua,stante alia conclusione pro vera: videlicet quod viuo prælato.qui malè alienauit, non currit præscriptio contra ecclesiã, & sic quod impossibile est quod currat quadriennium,viuente illo, si præscriptio non currit.

Quarto fallit,quando petitur restitutio aduersus sententiam, in quo nũquam transit in rem iudicatam, vt in causa matrimoniali, quia tunc etiam post quadriennium potest peti.tenet Fel.in.c.lator.col.5.in fine de re iudi. pro quo refert Butricar.in.c.ex parte de resti.spol.Dat rationem quia quotidie affert præiudicium animæ, obseruantia talis sententiæ erroneę quod ipse cómendat. & prędictam conclusionem Anto.sequitur idem Feli.in.c. accepimus.col.2.de fide instr.

Quinto fallit;quando minor impetrauit veniam ętatis suæ in vigesimo anno:quia tunc per totum subsequens quinquénium potest petere restitutionem de gestis intra vigesimum annũ. text.est qui hoc nota.probat.in.l.ea quæ in princi.C.de tempo.in integr. resti.pet.

Sexto fallit,nisi ille cui competeret restitutio, esset in probabili ignorantia læsionis,quia quandiu sic est, non currit sibi quadriennium per sing. dictum Bald.in.l.falsam.C.si ex fal.instru.& per ea quæ not.Cardi.in dict. Clem.vna.fi.col.ver. Quinto quæro. & illam sententiam Bald.dicit perpetuo cordi tenendam laf.in auth.quas actiones. C. de sacro.eccles.i.o.col. vbi refert plures eam commendantes: tenet etiam idem Iacob.de S Georg. in.l.petendæ.C.de tempo.in integ. resti.pe.hanc etiam conclusionẽ firmat Balb.in suo elegan.tract.de præscrip. in.4.par.4.par.prin.in.q.29.in col. fin.illius quęstionis, vbi refert plura consilia Alex.ad hoc & Corne.in cõsil.144. Me subscripsi.2.vol.& in.5. part.princi.in col.10.ver. Sed est notandum.

Septimo fallit,in grauamine habẽte causam successiuam, quia tunc etiã vltra quadriennium posset peti restitutio. ita voluit Feli. in.c.accepimus. de fide instru.col.2. in cuius fauorem faciunt

faciunt, quę cumulauī infra in reg. incip. V-muersitas nō dicitur in. 2. limi.

Octauo fallit, quādo lęsio esset vltra dimidiam iusti pretij: quia tunc ecclesia, populus, vel rex potest vsq; ad 30. annos. petere restitutionem à die alienationis. Ista est sing. lex huius nostri regni in. 6. par. ti. fin. l. fin.

Nono fallit, si lęsio fuit causata ex cursu temporis, quod est minus quadriennio: quia tunc debet necessario peti restitutio infra tantum tempus, quantum est tempus læsionis & non vltra. ita tenet glo. in. l. sed & si prætorem. §. quoties ff. ex quib. caus. maio. & in. l. diuus. ff. de in integ. restit. & in l. interdum. de minor. ff. & in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. & hoc firmant ibi Bar. idē & Bal. Ang. Sali. & cōmuniter docto. in. l. superuacuam. C. de tempo. in integ. restit. pet. & ita firmat Bald. per supra dicta in tract. præscripti. in. 1. par. 6. par. princi. 10 col. versi. Interdum vero. quod limitat in col. seq. in ecclesia p tex. in Clem. 1. de in integ. restit.

Decimo limita quando lęsio esset enormissima, quia illa operatur, quod lapsus quadriennij non noceat not. Feli. in. c. 1. de præscrip. in col. pen. alleg. t fin. in. c. 1. de restit. in integ. in. 6. & refert plures doctores, qui adhęserunt huic sententiæ.

ANNOTATIO.

Adde omnino circa regulam hanc Petrum Rebuff. super regias leges Gallię in tract de restitutionibus artī. 2. glo. 1. 2. tomo consti. Francię quo loco nu. 4. asseuerat mēdū obrepsisse in. d. l fin. C. de tempo in integ. restitu. pet. dum dicit dari quadriennium ad interponendam contestationem, finiendamque litē. quia legendum est ad interpretandum contestationem, ineundamque litem. & ita nouiter interpretatur illam legem prout se in quibusdā antiquis exemplaribus testatur leg sse. Vnde si eius lectio admittenda esset quadriennium nostræ regulæ daretur ad cōtestandam ingrediēdam que litem, & sic sufficeret minorem restitutionem petisse, & litem ab eo fusse contestatam licet intra quadriennium causa non finiatur. Sic asseuerat ibi Rebuff. intelligendā esse Clem. vni. de in integ. resti. cum dicit finiri, quia legendum est, inni. Cui interpretationi suffragatur tex. in l. 2 ff. de col. detegen. ibi. *Quinquennium autem non ad perficiendam rei tractationem sed ad incheādam puto præfinitum.* Sed in praxi vt existimo, durum esset obtinere secundum hanc nouam Rebuffi lectionē.

Sexta vero limitatio huius regulæ quod restitutio probabiliter ignoranti læsionem detur etiam lapso quadriennio seq itur à Soci. cons. 80. col. vlti. lib 3. Iaso in authē. quas actiones. col. pen. C. de sacro. eccles & in §. rursus nu. 74. instit. de actio vbi tamen dubitat an vera sit, & si vera est, (inquit) quod in actu practico esset nō abilissima. & eam sequitur Cateli. Cotta in memor. incip. Restitutionis & iterum in memor. incipi. tempus restitutionis. Deci. cons. 36. & consil 436. col. 2. nume. 9. Stepha. Bertrand, consilio. 301 lib. 3. Gerar. de Petra sancta in sing 18. col. pe. Hippo in l. qui ignorans. col. 2. ff. de falsi. & in sing. 572. Ioan. Cro. in l. filius fam. §. diui. fol. 10. col. 4. ver. Sexta & vltima conclusio. ff de leg. 1. Sed limitatio hæc vix in practica reciperetur & optimo iure, cū nullus enim certus & securus esse posset suarum rerum, vel optimę fidei possessor. vt scribit And. Tiraq. lib. 1. de retractu §. 35 glo 4. nu. 43.

Et vltra decem limitationes quas huic regulæ assignauit author vndecimo limita regulā, vt non procedat quando partium consensu quadriennium fuerit prorogatum, quia hoc iure fieri potest. vt tenet Roma in l. 2. ff. de re iudi. Alex. in l. properādum C. de iudi. Carol. Ruī. cons. 36. nu. 10 lib 5. Quibus suffragatur tex. in Clem. quādiu. de appella. vbi tempus appellationis prosequendæ per pactum expressum suspendi potest.

REGVLA. D.CLIIII.

Reus licet absoluatur ab instantia iudicij tamen debet pronuntiari super iure actoris fundatur ista regula ex. l. si à te. §. 1. ff. de excep. rei iudi. & colligit

colligit eam Felin.ex dictis per Abb. ibi in. 2. not. in.c.examinata. de iudi. 1.col.

Limita tripliciter,vt per Feli.ibi.

Primo,nisi prius constet de inepti tudine intentionis actoris, quam de ipsius iure ita dicit tenere Abba.post Card.ibi.

Secundo, vbi actualiter non competit rei vendicatio , quia actor possidet,quia tunc non declaratur de iure suo,etiam si cõstet:regula autem procedit,quando actualiter competit rei uendicatio , sed non contra reum, quia tertius possidet,& pro hoc refert Imo.ibi.

Tertio limita,vbi sciret actor eum non possidere,vel detinere, quia tunc non potest sequi alia sententia, quam absolutoria ipsius rei conuenti: pro quo allegat Matthæs.sing. 138. incip. Nota quod si reus . Cuius bonam additionem vide.

ANNOTATIO.

Adde circa istam regulã plurima lectu non indigna quæ de hac sententia absolutoria ab instantia iudicij vltra alios interpretes scripsit D.Præsul.Segou.lib.1.vari.reso.c.1.nume.8.

REGVLA. D.CLV.

Reus dicitur necessarius ille ad quẽ expresse dirigitur actio,vel qui specialiter vocatur ad iudiciũ. doctrina est Innoc.aurea in.c.cum inter priorem. de excepti. quam sequitur commendando Feli.ibi col.6. vbi plurima cumulat pro ea.

Limita hanc conclusionem tripliciter,vt per Felin. vbi supra.7.col.& secundam limitationem confirmat & defendit optime.

REGVLA. D.CLVI.

Reo & actori pariter fauetur circa media causę , & sic circa processum. not. Azon.in summa in titul. de reb. dub. & glo.in. c. cũ ad sedem.de restit. spo. vide Bar.in.l. inter stipulantem. §.1.ff.de verb.obliga. Bal.in.l.qui accusare.per.col.C.de eden.

Limita tripliciter , vt per Ias.in.l. de die in col.3.ff.qui sati.dar.cog.

ANNOTATIO.

Adde Abb.nu.14.& doctores in.c.cum ad sedem.de resti.spo. Ias.nu.2.in.l. inter stipulantem.§.1.ff.de verb.oblig. & in.l. non est nouum.C.de eden.vbi Deci.nume. 2. & vide ibi nouissimos.

De litera. S.

REGVLA. D.CLVII.

Sacerdos nõ potest esse tabellio. vt in c.sicut ne clerici vel monach. Bar. in.l. vniuersos. de decuri.lib.10.idem & alij in.l. seruus.ff.de testament.

Amplia idem esse in clericis in minoribus habentibus sufficientia beneficia tenet Flore.in.3.par ti.13.c. 2.§. fin.mouetur per cap.1.de postu.

Limita nouem mõdis,vt per Ias.in l.1.in pen.col.ff.de iusti.& iur. quorũ vltimũ libuit referre, videlicet quod licet non possit esse tabellio, si tamen instrumenta conficeret,tenẽt ita Bar. in.d.l.vniuersos. & Antoni.in.c. fin. vlti.col.de cõsti.hoc tamen relinquit ipse cogitandum.vide eundem Ias.in l.patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel ali.iur.in.4.col.vbi hanc conclusionem descripsit , inter alias sibi similes,quę licet fieri prohibeantur, tamẽ tenent si fiant. Sed tu vide Alex.vltra

eum

eum in.l.prętor.§.1.col.1. ff. de edendo. vbi dicit quod instrumenta sic cõfecta non sunt nulla, nisi specifice sit inhibitum clerico, vel monacho à superiore officium tabellionis: & vide etiam Phili. Deci. in reg. in ambiguis. §.non est nouum.ff.de reg. iur. 1. col. vbi simpliciter tenet quod instrumẽta valeant. pro quo vltra prędictos allegat Roma.409. Quo ad primum in 2.dubio.

ANNOTATIO.

Adde authorem & quæ ibi scripsi in practi. crimi.cano.c.53.Deci.consi.120.col.1.D.episcopum Segou.in practi.quæsti.c.19.nume.8. Alber. Troti.in tract.de vero & perfecto cler. lib.2.c.54.nu.9.& vide regiam.l.12.ti.3.lib.1. ordi.& l.15.ti.18.lib.2.in eod.ordi.

Et vnicam huius regulæ ampliationem sequuntur Hosti.Anto.& Abb.col.3.in.c.sicut accepimus.ne cleri.vel monach.& esse communiter approbatam fatetur D.episco. Sego. vbi paulò ante allegaui. Vnde constat clericũ in minoribus constitutum, qui non habet beneficium ecclesiasticum, posse officium tabellionis exercere corã iudice ecclesiastico etiã in eius publico tribunali.

Et vnicam limitationem quam hic scribit author quod instrumenta à clerico confecta ante prohibitionem firmitatem habeant tenet Ioan.And.& omnes in.d.cap.sicut Deci. consi.17.& opinionem hanc dicit esse cõmunem D.episco.vbi supra.& eam sequitur Hippo.in rub.ff.de fideiu.nu.121.Monachus vero adeo iure prohibetur vti tabellionatus officio vt instrumentum ab eo confectum absque licentia Abbatis sit nullum ipso iure. Sicuti ex capi.1.& capi.Sed nec.ne clerici vel monach. not.Deci.in.cap.2.nu.8.de iudi.Illud tamen asseuero posse monachum, post professionem complere, & signare instrumentum, quod ante monachatum eius in protocollo ipsius scriptum erat, de quo tanquam tabellio fuerat rogatus.ita voluit glo. insignis & sing.in cap. vt officium§. verum de hæreti.in.6.quã omnes ibi doctores, & vbique sequuti sunt & maxima cum laude & honoris præfatione maximè Fran.ibi Abb.& Feli.in.c. fraternitatis.de hæreti.Ias.in.l.1.§. huius studij.ff. de iusti. & iure col.pen.Deci.in.d.c.2.nu. 8.Bal.in.l.2. col.vlti.C.de senten.& inter.omni.iudi.Feli. in.c.consuluit.de Iudæi.episcop.Calagurri.in d.c.53.Chassa.in consuetud.Burg.Rub.1.§.6. nu.22.& nõ dubito glo.illam singularem esse & communiter approbatam. Qua in re subit recordatio Catonis Sacci, viri inter iuris interpretes celeberrimi, qui in præfactione cuiusdam sui opusculi scribit, eum qui dicit glo. aliquam, aut textum singularem exuperare debere memoriam Mithridatis, aut Themistoclis, sicuti etiam refert Ias.in.§. actionum.col. 11.insti.de actioni.

REGVLA. D.CLVIII.

Sanctorum patrum dicta sunt imitanda text.est in capit.ne initiaris. de const.& in.c.1.20.dist.text.in.c. cum apostolica vbi Abb.de his quę fiunt à præla.not.Inno.in.c.cum venerabilis de excepti.col.3. bonus text.in.c.sunt nonnulli.ver. sanctorum patrum.16. q.1.& cap.sancta.15.dist.

Limita tripliciter, vt per Felin.d. cap.ne initiaris. vbi etiam ponit tres casus, quibus dicta sanctorum præualent scriptis Papę, si meliori ratione fundantur: qui casus deseruiunt pro limitationibus advltimam limitationẽ, ibi per eum traditam.

ANNOTATIO.

Adde latè Ioan.de Imo.in.c.cum cõtingat. 4.col 7.not.de iureiur. Alex.& Ias. post alios in.l.1.ff.si cert.peta.vbi vide cæteros modernos Roma in sing.685.And.Tiraq.de iure primog.q.6.nu.5.ver.Facit etiam.

REGVLA. D.CLIX.

Satisfacere si quis promisit in contractibꝰ, intelligitur promittere quod soluit: vt in auth.si quando.C. de cõsti.pecu.& probatur in.l. quod si non soluere.ff.de pigno. & in.l. rescripto. §.plane cum glo.ff.de mune.& hon.

Limita dupliciter, vt per Ias. in.l.1. col.

col.1.ff.qui satisdar. cog. qui dictam conclusionem confirmat post Bar.& alios.

REGVLA. D.CLX.

Satisdandi impotentia operatur quod stetur iuratoriæ cautioni nota. glo.in.l.1.ff.qui satisda. coga. in glo. fideiussoribus per text.in.§. sed hodie inst.de satisda.& in authen.generaliter.C.de epis.& cleri.

Limita.14.modis vt per Ias.in.d.l. 1.col.fina.

ANNOTATIO.

Adde omnino Soci.in.l.1.nu.22.ff.qui satisdar cog. quo loco huius regulæ doctrinam communem esse fatetur quam quinque modis limitat & vide Cateli.Cottam in memor. iuris in verbo,iuramentum probat.

REGVLA. D.CLXI.

Sede vacante non agitur causa ecclesiæ cathedralis:colligitur ex nota. in cap.fin.ne sede vacant.not.glo.in Clem.fi.de procur.& Inno.in.c. cum dilectus.de consuetud.

Ampliatripliciter,& limita quinque modis, vt per Felin.in.c. edoceri col.6.de rescript.

REGVLA. D.CLXII.

Sententię appellatione proprie nō comprehenditur interlocutoria.Probatur ista reg.in rub. C. de senten.& interlocu. omni. iudi. propter copulam &, ibi positam quę ponitur inter diuersa.vt in glo.rub.ff.de iuris & facti ignor.& in.c.querelam de simo.

Limita tripliciter,vt per Ripam in rub.ff.de re iudi.2.col.

ANNOTATIO.

Adde tex.& glo.in verbo, sententiæ in.l.i. §.biduum.ff. quando appella.sit gloss.iuncto tex.in.l.quod iussit.ff.de re iudi.in glo.vltim. glo.in.c.cum olim de testib.& vide text.in.l. dicere.ff.de arbi.& facit tex.in.c.veniens de iureiur. & in.l. quid ergo. §. quæsitum & ibi not.Bal.ff.de his qui not.infam.& voluit Bal. in.l.2.C.de arbi.Et ideo dicit eleganter Bal.in addi.ad Specul.ti.de senten.prola.col.2.quod stante statuto quod de sententijs debeat solui gabella non soluetur de sententia interlocutoria.Et subdit quod statutum disponēs quod à sententijs non possit appellari,intelligitur de diffinitiuis tantum. quod voluit idem Bal post Gul.in.l.si ex causa.§.nunc videndum. ff. de mino.& in.l.1.circa vltim.col.C. ne liceat ter prouo.Cardi.in.c.vt debitus in fine. de appel. Abb.in.c.pastoralis.6.q.de appella.vbi Perusi.Et hac regula inixus dicit egregie Bar.in.d. l.dicere.ff de arbi.quod si statutū arctat arbitrum ad diffiniendam causam intra mensem, intelligetur per diffinitiuam sententiam : & ideo non sufficeret tunc absoluere partes ab obseruatione iudicij.de quo per eum in.l. generali.C.de decuri.lib.10. & per Bal.in.l. ius iurandum & ad pecunias.§. vlti. ff. de iureiurau.Hinc etiam emanauit celebris alia doctrina Bal.in.d.l.1.C.ne liceat ter.prouo. quo loco scribit, quod si statutum aliquod disponat quod sententia ferri non possit sine consilio sapientis,intelligitur de diffinitiua, non vero de interlocutoria.quod est not.

Hanc regulam, vltra nostrum authorem, constituit Petrus Rebuff.in.d.l.quod iussit ff. de re iudica.vbi multisarie eam limitat, conaturque probare quod sententiæ appellatione nec diffinitiua nec interlocutoria sententia comprehendatur, quod etiam ipse tetigit super regi.leges Galliæ in tract.de sentē.execu. arti.7.glo.10.nu.1.tomo.1.consti.Francię.

REGVLA. D.CLXIII.

Sententia in criminalibus, statim mittenda est executioni.tex.in.l.cum reis.C.de pœnis Specu.tit. de dilati. §.1.ver. Executione. Felin.in.c. quęrenti.de offici.delega.Ias.in. l. debitoribus.ff. de re iudi.

Limita.22. modis, vt per Ioan.de Neuizan.in sua Sylua.nup.fol.18.in paruis nu.92. cum alijs seq. quarum septem

ſeptem Iaſ.duodecim vero Feli.vbi ſupra poſuerunt.

ANNOTATIO.

Adde authorem noſtrum & quę ibi poſt eũ ſcripſi ſupra in reg.iii. incipi. Condemnatus ad mortem.

REGVLA. D.CLXIIII.

Sententia vbi alteri,præiudicat,nõ tamen tranſactio,compoſitio, vel cõpromiſſum prę iudicat not. Abb.poſt Inno.in.c.auditis.col.8.de prę ſcripti. Matthęſe.in fing.26.

Limita dupliciter, vt per Feli.in.c. quanuis.in col.antepe.de re iudi. vbi etiã alio & tertio modo conatur reſtringere,licet non ſe firmet.

ANNOTATIO.

Adde circa iſtam regulam Inno.in.c. dudũ in.2 in glo.in ver.partibus.de electi. vbi ſcribit quod compromiſſum authoris non nocet ſucceſſori ſcienti etiam in caſibus in quibus præiudicaret ſententia.allegat tex.in. c. cum inter canonicos de electi.

Hanc etiam regulam nouiſsime cum duabus limitationibus ſcripſit Gab.Sar.in addi. ad Matthęſe.in fing.25.nu.13.

REGVLA. D.CLXV.

Sententia ſi apparet lata,& non apparet quod fuit lata parte inſtante, eſt ipſo iure nulla.tenet Bar. & alij in.l. 1.C.vt quę deſunt aduo.Ang.& Imo. in.l.de vnoquoque. ff.de re iudi.

Limita quatuor modis, vt per Iaſ. in.l.properandum. §. & ſi quidem.1. col.de iudi.

Primo in cauſis fiſcalibus per tex. in.l.2.§.ſenatus. ff.de iur.fiſci quẽ ibi ad hoc not.Bar.& reputat mirabilem.

Secundo quando ſentẽtia lata,cauſa deuoluitur ad Papam per appellationem,quia tunc papa ex officio ſuo, poteſt etiam parte abſente procedere ad ſententiam.not. Alex.in.d.l.vna. col.pen.poſt Ang.& Imo, vbi ſupra quos refert Iaſ.d.1. col.

Tertio limita,niſi iudex videat perire inſtantiam cauſæ,quia tunc ne iudicium agitatũ reddatur illuſorium, poteſt ferre ſententiam, etiam neutra parte petente.

Quarto,quando ambę partes ſunt præſentes,& ſententia fertur pro actore:quia tunc valet ſententia, quanuis aliter non appareat ex proceſſu,quod actor petierit eam à iudice, ex ratione de qua per eum.

ANNOTATIO.

Adde Ang.conſi.265.col.2. Rober. Maran. in Specu.aduo.6.par.10.actu.nume. 10. pag. 477. paruæ impreſsionis.

REGVLA. D.CLXVI.

Sententia lata ſuper expenſis dicitur interlocutoria gloſſ. eſt quam ibi not. docto.in.l.quod iuſsit.ff. de re iudi.Ego alias legendo dedi ſibi glo.cõſociam licet à doctoribus non commẽdatur.in.c.querelam.in glo.fi. de procur. & ita dicit communiter teneri Alex.in.d.l.quod iuſsit.in.3.col.

Limita dupliciter, vt per eundem Alex.ibi.

Primo, niſi ſententia ſuper expenſis feratur vna cum diffinitiua, quia tunc cenſetur eſſe pars diffinitiuę. ita refert voluiſſe notabiliter Ang.in.l. Paulus.la. 1.ff.de re iudi.& Salic.in.l. poſt ſententiam.C.de ſent. Pro contraria tamẽ parte allegat Bal. & Imo. & eis videtur aſſentiri. vide Felin.in rub.de re iudi.col.8.qui ponit hanc limitationem & allegat pro ea eoſdem Angel.& Salic. vbi ſupra & Ang.in

alijs

alijs duobus locis & Phil.& Anch.& de contraria opinione non meminit vnde videtur eorũ sentẽtiæ adhęrere.

Secundo limita,nisi expensę principaliter peterentur de per se in iudicio,quia sententia lata super expensis, erit diffinitiua pro quo allegat Imo. in.d.l.Paulus,& ponit Feli.vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde Rober.Maran.in suo Specul.aduoca. 6.par.3.par §.Expedita.nume.36.pag.116.vbi scribit communem esse & receptam sententiã quod si sententia condẽnationis expensarum proferatur ante diffinitiuam est interlocutoria: secus si proferatur vna cum diffinitiua quia tunc censetur pars diffinitiuæ.Ex quo notabiliter infert quod ea quæ profertur ante diffinitiuã potest reuocari sicut qualibet alia interlocutoria, non vero ea quæ simul cum diffinitiua proferuntur.Imo si iudex in interlocutoria omisisset condemnationem expensarum, potest illam facere quandocunque vsque ad sententiam diffinitiuam, secus si omisisset in diffinitiua,quia nõ potest illam addere,nisi eadem die.vt in.l Paulus.ff.de re iudi.not.Abb. post.Inno.in.c fœpe.de appel.Paul.in.l. sancimus.C.de iudi.& ita intelligi debet quod scribit Bal.in.l patris.& filij.in fine.ff.de vulg.

REGVLA. D.CLXVII.

Sententia interlocutoria qua finitur iurisdictio iudicis, puta quia pronũtiat se incompetentẽ, vel nõ esse ꝓcedendum ad vlteriora, vel absoluit conuentum ab obseruatione iudicij reuocari non potest per iudicem tex.est not.in.c.significantibus. de offici. de leg.& in.c.iudex ab apostolica.§.1.in fin.col.eod.titu.lib.6.not. Abb.in.c. cum cessante.2.col.in fine de appella. & ponit hanc conclusionem Felin.allegando plura pro ea in cap. qualiter el.1.col.5.ver. Fallit prædicta reg.de accus.

Limita quatuor modis, vt per eundem Feli.ibi.

ANNOTATIO.

Adde Bar.per illum tex.in.l. dicere. ff. de arbi.Abb.3.not.vbi doctores.in.c.significantibus.de offici.deleg.Bar.in.l. quod iussit.ff.de re iudi.Bal.in.l.pen circa fin.C.de pact.Ang. in.l.1.C.de sent.Cape.Tholo.q.185.vbi Autr.

Hanc etiam regulam vbi bene eam declarat cum duabus limitationibus scripsit Deci. in.c.cum cessante.nu.14.de appella.

REGVLA. D.CLXVIII.

Sententia lata per ordinarium, qui per errorem iudicat vt delegatꝰ, cum non sit,est nulla not. Specul.ti. de sententen.prol.§.Quoniam.ver.Quid si dixit.Bar.in.l. 1.ver.tu dic.C.qui ꝑ sua iurisd.& vide glo.aureamin.c ex literis.de offici.deleg.in glo.fi. quam ibi not.Abb.& extollit Imo.col.pe.

Limita quadrupliciter,vt per Feli. in.c.cum ex officij. col. 10. & seq. de prescripti.qui pro reg.copiose alleg.

ANNOTATIO.

Adde Inno.& doctores in.c.cum ex officij. de prescrip Roma qui bene loquitur in cons. 446.nu.4.Bal.in.l falsus.circa fin.C. de fur. Ang.in.l.si per errorem.ff de iurisdiscomm.iudi.

REGVLA. D.CLXIX.

Sententia in qua dicit iudex pronuntio prout in consilio valet: notat Ludo. Alex. & Areti. in l.1 § 1.ff. de verb.oblig. Alber. Bal. Ang. Salic.& Paul.in.l.1.C.si aduer.lib. facit gloss. not.in.l.& puto.§. Iulianus in verbo, communi ff.fami.ercis.

Limita quatuor modis, vt per Feli. in.c.cum venerabilis. de excepti. in col.antep.quę vide plus,in col. præ. vbi plures doctores citat ad augẽdam huius regulæ authoritatem. quos referre tibi esset fastidium & mihi onus.

ANNOTATIO.

Adde

Adde quod in iure noſtro aliqua deſiderantur vt ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis valeat ſcribam tamen hic quatuor precipua propter vtilitatem materię maxime iſtis temporibus in quibus multi iudices ſunt idiotæ in populis ruſticanis.

Primo igitur requiritur quod de cõſilio ex actis conſtet quando illud de neceſsitate requiritur not. Abb. in. c. illa in fine de accuſa. & in. c. cum venerabilis. vbi Butri. Imo & doctores de excepti.

Secundo quod nedum conſtare debet de conſilio: ſed oportet quòd illud à iudice aperiatur, & legatur, vt dicit Bal. in. l. 1. 2. col. C. de ſenten. ex breu. recip. Specul. titu. de requiſi. conſi. circa finem ſuæ addi. Ang. conſil. 242. alias. 246. Alex. conſi. 185. in fine. lib. 2. Iaſ. in l. nec quisquam. §. vbi decretum. ff. de offici. procon. Abb. in. d. c. cum venerabilis. Sebaſt. Van. de nullitat. rub. de nullit. ex defect. iuri. ordi. nu. 154.

Tertio requiritur, quod iudex ſententiam pronuntiet dicens quod ſententiam pronuntiat prout in conſilio cõtinetur, deinde ſe ſubſcribat, alias ſi ſolum eſſet conſilium abſque ſententiæ prolatione, proceſſus remaneret indeciſus, perinde ac ſi non eſſet lata aliqua ſententia. hoc eſt pulchrum & elegans conſilium Ang. conſil. 249. incipi. domina Libertina refert & ſequitur Rober. Maran. in ſuo Specul. aduo. 4. part. ſexta decima diſtin. iudi. nu. 46. pag. 248. vbi ſcribit ita ſe bis in actionibus forenſibus obtinuiſſe & vide eundem. 6. par. 3. par. §. Expedita. nu. 13. pag. 509.

Quarto requiritur, quod ſi verba conſilij habent tractum in futurum, (veluti) ſi dicit aliquem eſſe abſoluendum, vel condemnandum tunc iudex in ſua ſententia in calce conſilij debet ponere verbum condemno, vel abſoluo, alias ſi ſimpliciter diceret pronuntio prout in tali conſilio continetur, videtur declarare litigatorem illum eſſe abſoluendum vel condemnandum, prout in conſilio dicitur, & ſic non eſt condemnatus, vel abſolutus, quia iſta ſententia ſpectaret aliam ſententiam poſt ſe, per ea quæ ſcribit Alex. in l. 1. §. ſi quis ita. col. 4. ff. de verb. oblig. vbi aſſeuerat quod iudex pronuntians Titium eſſe condemnandũ, vel abſoluendum, non cenſetur condemnare, nec abſoluere & tenet Bar. in. l. 1. C. ſi aduer. lib. ſequitur Rober. Mar. in loco nouiſsime allegato vbi ad alium locum illius libri lectores remittit. de quo vide etiã Sebaſt. Vanti. de nullita. rub. de nullit. ex defectu proceſſus. nume. 91.

REGVLA. D.CLXX.

Sententia lata liberatur fideiuſſor de iudicio iſiſti. Colligitur iſta regula ex gloſſ. in. l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſda. cog. in ver. promiſit ex quo veniunt duo effectus. Primus quod talis fideiuſsio non durat in executione ſententiæ. vt in leg. Græce. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſo. Secundus quod non durat in cauſa appellationis. vt eſt glo. not. in auth. de his qui integre. ad appel. in prin. not. Bar. in. l. cum apud. ff. iudi. Sol.

Amplia quadrupliciter, & limita dupliciter, vt per Iaſ. in. d. §. in fideiuſſorem. col. 2.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam hanc an fideiuſſor de iudicato ſoluendo liberetur per appellationem ab actore, vel reo interpoſitam vel teneatur in cauſa appellationis & videtur illum eſſe liberatum per tex. apertum in l. penul. ff. iud. ſol. & in l. 3. ff eo. & ita indiſtincte quicquid in appellatione cõtigerit tenẽt & literis & antiqtate venerãdi Iacob. de Are. Old. Bar. Alb. & Paul. in. l. vltim. C. de fideiuſſo. & eſt text. in §. ſi vero. inſtitu. de ſatiſd. glo. Cyn. Bar. Ang. Paul. Alex. & Iaſ. in. l. 2. C. de procura. & in l. Iulianus. ff. qui Sat. dar. cog. Ioan. And. in addi. ad Specul. titulo. de ſatiſdatione. §. Expeditio. nume. 6. Bal. in. l. vlti. col. pen. quæſtio. 10. C. de contr. emp. & in rub. de appel. in fine Ioan. de Imo conſilio. 47. & 89. Roma. conſi. 100. & 468. Petr. de Ancha. conſi. 35. Ang. Aret. in tract. maleſi in part. Pro quibus Anto. fideiuſsit Hippo. in rep. rub. ff. de fideiuſſo. quæſt. 10. quam eſſe communem ſententiam fatetur Carol. Moli. ad Alex. conſilio. 209. ſuper nume. 1. litera B. in fine additionis. Imo fortius tenet Paul in d l. penul. quod ad hoc vt is fideiuſſor in cauſa appellatiõis teneatur, non ſufficit in ſtipulatione addere, vel al-

terius iudicis qui in eius locum ſubſtitutus erit, ſed debet expreſſe fieri mentio de iudice appellationis. & gloriatur ſe obtinuiſſe & fideiuſſorem de carcere liberaſſe, quãquam (vt ipſe refert) ſuccubuerit apud auditores Rotæ Auenione, qui maluerunt cõtra omnes aduocatos ſequi opinionem Martini Silyma. & Guil. Cunei. Tenuit ſane Marti. quod ſi in ſtipulatione fideiuſſoria non eſt expreſſum nomen iudicis, quod committitur indiſtincte ex iudicato cauſæ appellationis. At Guil. diſtinguebat, aut reus qui ſatis dedit, fuit abſolutus in prima inſtantia & fideiuſſor eſt liberatus, quanuis actor appellet, & obtineat in cauſa appellationis. vt in. d. l. pen. Aut vero reus fuit condemnatus, & appellauit, & tunc ſi ſententia confirmetur tenetur fideiuſſor, ne ſit in poteſtate rei eum liberare. Quæ quidem ſententia literæ. d. l. pen. veritati propior eſt, nec tamen ſatisfacit licet in effectu ſequatur Socin. conſi. 91. lib. 3. Ioan. Fab. in. §. alia inſtitu. de ſatiſda. Veritas igitur eſt quod. d. l. penul. loquitur de fideiuſſore, qui ſe arctauit ad perſonam certi iudicis, quod patet in text. ibi, *Quid ſempronius iudicaſſet*. vt recte aduertit Iacob. Butrig. in l. 2. C. de procura. comprobat Ioan. Ignæus in l. propter veneni. §. præſidis. nume. 51. ff. ad Sylla. quæ quidem interpretatio diuinatoria non eſt, ſed genuina, quæ probatur non ſolum diſertis verbis ipſius tex. ſed etiam hiſtoria temporis. olim equidem in cauſis ciuilibus apud Romanos ſorte delegabantur iudices, vel partium conſenſu vt teſtatur Cicero in oratione pro Aulo Cluentio. Ne*minem* (inquit) *Voluerunt maiores noſtri nõ modo de exiſtimatione cuiuſquam, ſed pecuniaria quidem de re eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet*. Cuius rei veſtigia quædam ſunt in iure noſtro ſexcẽtis circiter annis poſt Ciceronem à Iuſtiniano primo compilato vt in. l. apertiſsimi. in princi. C. de iudi. vbi ſuſpectos iudices recuſare (veteres dicebant reijcere) licet allegata tantum, ne probata ſuſpicione. l. ſi pater. § quod ſi adhuc. ff de libera. cau. ibi, *Si eum iudicem inimicum ſibi eſſe affirmet*. Id eſt ſola affirmatione citra aliam probationem ſufficiente iudices autem ſorte, vel partium conſenſu ſelecti hoc munere fungi cogebantur à Prętore vt teſtatur Blondus triumphan. Romæ lib. 4. Non equidem erat poteſtas publica, nec magiſtratus hæc iudicandi neceſsitas ſed munus perſonale. l. vltim. §. iudicandi quoque, ff. de mune. & honõ. Scilicet vt teneretur quis venire ad conſilium iudicum, & ibi munere iudicandi inter ſelectos iudices fungi teſte Plinio iuniore epiſto. lib. 4. Nec dubium eſt veterem illum morem in viridi obſeruantia fuiſſe tempore Adriani imperatoris, ſub quo floruit & ſcripſit Saluius ille Iulianus Pandectarum, & perpetui edicti conditor. vt teſtatur Iuſtinianus in. l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de veteri iure enu: morem enim illum iudiciorum indicat Iulianus in. l. duobus. ff. de liber. cau. ibi commodiſsimum eſt, eo vſque cogi iudices, donec conſentiant. Quid & multis poſtea ſeculis, etiam poſt Romam pluries à Gothis, Vandalis, & Herculis captam & dirutam ſcribit Platina in vita Adriani. 1. Caro. magno primum Romam appropinquanti honoris gratia obuiam occurriſſe tria millia iudicum, id eſt iuriſperitorum & aduocatorum, qui muneris iudicandi capaces erant. Nunc referendo ſupradicta ad tempus Sceuolæ iuriſconſulti. dict. l. penul. authoris ſiue is fuerit Seruidus Cęuola, ſiue Q. Mutius Cęuola fac fideiuſſorem promiſiſſe præſtare quod Cato iudex datus iudicauiſſet nonne liquet fideiuſſorem confidentia integritatis iudicis adductum, nec teneri ſi reum a tali iudice abſolutum iudex appellationis quantumuis competẽs condemnauerit hodie quoque re reducta ad paritatem terminorum, vel rationis idẽ iuris erit.

Et vt in ſumma veritatem huius rei reſoluam aſſeuero quod ſi fideiuſſoria cautio de iudicato ſoluendo fuerit limitata ad perſonam iudicis illam non egreditur. vt in. d. l. penult. Itaque ſiue iudex mortuus fuerit, vel recuſatus ab aduerſario, aut aliter impeditus iudicare ceſſat cautio. Idem ſi abſoluit etiam ſi actor appellauerit quicquid poſtea de hoc cõtingat conducit text. in. l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. obligat. & l. vltim. C. de contra. empti. Sed ſi reum condemnauit qui appellauit, ſiue per deſertionem, vel per diffinitiuam iudicis ad quem aut alias quouiſmodo ſententia confirmetur locus eſt fideiuſſoriæ cautioni & hoc caſu verificatur Guil. & aliorum ſententia. Aut vero cautio non eſt limitata & hoc caſu ſemper tenetur fideiuſſo., ſiue per primum iudicem, ſiue per alium, ſiue in prima inſtantia ſiue in ſecunda, aut tertia reus fuerit condemnatus & etiam

ſi in

si in prima instantia fuerit absolutus, dummodo sit eadem instantia respectu libelli & iurisdictionis & eiusdem rei & non sit causa euocata ad aliud tribunal de quo verisimiliter non fuit cogitatum, & quod non venit in consequentiam, & ex natura instantiæ in qua fuit cautum, vt si Scholaris, vel alius priuilegiatus trahat ad suum forum, vel Princeps ad se præter solitam formam ordinariæ iurisdictionis euocet causam & alio remittat, quia tunc statim perit cautio. l. 3. in princ. ff. iudica. sol. per quam ita elegantissime concludit Caro. Moli. in tract. de indiuiduis. 2. par. nu. 536. & quod fideiussor extra speciales istos casus teneatur semper quando cautio limitata non est concludit idem Carol. Moli. ad Alexã. d. consilio. 209. asseuerans ita in illius regni supremo senatu fuisse iudicatum & iterum in Rothomagensi prætorio. Aut vero dubium controuertitur an cautio fuerit limitata, vel nec & tunc in dubio cautio fideiussoria præsumitur realis & non limitata ad primum iudicem quod Molin. asseuerat in. d. 2 par. nu. 537.

Nec huic resolutioni refragantur iura allegata per Bar. & alios in. d l. penul. maxime. l. cum hic mortua. ff. iudica sol. quia illa lex loquitur quando instantia moritur & ante diffinitionem negotij extinguitur sec⁹ si post diffinitiuam siue appellatio deferatur siue sententia per iudicem ad quem confirmetur vel aliter reformetur. Nec obstat text. in. § fin autem inisti de satisdati. ibi, *Nisi fuerit prouocatum*. si licet per reum principalem, vel per fideiussorem aut alium cuius interest: quia exceptio illa refertur ad verba præteriti temporis eiusdem tex. ibi *Omnia dabit fideiussor*. quæ verba per appellationem suspenduntur, quemadmodum sententia suspenditur, & non alias.

REGVLA. D. CLXXI.

Sententia lata super exceptionibus est interlocutoria glo. mag. in Clem. fin. in glo. 2. de appella. Bal. in. l. statutis. C. de senten. experi. recitan. & in. l. 1. ad finem. C. commu. vel. episto. Caid. in cons. 6. tit. de re iudi. Petr. de Ancha. cons. 460.

Limita dupliciter, vt per Felin. in rubr. de re iudi. col. 6. numero. 8. & 9.

ANNOTATIO.

Adde Rober. Marantam in suo speculo aduocatorum. 3. par. 6. par. nu. 39.

REGVLA. D. CLXXII.

Sententia debet ferri super toto eo quod petitur, alias non valet. vt in. l. in hoc iudicio. ff. fami. ercis. & in. l. etiam. ff. de minor.

Limita quatuordecim modis, vt latissime per Feli. in. c. cum inter. de re iudi. col. 3. in fine cum quatuor sequentibus. *Add. 6. ex n° 24.*

REGVLA. D. CLXXIII.

Sentẽtia omnis, siue diffinitiua sit, siue interlocutoria, requiritur quod feratur partibus præsentibus, vel legitime citatis.

Limita istam regulam decem & nouem modis, vt per Iaf. in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 4. ff. de offici. proconsu. vbi ipse firmauit hanc regulam & vide Alex. in. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. ex quo colliges decem limitationes ad hanc regulam, saltẽ dum loquitur de diffinitiua. Et vide Antoni. Nicel. in concord. glossa. iuris ciuilis & canonici in concord. 52. qui. col. 2. ponit supra dictam regulam & refert omnes limitationes Iaf. vbi supra eis aliquid addendo, & postea plures alias limitationes ponit, quibus fiunt centum & quindecim limitationes ad istam regulam quas per. 37. col. prosequitur.

ANNOTATIO.

Adde tex. hanc regulam probantem in l. nam ita diuus. ff de apotioni. & in. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. si quando. C. de testam. & in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quand. iud. l. fin. C. de legi. hæred. text. in. c.

dilecta de sentē.excommu.& in.c. Romana. de appella.lib.6.& in cap.constitutionum.de sent.excōmu.eo lib.& in.c.porro. & ibi glo. de diuor text.in.c.eccleſi. ſanctæ Mariæ.vbi glo.de coſti.& in.c.1.de cauſ.poſſ. & proprie. & in.c.nos in quenquam & in . c . Deus omnipotens.2.q.1. Clemen.paſtoralis.de re iud. Clem.Sępe de verb.ſignifi. Et circa regulam hāc vide authorem noſtrum & quę ibi ſcrīpſi ſupra in reg.78.incip . Citari ad vnumquēq;.

REGVLA. D.CLXXIIII.

Sententia lata ſuper principali, videtur reijcere exceptiones non compaſsibiles cum ea: compaſsibiles tamē remanēt in ſuo robore.ita Abb. in.c. ſuborta. de re iudi. Paul.de Caſt. in.l. quod in dié.ff.de cōpenſa.ornat hanc regulam Feli.in.d.c.ſuborta.col.3.

Limita octo modis, vt per eum ibi col.4.cum duabus ſeq.

REGVLA.D. CLXXV.

Sententia qua aliquis venit declarandus aliquam pœnam(ipſo facto impoſitam)incurriſſe citationem exigit. glo.eſt in Clem.prętenti . de cenſib. & in Clem.2.de pœnis.quas ad hoc allegat Felin.in.c.cum non ab homine. de iudi.in col.6.

Limita trib⁹ modis,vt per eum ibi & vide melius per eundem in.c.2.col. 1.de ſponſa. vbi hoc limitat quatuor modis,& bene loquitur in materia.vide eundem Felin.in.c.parrochianos. de ſenten.excommu. vbi hoc limitat quatuor modis , & vide eundem Feli. in.c.Rodulphus. de reſcrip . in parte Citari.col.26.nu.41.vbi ponit tres limitationes.

ANNOTATIO.

Adde circa huius regulæ materiā quæ ſcribit Hiero.Gigā.in egregio illo & omnibus numeris abſolutiſsimo tract.de crimine læſę maieſta. Rub.de plurib⁹,& varijs quęſtiōib⁹.q.1.

REGVLA. D.CLXXVI.

Sententia ſi per iudicem appellationis fuerit confirmata, per ipſum eſt exequenda.glo.in.c.paſtoralis in verbo,diſcuſſa.in fine de offi.delega. alia in.l.ſi quis priore.ff. ad Trebel.& in §.ſi quis priore.inſti.quib.mod. teſta. & ita dicit communiter teneri. Alex. in.l.à diuo pio.10.col.in fine.ff. de re iudi.

Limita dupliciter, vt per eundem Alex.ibi.col.11.

ANNOTATIO.

Adde tex.in auth.ſi quis litigantium.C.de epiſ.audi.& in l.præcipim⁹.§ officij. vbi Bar. C.de appella.Bar.laſ.nume. 26. & doctores in.l.à diuo Pio.ff.de re iudi. Et ratio huius regulæ ea eſt quia cum per appellationem extinguatur effectus primæ ſentētiæ tex in.l. furti. ver.ſed ſi furti ff. de inſa.& in.l.ſi quis filio ex hæredato §.irritū ff.de iniuſto rup . irrito que facto teſtamento & licet prima ſententia confirmetur per iudicem appellationis tamē non reuiuiſcit effectus primæ ſententiæ ſemel extinctus,quia à priuatione ad habitum non datur regreſſus.d.l.furti.ver. non retro. & in.l. qui res.§ aream.ff.de ſolu.tex.in.c. quæris.4. diſt.& in.c.quam periculoſum.7.q.1.& propterea actio oritur ex ſententia confirmante, non ex prima cōfirmata vt not.glo.& doctor. in.l.cos.C.de appella.nimirum ergo quod ea ſententia confirmata per iudicem appellationis confirmantem executioni demandetur. Si vero appellatio deferatur tunc exequutio ſententiæ fit per iudicē à quo ita tradunt Bar. Bald. & doctores in.l.ſi contra. C.de appella. Bald.in.d auth.ſi quis litigātium. not. Rober. Mar.in Spec.aduo.6.par.in 3.& vltimo actu. nume.6.

REGVLA. D.CLXXVII.

Sententia regulariter nō vitiat falſa cauſa expreſſa in ea,niſi per appellationem, vel alio remedio reſcindatur. ita ſentit gloſſ. in.l.is ad quem. ff. de acquiſi. hæredi. vbi latè Imo. idem

idem posſ Ang.in.l.qui Romę.§.duo fratres.col.13.ver. Et propter prædicta.ff de ver.obliga.

Limita ſeptem modis, vt per Felin. in cap. ſicut.de re iudi. col. 10. cum duab.ſeq.

ANNOTATIO.

Adde Sebaſti.Vanti.in tract. de nulli. rub. de nullit. ex defectu proceſſus.nu. 126. cum ſeq.Hiero.Grat.conſi.77. nu.1.vol.2.Soci.cõſil.18.ver.Et hoc etiam circa medium. volu.1. Matth.in not.18.vbi doctus. Gab. Saray.eius additionator hoc notat.

REGVLA. D.CLXXVIII.

Sentẽtia lata ex probationibus priuilegiatis, nunquam tranſit in rem iudicatam, quia ſemper poſsit retractari ex probationibus melioribus, not. Inno.in.c.tua de cohabi.cleri.& mul. in glo.magna, in verbo, ſed eſt mirabile. quod reputat mirandum & ſequitur Ang.in.l.1.C.ſent.reſci.non poſſ. & in.l. Diuus Traianus.ff.de re mi.& in.l.ſub ſpecie. C.de re iud.

Limita hoc procedere in probatione priuilegiata, procedente inuita parte: ſecus in ea quæ procedit ex mera voluntate partium. ita limitat laſ.in l.admonendi.col.10.ff.de iureiur.

ANNOTATIO.

Adde circa iſtam regulam.24.caſus.in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam quos diligenter congeſsit Rob.Mar.in ſuo aduocatorum ſpecul.3.part.6.par.à nume.130. vſque ad numerum.153. Illud tamen notandum eſſe cenſeo, quod in omnibus cauſis in quibus ſententia non trãſit in rem iudicatam debet ab ea appellari intra terminũ à iure ſtatutũ ſi ab ea appellandum eſt alias lapſo termino appellari non poteſt, ſed ſolum per modum querelę poſſunt tales ſententiæ reuocari.glo.inſig.in cap fraternitatis in glo.mag.ad finem. de frigi. & malefic. quam dicit ſing. Abb.ibi.idem Abb.in.c.lator. de re iudi. vbi Imo.& Fel.nume.1.idem Abb.& Deci.in.c. ſua de appel.glo.not.in.c.ad.4.reprimendum de offici.ordi quam Abb.ibi communiter receptam eſſe fatetur quam glo. dicit ordinariã Fran.in rub.de appella.nu.30. & eam appellat ſing.idem in.c.Nicolao eo.ti.col.fi.

Ex quo primo ſequitur quod cum ſit maxima præſumptio pro ſententia à qua non fuit appellatum, quæ facit de non ente ens, & de falſo verum, & de albo nigrum ſecundum laſ. in.l.Iulianus.in.2.ff.de cond.in.d.is qui velit eam improbare debet omnino eius errorem probare.glo.in.d.c.lator.quam fatetur eſſe cõmuniter receptam D. epiſcopus Sego.in lib. 4. decret.c.8.§.12.nu.12. quæ probari poteſt ex capi.cum inter.eo.ti.l.Herẽnius. §. Caia. & ibi glo.ff. de euicti.& ex not.in.c.in præſentia.de renũtia.& Alci.in tract.de præſum. reg.3.præſump.3.

Secundo hinc procedit, quod ad hoc vt ſententia hęc reſcindatur oportet quod condemnatus nouo vtatur libello, quo poſtulet negotium iam ſententia erronea & falſa diffinitũ, iterum ad iudiciale examen deduci primamque ſententiam veritate iam comperta reuocari quod arg.glo.probatur in.d.c.ad reprimẽdam. quam Abb.& doctores ibi ſequuntur.

Tertio hinc emanat iſtam nouam querelã proponendam eſſe coram eo iudice qui primã ſententiam pronuntiauit vel coram eo qui per ſimplicem querelam adiri poteſt. non autem coram Archiepiſcopo Metropolitano qui iudex eſt ſolum in cauſa appellatiõis inter ſubditos epiſcopi tex.in.c.venerabilibus in prin. de ſent.excommu.lib.6.& in.c.paſtoralis.vbi glo.& doct.de offici.ordi.

REGVLA. D.CLXXIX.

Sententia tempore pronuntiationis ab ipſo iudice legi debet. probat tex.in.c.fin. de re iudi.in.6. Bal.in.l. hac cõſultiſsima. C.q̃ teſt.facere po.

Limita duobus modis, vt per Bal. vbi ſupra.& per Domi.in.d.c. fi. vbi limitat tribus modis.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.l.1.&.2. C. de ſent. ex breui. recit.Hoſti.in ſumma.ti.de ſenten.§.ſequitur in prin.Feli.in.c.ſuper quæſtionum.nu.7. de

officij.delega.& in.c.ſciſcitatus.col.5. ver. illitera.de reſcrip.Lanfran.decia.in.c.quoniam contra.c.10.de interlocutorijs & appell.nu.8. Seuas.Vanti.in tract.de nullit.rub.de nullitate ex defectu proceſſus.nu.85.

REGVLA.D. CLXXX.

Sententia lata nō viſis actis,vel ſine prēuia cauſæ cognitione. eſt, ipſo iure nulla:hanc regulam ponit Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. col.6. ad finem de conſti quam probat verā terdecim fundamentis per duas colūnas ſeq.

Limita hanc concluſionē ſex modis, vt per.Feli.ibi.col.9.cū ſeq.per quas reducuntur ad concordiam octo oppoſitiones ſeu fundamenta pro cōtraria parte adducta per eundem.Feli.ibi col.5.in fine cum ſeq.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.l.fin.& in.l.ſi iudex.C.commi.vel epiſto.& facit tex.pro iſta reg.in.c.pōderet.50.dict.& in.c.Deus omnipotēs.2.q.1. & in.c.quęro.6.q.1.& in.c.ſummopere.11.q.3.& in.c. Hericus de pœni.diſt.1.& in.c.cū ex literis.de in integ.reſti.tradit Bar.& ibi cæteri doctor.in.l prolatam. C. de ſent. Alex.in in.l.2.nu.9.C.de edend & in conſ.213.nu.4. vol.7.Iaſ.in.l.4.§.ſi iudex.nu.15.ff.de re iudi. & doctrinā noſtræ regulæ cōmunē eſſe fatet Pari conſ.79.nu.3.vol.1. Cauſæ enim cognitio & examinatio requiritur,quę nedū ad iudicij ſolennitatem.verum etiā ad naturalē iuſtitiam conſeruandam adinuenta eſt. Naturali rationi conuenit, vt quis prius cognoſcat, id ſuper quo iudicare debet: propterea dici conſueuit, quòd cauſæ cognitio à iure diuino deſcendit, vt inquit Abbas.in cap.1. de cauſ. poſſ.& propri.Et propterea iudices à præcipitatione ſententiarū abſtinere debēt,quia præcipitatio dicitur nouerca iuſtitię.tex.in Clem. paſtorali.§.verum.de re iudi. not. Hippol in .l ſtatu liber.nu.2.ff.de quæſti.Lenta enim virtus & cunctatrix non antea iudicat, quā quod honeſtum & decorum inſpexerit: velox autem iniquitas, quæ ad nocēdum occaſionem quærit,omnia præcipitat,vt dicit tex.in.c. inter hæc & hircum.in.1 de pœnit.diſtin.3.& facit tex.in.c.illa.11.q.3.not.Spe.in ti.de aduocato.§.hīc dicēdum.col.2.Vnde ſi vna die magnus aliquis cauſæ proceſſus iudici præſentetur & ſequenti die eius ſententiam pronuntiaret,erit equidem talis ſentētia ipſo iure nulla:cùm in tam breue interuallum & modicū temporis ſpatium,iuris præſumptione nō potuerit merita illius cauſę videre,ac mature ſuper his conſiderare & deliberare. Id circo talis ſententia quaſi prēcipitata ac temeraria & (prout præſumitur) iniuſta admittenda non eſt,ſed tanquā nulla reijcienda.ita voluit Bar: in.d.l. prolatam. ſequitur Abba.in. c. aſſerte. col.2.de præſump.& in cap.cum ex literis.8. not.de in integ.reſti.Deci.conſi.295.col.vlti. lib.2.Alex.conſ.218.col.fi.lib.2. Ancha conſ. 36.col.2.& conſilio.255. Pari.in.d.conſil.79. Capi.Neapo.deciſ.69.nume.35.& doctrinam iſtam plures ſequuntur quos Feli.refert. in.c. quoniam contra.col.16.ver.Secundo declara. de proba.& vbique doctores ſequuntur.vt dicit Iaſ.in.l.ſi is apud quem col.4.in fine.C.de edendo.& communem eſſe opinionem fatetur Sebaſt.Vanti.in tract.de nullit.in rub.de nulli.ex defectu proceſſus.nu.34.* & ſequitur eam Rober.Maran.in ſuo Spe.aduoca.4.par. Sexta decima diſt.iudi.nu.12.

REGVLA. D. CLXXXI.

Sententia latà contra procuratorē offerentem ſe liti ſine mandato, tradi/tur executioni cōtra eum.probat tex. in.l.4.in prin.ff.de re iud.& in.l.Plaucius.ff.de procur.

Limita tripliciter, vt per Roma. Alex.& Iaſ.in.d.l 4.in prin.

Primo, niſi procurator iuſto errore putaſſet ſe habere mandatum: vel ſi credebat mādatum quod habebat eſſe legitimum cum non eſſet & hoc etiam iuſto errore.

Secundo fallit,niſi aduerſarius ſciret offerentem ſe liti carere mandato iura quæ ipſi allegant vide per te.

ANNOTATIO.

Adde Ioan.And.in addi.ad Specul.titul.de execu-

executione senten. §. sequitur ver. sed pone lite contestata. Sebasti. Van. in tract. de nullita. rub. de nulli. ex inha. seu defectu mād. comp. nume. 72. & Mar. Anto. Nattæ consil. 5. nu. 7. vol. 1.

REGVLA. D. CLXXXII.

Sententiam pro se latam non licet allegare iniustam esse, eo quia allegare turpitudinem propriam nō est licitum. tex. est in. l. si seruus. §. si hęreditas. ff. de lega. 1. Faciunt notata per Bar. & doctores maxime Ias. in. l. iusiurandum & ad pecunias. §. procurator. ff. de iureiuran. glo. & doct. in. c. inter dilectos. de dona.

Amplia vno modo, & limita duobus hanc regulam, vt per Ias. in. d. §. si hęreditas. col. 2. nu. 4. & 5.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam istam, vt compertum habeas quando turpitudo propria possit allegari, quę author noster scripsit supra in reg. 24. incip. Allegans turpitudinem & ipse ibi annotaui.

REGVLA. D. CLXXXIII.

Sententia lata contra absentem, pręsumitur magis ratione contumaciæ, quam ex eo quod iniustā causam habuerit. per tex. nota. in. l. si ideo. ff. de euicti. & probat. tex. in. l. Papinianus. §. meminisse. & in. l. qui repudiantis. ad finem. ff. de inoffici. testa. Et vide Gardi. in Clem. 1. col. 4. de re iudi. & corrobora regulā istam vt per Fel. in loco infra allegando.

Limita quinque modis, vt per Feli. in. c. cum Bertholdus. col. 8. cum trib⁹ sequen. de re iudi.

ANNOTATIO.

Testamętum in quo filius est in potestate institutus sub conditione casuali vel mixta, si in eius defectum nō sit exhęredatus, est nullum.tex.in.l. si pater.C.de institu.& substi.& posui supra in reg.incip. Filius in potestate, &c. Aduerte tamen quod illa lex est hodie correcta, imo tunc talis conditio de medio reijcitur vsque ad legitimam filij, & valet testamentum conclusio est sing.glo.in.d.l.si pater. & in.l.suus quoque.ff.de hęredi.insti. voluit aperte Bar.in.d.l.si pater.licet alioqui contrarium teneat col.1. pro qua opinione ipse inducit tex.in.l.scimus.§.cum autem. C. de inoffi.testa. quam conclusionem gloss. & Bar.sequitur.Ias.in.d.l. si pater col.14. vbi refert plures idem tenentes, & dicit hanc esse veram & communem opinionem.in col.seq.

Limita quatuor modis, vt per Ias. vbi supra in duab.col.seq.

ANNOTATIO.

Adde tex.hāc regulam probantē in.l.filius

à patre.ff.de libe.& posthu.& in.l.suus quoq; in prin.& in §. puto & in.l.Cornelius,& in.l. iam dubitari.ff.de hęred.instit.Hodie tñ vt asse uerat nr̃ author tale testamentũ in quo casualis vel mixta conditio interposita est valeret reiecta conditione.quã opinionem cõmunem esse fatef Paul.in.l si pr.C. de instit.& substit. vbi Corne.col.3.& Lance.Dec.in fine & ibi quoq; Philip.Dec.dicit communem & licet eã impugnet dicit tñ quod à cõmuni in iudicã do recedendum non est.Soci.cons.234.nu.1. lib.2.Cur.iuni.consi.148.nu.9.Soci.in.l.Cẽturio col.vlti.ff de vulga.Imo.& Paul.in.l su⁹ quoq;.ff.de hæred.instit.idẽ Imo in.l.vlt.ff.de condi.instit. Benedi.de Benedr. consil.40.in prin.Iacobi.de sctõ Georgi.in.d.l.si pater,nu. 14.vbi firmat ita se p tres sentẽtias obtinuisse Emanuel ab Acosta Lusitanus in.l. Gallus.§. & quid si tantum pag.112.ff.de lib.& posthu. Grego.Lupu.in.l.9 ti.4 par.6. Iane etiã fatetur esse cõmunem sententiam Rodo.Suar.in.l. quoniã in prioribus.1.ampli. Cõtrariam tamẽ sententiam videlicet,quod tale testamentum etiã hodie non valeat,nec cõditio reiciatur tenẽt Bar.cons.13.incip. Ex facto.nu.2. idẽ etiã sequuntur.Iacob.de Rauena Rayn.Cin.Ang. & Fulgo.in.d.l.si pater. Bal.in rep.l.in suis.ff. de lib.& posth.col.fi.Ang.in.l.maximũ vitiũ. C.de libe.preter. in lectura Florentina.& in consi.117.incipi.Domina Catharina. Anton. de Butrio consi.67 incip. Visis actibus. vbi dicit quod semper opinio hæc sic placuit,& hac dicit esse cõmunem opinionẽ Albert. Barb.in repe.d.l.si pater. nu.180.& in.1. Centurio in fi.ff.de vulga.sed primã cõmuniorẽ & tenendã esse fatetur Ferd.Mencha.de success.creti. 1.par.li.1.§.10.nu.196.cum seq.quem vide.

REGVLA. D.CCXXVIII.

Testamentũ per contra tabulas rũpere non potest, qui nõ succedit ab intestato regula est quam colligit Ias.ex glo.ibi in rub C.vnde.lib.

Limita tripliciter, vt per eum,ibi.

REGVLA. D.CCXXIX.

Testamentum non valet, si testes non vident testatorem, licet sint post aliquam cortinam circa lectum ipsius tenent Ang.Bar.& Alb.in.l.si nõ speciali per illum tex.C.de testam. & ita communiter tenetur secundum Alex. ibi.2.col.idem voluit Hippo. qui bene loquitur in materia in rep.rub.C. de proba.col.68.& Cępol.caute.230. incip. Quando quis nõ potest ex quo reprobat glo. quæ voluit contrarium in.l.3.§. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen.in ver.audierit.

Amplia etiam si testes habeant notam vocem testatoris ita Alex. post alios vbi supra & Felin.in.c.prẽterea de testib.

Limita primo notabiliter, quando cortina non esset adeo contexta, vel concluſa, vt testes licet cum aliqua difficultate, possent videre testatorem.ita tenet Bald.in. d.l. si non speciali.vbi Ias.2.col. hoc commendando sequitur,& isto casu saluat prædictam glo.

Secũdo sing.limita in codicillis,seu in donatione causa mortis:quia in eis est idem quod in actibus inter viuos, in quibus testes dicto modo probant. ita tenet Alex.in.d.l. si non speciali. col.2.& allegat Matthæsi.in quodam sing.qui hoc originaliter tenuit quem refert corrupte nam debet allegare in sing.125.incip.Nota quod licet regulariter valeat testimonium. Et hoc est vtile in practica secũdum Ias. quia omnia ferè testamenta habent clausulam codicillarem.

ANNOTATIO.

Adde quod huius regulæ doctrinã cõmunẽ esse resoluũt Petr. Rauen.in alpha.aur.in ver. Aqua pluuia.col.3.fol.8.Dec.in cons.354.incipiẽ.In casu proposito.nu.1. & Parisi.cõs.33. col.1.li 2.Corne.cõsi.18.incip.In nomine dñi nu.4 lib.2.Idem Corn.consi.166.in prin.lib. 3.Rimin.in.l.si non speciali.nu.3.C. de testa. Iulius Clarus lib.3.receptar. Senten. §.testamentũ q.59.Ferdi.Mencha. de succeſſ. crea.

lib.

lib.2.par.1.§.14.nu.1.Et licet Deci.in.d.cõs. ab ea recedat,tenẽda tñ est cõmunis sententia quę rationi & iuri cõsona est,& manifeste probatur in.l.si non speciali.C.de testa. ibi in cõspectu testatoris & in.l.si vnus. C.de testa.in verbo corã testatore. & vide regiã.l.1 ti.2.lib. 5.ordi.vbi *deuen ser presentes a lo uer otorgar.* Et glo.in.d §.Labeo,quam in principio huius regulæ allegat author quę contrariam opinionẽ fuit professa,communiter reprobatur teste Rapha.ibi quẽ refert & sequitur Corne. consi. 200.litera.G.li.2.Pore.insti.de testa.in prin. nu.8.Baueri.in.§. Sed hæc quidem. nu.4.in fine eod.ti.

Et vnicam ampliationem quã hic adducit author sequitur Cyn.in.l.testiũ.4.q.C.de testa. & communem esse testatur Iaſ.in.d.l. si non speciali. nu.7.& Par.in.d.consi.

Secundo tu amplia regulam, vt neque per statutum possit contrariũ stabiliri. ita tenent Ange.& Paul.in.l.3.ff.de testa. vbi scribunt, quod licet valeat cõsuetudo,per quã diminuitur numerus testiũ in testamentis.arg. tex. in c.cũ esses de testa.& in.c.relatũ.eo.tit. non tñ potest p consuetudinẽ induci,quòd testes nõ videãt testatorẽ,quia alias daretur occasio falsitatis cõficiẽdę.quod refert & sequitur Iaſ.in.l. cũctos populos.in.3.q.prin.Bar.C.de summa Trin.& fide catho.& sententiã hanc veriorẽ esse censeo licet his non allegatis contrarium tenuerit doctissimus Ferdi.Mencha vbi paulo ante eum allegaui.

Tertio amplia,vt non sufficiat quod aliqui ex testibus testatorem viderint, sed tot testes requiruntur qui eum viderint,quod ad firmitatem testamenti sunt necessarij.vt bene probat And.Alcia.conſ.509.nu.1.

Quarto nouiter amplio regulam, etiam si ecclesia vel alia pia causa hęres fuerit instituta ita teneo contra Corne.consi.18.supra allegato vol.2.quẽ sequebatur Gabr.Saray.in anno. ad Matthæſc.nota.120.Nullum equidem priuilegium ecclesiæ vel quantumuis causæ aliç priuilegiatæ tribuẽdum est,per quod ansa detur committendæ falsitatis: imo potissimum ecclesia ab hoc debet abhorrere,maximè quia hæc est quædam solẽnitas intrinseca ad veritatem actus testandi & habet aliqualiter admixtam quæstionẽ voluntatis,ex quo fuit introducta,vt apertius constet de testatoris voluntate vnde nec testamẽtum factũ inter liberos,quã tumcũque sit priuilegiatum valet ex defectu voluntatis. Bar.in l. hac consultissima. § .ex imperfecto.C. de testam. vbi Iaſ.col.1.in fine Alex.nu.3. & cõmunem opinionẽ esse asseuerat Cor.ibi.nu.2.vbi etiam Paul.de Castro. nu.3. dicit q̃ ita tenent oẽs.eandem asseuerãt esse cõmunem sentẽtiam Alex.consi.76.nu. 13.lib.3.Iaſ.consi.155.col.2.lib.2. quem refert Ioan.Ilec.D de arte testand. ti.2.caut.vlti.nu. 6. Rubeus consil.94.post nu 3.Soci.Iuni.cõs. 147.nu.30. & seq.lib.2.subdens non esse ab ea in iudicãdo recedendũ eam dicit communem theoricam Besset in repet l.1.nu.176.C. de sacro.eccle.& hac ratione fere omnes limitationes quas Ferdi. Mencha. huic regulæ in loco nouissimè allegato constituit corruere videntur.Et vt compertũ habeas candide lector, quo pacto mille committerentur fraudes nisi testes testantẽ apertè vidissent, audi mirabile factum quod hac tempestate contigit. Quędam equidẽ mulier omni imbuta scelere maritũ statim postquã ab hac luce emigrauit è lecto extrahi fecit,& quendã aliũ eius loco supposuit,qui fenestris thalami fere clausis,ciusq; capite pannis inuoluto,simulãs se vix propter infirmitatem loqui posse, condidit testamentum.in quo mulierem illam hęredem instituit,& alijs diuersa legata reliquit, & testes oẽs arbitrabantur ipsum esse eius maritũ, qui quasi in extremis laboraret.fuit tamen postea quasi diuino miraculo res omnis detecta, mulier vero ipsa & tabellio qui soli erant fraudis conscij,debitas pœnas timentes fuga se incolumes reddiderũt. quod refert Iuli.Clar. vbi supra allegaui.

Secundam vero huius regulę limitationem quatenus regulam limitat auctor vt non procedat in codicillis,impugnat Corne.in.d.consil. 18.& Alci.in.d.consi.509. militant equidẽ in hoc casu omnes fere rationes propter quas in testamentis solẽnitas hæc fuit stabilita & ideo de similibus ad similia procedendum est. l. non possunt.ff.de legi.capi.inter cætera.de rescrip.Et id quod obiter asseuerat author in hac limitatione,quod in contractibus non requiritur quod testes videant contrahentes,si eorũ voces notas habent.tenet glosſ.in.l.2.§. idem Labeo.in verbo,audierit.ff. de aqua plu. arcend.quã fatentur esse cõmuniter approbatã Alex.nu.6.& Iaſ.nu.9.in.d.l. si non speciali. & sequuntur cõmuniter Canonistæ in.c.ex literis.de consue.& in.c.prętera. de testib.Bal. in.l.conuenticulam.col.7.C.de episc.& cleri. Quanuis hanc receptam sententiã impugnet Corn.in allegato consi.18.nu.7.& Pontanus

in.d.l.ſi non ſpeciali.retenta tamen communi ſententia.vt eam appeliat Alci.conſ.5.nu.7.

Primo ex ea infertur,quod ſi vir & mulier erant in aliquo cubiculo incluſi, & teſtes qui erãt extra cubiculũ audierunt, qualiter vir dixit quod eã accipiebat in vxorem,& ſimiliter mulier in hoc conſenſit:probãt licet mur⁹ ſit in medio ſi deponunt,quod contrahentiũ voces notas habent ita tenet Specu.ti.de teſta §.1.ver.Quid ergo.ſequitur Laſ.in.d.l.ſi nõ ſpeciali.C.de teſta quod currentibus alijs admitti cuſis admittit Bartho. Cæpo.caute.230.nu.3.

Secundo inferunt ex hoc Paul.& Laſ.in d. l.ſi non ſpeciali . quod ſi creditor facit venire duos teſtes,quos incluſit in cubiculo vicino deinde interrogauit debitorem an deberet ſibi centum vel mille,& forte quia ille nullos videt teſtes confeſſus eſt debere, certe teſtes illi ſi poſtea de illa cõfeſsiõe facta in præſentia partis depoſuerint, ꝓbationẽ faciũt.& iſta eſt pulchra & vſitata cautela ſecũdum Laſ.vbi ſupra.

At ſi vox nota non eſſet & factum aliquod nocturno tẽpore contigiſſet, teſtes q depoſũt ſe vidiſſe,tanquã falſarij repellerentur ſecundum Laſ.vbi ſupra.nu.10.Bal.in.l. Aretuſa ff. de ſta homi.idẽ Bal.& Ang.in l.ſi cum exceptione §.in hac.ff.quod met⁹ cauſa Ang. in.l. 1 §.interdũ.ff.ſi pars hęredi.peta. quo ſi contẽa iudices maleficiorũ,qui etiã in cauſis capitalibus contrariũ obſeruant ſumme notandũ eſt.

Item intellige ſuperiorem cõmunem ſentẽtiam,vt non procedat quando aliquis ex contrahẽtibus infirmitate laborabat , quia ſi teſtes eum non viderunt non probant etiam ſi dixerint ſe habere notam vocem illius,quia ęgrotorum voces de facili finguntur.Secundũ Ioan. de Imo.in.d.§.idem Labeo. & Roma.in d.ſi non ſpeciali ſequitur And.Alci. d conſi. 509. nu.4.Ex quo iuris eſſe expeditiſsimi cenſeo quod etiam ſi vera eſſet hæc ſecunda authoris limitatio, quod regula iſta locũ non habeat in codicillis,eſſet ſublimitanda:vt nõ precederet in hoc caſu qñ is qui codicillũ facit eſſe ęgrot⁹, quia neceſſarium eſt quod teſtis eũ viderit.

Hanc regulam ſic declaratã cum viginti limitationibus conſtituit Ferdi. Mẽcha.in tract. de ſucceſſ.crea.lib.2.par.1.§.14.nu 3.cũ ſequ. quæ fere omnes dubiæ ſunt,per ea quæ ſupra. in.4.ampliatione dixi.

REGVLA. DCCXXX.

Teſtamẽtum imperfectum ratione ſolẽnitatis omiſſæ valet inter liberos tantum.tex.eſt in.l. hac cõſultiſsima. §.ex imperfecto.C.de teſt.Et idem diſponit.l.7.ti.1.par.6.

Amplia dupliciter,& limita ſex modis,vt per Laſ.ibi col.1.& 2.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.l.fin. C. fami. hercis. & late Deci in conſ.159.incip.Caſus.nu. 3.quo loco materiam huius regulæ reſoluit.& Boeri.deciſ.240.

Amplia primo iſtam regulam, vt tale teſtamentum minus ſolenne factum inter liberos dicatur proprie teſtamentum . & ratio eſt, quia teſtamenti ſolennitas eſt de iure poſitiuo, vnde per ius poſitiuum poteſt minui vel augeri,vnde non minus propriũ eſt teſtamẽtum cum duobus teſtibus factũ, quã ſi centũ haberet ſi per legẽ poſitiuã ſuſtineatur.ita nouiſsime probat Ferd.Mẽcha de ſucceſsi. crea. lib.3.par.1.§ 21.nu. 48. Licet cõtrariũ tenuerit Laſ.in.d.§.ex imperfecto.col.pe.& ibi Cur. nu.2.poſt Bar.in rep.l.vlti. C. de ſacro eccle. Ex quo clare ſequitur quod in tali teſtamento non ab inteſtato ſed ex ipſo teſtamẽto ſuccedi tur.ita Bar.& Fulgo.in.d §.ex imperfecto vbi Alex nu.2. & Cur.nu.23 fatentur hanc eſſe communem opinionẽ eandẽ dicunt cõmunem Deci.conſ.610.nu 3.& ſubtiliſsim⁹ Emanuel Acoſta in.l. Gallus.§. & qd ſi tantũ.par.1.nu. 43.ff.de lib.& poſt.qui qd in cõtrariũ tenuerit glo.in.d.§.ex imperfecto quã ſequitur ibi Laſ.col.pen.

Secũdo amplia, vt tale teſtamentũ imperfectũ valeat inter liberos ab inteſtato nõ ſucceſſibiles(puta) quia ex diſpoſitione alicui⁹ ſtatuti fœminæ ſtatutis maſculis nõ poterãt ſuccedere.hoc equidem caſu tale teſtamentũ valet inter ipſas filias non ſucceſsibiles,quia licet ab inteſtato ſuccedere nõ poſsint , poſſunt tamẽ ex teſtamẽto ſuccedere.ita tenet Fulgo in. d. l.hac conſultiſsima.§.p nuncupationẽ.Roma. conſ.179. Alex.& Laſ.col.6.in.d.§ ex imperfecto. & iſtã dicit communẽ eſſe ſententiam Guil.Bene.in rep cap.Rainuntius.in verbo,teſtamentum.1.nu.81.de teſta.

Tertio amplia, vt regula procedat etiam in filijs legitimatis.ita Bal.in.c.de cauſis de offic. de lega.ſequitur Laſ.nu.20. & ibi Cur. nu.5. Guil.Benedi.in d.verbo teſtamentum nu.83. quã ſententiam communẽ eſſe teſtantur eam ſequuti Boeri.deciſi.251.poſt.nume.14. Iuli.

Clar.

Clar.lib.3.recep sent.§.testamentũ.q.12. ver. sed quid.& opinio ista tenẽda est quidquid in contrarium tenuerit Deci.consi.610.nu.3.

Quarto amplia,in testamento facto a matre in quo instituat filios naturales vel spurios, qa ij matri abintestato succedunt, non secus quã legitimi tex.est in.§.nouissime insti.de orfici. nisi mater sit illustris.vt in.l.si qua illustris.C. eod.ti.quã opinionem cõmunem esse fatẽtur Alex.in.l.ex facto.§.si quis rogatus.in primo post nu.45.ver.vnde quia.ff.ad Trebel.Natt. in.d.§ ex imperfecto.nu,74.& nu.78. Boeri. decisi.240.nu.14. vbi dicit quod oẽs in hoc cõueniunt,nisi mater sit illustris.idẽ asseuerat Guil.Bened.in.c.Raynuntius fol.156.nu.84. de testa.Iuli.Clar.lib.3. recep.sent.§. Testamentum.q.12.& tradit noster Anto.Gome.in l.3.Tauri nu.54.allegãs multos idem tenẽtes.

Quinto amplia,vt procedat in filijs emãcipatis tex.in.l.vlti.C.fami.hercis.ibi, vel emãcipatis quos prætor ad successionem vocat.

Sexto amplia,vt procedat hæc regula etiam si filij in tali testamento minus solẽni inęqualiter fuerint hęredes instituti ista est cõmunis opinio.vt per Ias.nu.4.& Deci. nu.37.in. d. l.hac consultissima Paul. & Areti.in.d.§. ex imperfecto Cuma.consi.113.col.1. Alex.cons. 146.nu.12.vol.2.Deci.in.l vt liberis.nu.3. C. de colla.Rimi.col.2.Corn.nu.5.Mar.Anton. Baberi.nu.63.in.d.§.ex imfecto.Mar.Anto. Nattæ.consi.423.nu.10,vol.2.Barb.cons.58. vol.4.Hiero.Grat.consi.90.nu.43.vol.2.Parisi.consi.34.nume.27.& nu.50.vol 2.Boeri. decisi.240.nu.9.Ferdi. Mench.vbi hãc dicit cõmunem opinionẽ de successi.crea.§.21. nu. 64.Grego.Lup.in l.7.ti.1.par.6.Telliũ.Ferd. in.l 3. Tauri.1.part.nu.21.& post hæc scripta legi quòd hanc etiam sententiam tenet vir doctissimus & magni nominis aduocat9. D.Burgos de Paez.in.d.l.3. Tauri.1.par.2. concl.nu. 58.& Eman.Costa in rep.c.si pater. 1. par. in verbo in suo testamẽto.nu.2.de testa.in.6.cõmẽ.testatus. Quãuis contrariã opinionem tenuerit Roma consi.179.col.7.& consi.385.col. 2.Deci.consi.105.col.vlt.D,episc. Sego.in.c. Raynun.§.1.nu.3.de testa. & plures alii quos refert insignis Padilla in rub.C.de si leicõ.nu. 3. quorũ ipse magis cõmunem opinionẽ asseuerat. Et licet Curtius in.d.§.ex imperfecto. quadam distinctione conetur hanc controuersiã componere asseuerans, quod si est magna inęqualitas non valeat testamẽtum,secus alias.ipse tamen primam opinionem quæ cõmunior est sequor, quam exposa Curtij distinctione indistincte sequitur Antoni.Nattæ in repe.d.§. ex imperfecto. q.11.nu.63.& Ema.Costa vbi paulo ante allegaui. nume.3. Quia dubium non est quin licitu sit parẽtibus inter viuos bona sua inter filios inęqualiter diuidere,dũmodo per talem inęqualitatem nullius legitima lędatur, vel minuatur.l.parẽtib9. C.de inoffi.testa.l.si pater.& in.l.quæ pater. ff.de fami.her.& in.l.quoties.C.eo.ti.& in tali diuisione sufficeret probatio & solennitas iuris gentiũ. Ergo similiter eadem solẽnitas sufficere debet quando id pater in vltima volũtate fecerit.vt in.d.§.ex imperfecto. igitur si liberi dispariter instituti integras habent legitimas, cur testamentum non valebit,& si alicuius legitima diminuta fuerit, tunc similiter testamẽtum valebit supplebiturque legitima. vt in.l. omnimodo.C.de inoffi.testa.

Septimo amplia,vt regula ista procedat etiã in testamento cæci,quia testamẽtum eius minus solẽne factum inter liberos firmitatẽ obtinet.ita Bar.Aug.Sali.Paul.& Alex.vbi Deci. nu.37.in.l.hac consultissima.quanuis opinionem contrariã teneat Ias.ibi nu.4. & in.d.§. ex imperfecto.nu.4.sed prima opinio cõmunis est vt fatetur Ferdi.Mencha.in.d.§.21. nu. 66.quæ probatur in.l.vltim.C.fami. herci.ibi quibuscũque verbis,vel indicijs.quæ ratio militat etiam in testamento cæci, cæcitas equidẽ verba vel iudicia non impedit.

Octauo amplia,vt regula ista procedat etiã stante hodie in hoc regno regia.l.3. Tauri nã licet per eius dispositionem quo ad numerum testium.d.§.ex imperfecto sit correctus in cæteris tñ quæ ad priuilegiũ testamenti conditi inter filios spectant,ius cõmune illęsum remanet vt probaui supra in reg.482.limitatione.6.

Nono amplia,vt tale testamentũ imperfectum primũ perfectum reuocet. Alex.consil. 163.6.& 8.lib.7.& consil.156.nu.6.& consil. 172.nu.1.lib.7.Gui.Bened.in.d. verbo, testamentum.nu.82.

Decimo amplia vt non tantum procedat, in filijs tenentibus primum locum succedẽdi, sed etiam in vlterioribus.ita tradit Soci.in.l.2. nu.9.ff.de vulgari Corne.in.d.§. ex imperfecto.nu.3.vbi Mar.Anto. Nattę nu.107.versi. vigesimo quęro.dicit opinionem istam veriorẽ esse aduersus Papienses,testatur que secundũ eam consuluisse insignem doctorem Iacobũ de Puteo in ciuitate Placentiæ & eã sequitur Eman.Costa in.d.c.si pater.3.par.in verbo in-

terdum nu.84.de teſtam.in.6.

REGVLA. D. CCXXXI.

Teſtamentum ſi apparet cancellatum,& non apparet an id fuerit factũ voluntate teſtatoris,an non,tũc in dubio voluntate teſtatoris factum præſumitur.Sententia eſt Bar. in.l.ſi vnus. C.de teſta.cuilaſ.ibi aſſentitur in col. 2.quaſi ad finẽ de qua meliꝰ per Alex. col.pen.in prin.qui refert bonam diſtinctionem Ioan.de Imo.

Limita primo, fauore legati libertatis,& ad piam cauſam . vt per Bar. & Iaſ.ibi poſt alios col.3. poſt mediũ qui firmat oẽs doctores ibi ita tenere.

Secundo limita , qñ teſtamentum eſſet penes tertium ita Iaſ.ibi.col.3.

ANNOTATIO.

Adde not.circa regulam hanc quod cancellatio teſtamenti minime vitiat eum ipſo iure, ſed tantum ope exceptionis. glo. eſt cõmuniter approbata in.l.1.ff.de his quæ teſta. delen. Et vide circa materiã huius regulæ Antoni. Gom.in.l.3.Tauri.nu.90.

REGVLA. D.CCXXXII.

Teſtamẽtum factum inter liberos à patre non reuocatur per aliud ſecundum teſtamentum, niſi duo copulatiue concurrant. Primo q̃ pater reuocet expreſſe primum. Et ſecundum ſit factum cum ſeptem teſtibꝰ. deciſio eſt tex.in auth.hoc inter liberos.C. de teſta.quem ſic ſummat Iaſ.ibi Cõcord. l.8.ti.1.par.6.

Amplia dupliciter, & limita quatuor modis,vt per eundem Iaſ. ibi per vnam col.& dimidiam.

ANNOTATIO.

Adde late Deci.conſi.60.alias.264.incipi.reuocatur in dubium.1.&2.col.in.2.lib. & notabilius Socĩ.conſi.163.inci.Non fuiſſet opus.3. col.& conſi.229 col.vltim.lib.2.Roma.conſi. 179.col.penul.Ludo. Gome.in.c.1. nume 15. de conſti.lib.6.

REGVLA. D. CCXXXIII.

Teſtamentum perfectum non tollitur per imperfectum , niſi ſint ſcripti venientes abinteſtato corã quinq; teſtibus.ſolẽnis eſt caſus in.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autem teſtamentũ. C.de teſta.concord.l.22.ti.1. part. 6. in verb.fin.

Amplia ſemel & limita notabiliter,vt per Iaſ.ibi.1.& 2.col.

ANNOTATIO.

Adde late & diligenter Anto.Gome.in.l.5. Tauri.nu.97.cum ſeq.ex quo intelliges id in quo per regiam illam conſtitutionem huic regulæ ſit derogatum.

REGVLA. D.CCXXXIIII.

Teſtamento eodem non licet vti contrarijs remedijs,nedum eodem tẽpore,ſed nec diuerſis. Qui ergo à principio egit tanquam hęres directus, & tanquam teſtamentum valeat,non poteſt poſtea agere iure codicillorum, vel fideicõmiſſi.probatur iſta regula ex tex.in.l.fin.C.de codicill. vbi Iaſ. in col.2. ver. Nota ergo.eam firmat aſſignando rationem.

Limita quadrupliciter, vt per eundem ibi.d.col.2.& ſeq.

Teſtamẽtum vide ſupra in verbo, Clauſula lo.2.& 3.

REGVLA. D. CCXXXV.

Teſtatori permittẽs aliquem de re ſua,ſibi prę̃iudicat.text.eſt in.l. ſicut. §. venditiones. ff. quib.mod.pig. vel hypo. ſol.quem tex.reputat ſing.Bal. in.c.1.§.prętereа. quib. mod. feud. amit.& in.l.venditioni. C. de vſucapi.

pro

pro emp.& est similis in.c.1. in prin. de prohi. feud. aliena. per Fed. quem tex.Bal.ibi col.pen.ad hoc notat.

Amplia notabiliter, nedum quando testator legans rem alienam presente domino, sciebat alienam, sed etiam si ignorasset,& suam credidisset. ita tenet notabiliter Bald.& Sal. in.l. cum alienam. C.de lega.

Limita;quia ad hoc vt procedat regula, requiritur quod talis rei dominus expresse consentiat.nec sola præsentia cum taciturnitate sufficeret, ad inducendum consensum. Ita limitat d.§. venditioni. Alex.consi.20.vol.3. incip. Ponderatis his quæ in themate narrantur.in.6.col.quod refert commendando Iaſ.in.d.l.cum alienam. 2. col. vbi dicit hoc alibi in specie non legisse,& quod in hoc multi decipiũtur.& illud reputat mirabile idem Iaſ. in.l.cum proponas. la.1. prope fin. C. de pact.& vtrobiq; sequitur & commendat ampliationem Bald.& Salic. de qua supra & vide eundem in d.col. 2. vbi ponit aliã limitationem quam non refero, quia non opinor eam fore tantę vtilitatis.

ANNOTATIO.

Adde Guil.Benedi.in eleganti repe. capi. Raynuntius.par.1.in verbo,condidit.in.1. nu. 2.Ferdi.Mẽcha.de succesi.creati.2.par.2.lib. nu.8.Et circa regulam hãc illud notabis,quod is qui consensum dedit alteri vt de rebus suis testetur,non potest volũtatem mutare ad effectum, vt testamentum reuocetur.ita sing. tenet Bal.in.l.senium.C.qui test.fa.poss. sequitur Iaſ.in.l.si qñ.§.vltim.C.de inoffici. test.

REGVLA. D.CCXXXVI.

Testator habens aliquod ius in re quam legat,intelligitur tantum illud ius legare,cuicunque leget. tex. est in l.si domus. §.si fundus. ff. delega.1. & ibi not.docto.vbi glo.allegat concordãtes & vltra eã est tex.in.l.5.Titio & Meuio.& in.l.si domus.§.1. ff. de leg.2.

Amplia hanc regulam septem modis,& limita aliis septem, vt per Iaſ. in. d.§.si fundus.2.&3.col.

ANNOTATIO.

Adde tex.in.l.serui electione.§.vlt.ff.deleg. 1.vbi Bar.Bald.Ang.Iaſ.Ripa & Lance. Decilatissime huius regulæ materiam tractant.

Hanc regulam cõstituit etiã Anto. Gome. in.1.tomo de vltimis volun.c.12.nu.11.quo loco 6. amplationes ei cum quatuor limitationibus assignat & aliqua ex ea lectu non indigna infert.

REGVLA. D.CCXXXVII.

Testator si relinqt vxori suę vsum fructum omnium bonorũ,& post mortem eius aliquẽ instituit hæredem,tale legatũ vsusfructus nõ valet,quia non potest confirmari additione alicuius, secundũ opinionem aliquorum doctorũ.licet aliæ tres opiniones diuersæ reperiantur in ista.q.quas simul cũ præcedenti retulit Iaſ.in.l. extraneum.la 1.col.3.& 4.C.de hæred.instit.

Limita quatuor modis,vt per eum in.d.4.col.& seq. de quo vide Alex. in.l.filius à patre.in prin.col.4. cum duab.seq.ff.de lib.& posth.à quo habuit duas ex prædictis limitationibus ipse Iaſ.

REGVLA. D.CCXXXVIII.

Testator pignorando,vel hypothecando rem legatam non videtur legatum reuocare.tex est in.l.qui post testamentum.C. de lega.& in. §. si rem suam.insti.eod. & hoc nulla facta distinctione, an necessitate vel voluntate pignorauerit quod sentit gloss.in d.l.

d.l.qui post.in verbo,dedit, expresi⁹ Fab.in.d.§. si rem suam.ver. Idem rescripserunt.

Limita primo,si testator talem rem legatam pignorasset pro tanto, quod non esset verisimile illum luere eam, quia tunc illa pignoratio habet vim alienationis. Bar.sing.in.l.rem legatam.ver.fin.ff.de adim. lega. Fundatur per.l.antepe. in princi.ff.de lega. 3 & per.l.legata. in fine. ff. de supel. leg.tenet etiam Ang.in.d.l. qui post. & ibi Paul.quos ibi refert & sequitur Alex.& Iaſ.in prin.2.col.qui dat rationem,quia pignorare rem pro tãto quantum valet,censetur talis alienatio.& istam conclusioné vltra prędictos tenet Ioan. de Imo. in.d.versi. Idem rescripserunt.& Christopho.in §.si quis in ré.vbi legit.d.§.si rem.eod. ti.Pro quo facit not. dictum Bald.in l.volũtas.C.de fideicõmi. vbi dicit q̃ si dedi tibi ré cum pacto,ne exeat manus tuas,& tu pignoraueris pro æquivalenti pretio,per hoc videris contra conuẽtioni contraueniſſe,quia non est verisimile quod amplius lues dictam rem. quod refert & sequitur Iaſ.in.l.manumissiones.col.3.ff.de ius. & iure. vbi ponit alios doctores idem sequentes. Considera tamen quod Ioan. Fab.vbi supra videtur velle q̃ vt videatur legatum reuocatum isto casu,requiritur quod res sit pignorata pro quanto valet,& plus,& sit impotens pignorans ad redimendum,quæ si copulatiue debet cõcurrere,vt ipse dicit, restringit multum istam limitationem ideo cogita,quia alij doctores hoc non tangũt, sed videntur solum requirere,quod sit verisimile quod illam non luet, licet non sit impotens ad luendum:istam tamen principalem limitationem sublimita, quãdo testator pignoraret rem, quę fuisset maiorum suorum, quia tũc etsi pro quanto valet,pignorauerit,verisimile est quod eam redimet. ita dicit Paul.de Cast.in.d.l.qui post.& ibi sequitur Iaſ.in.d.2.col.& Alex. in fine licet Iaſ.eum non referat. idem tenet vltra eos Christopho.in . d . loco quando quis pignoraret fundum vicinum,uel domum parẽtum,vel librum in quo diu studuit,in quibus rebus cadit affectio, & sic verisimile est quod etiamsi pro iusto pretio pignorauerit, nihilominus redimet.

Secundo limita quando maritus,rẽ quam vxori donauerat, matrimonio constante pignori dedit:quia per hoc reuocatur donatio,& sic amplius morte non confirmabitur. Ita limitat Iaſ. in.d.l.qui post.2.col.per iura ibi allegata in glo. Quod intellige secũdum eum post Bar.in.d.l.rem legatã quãdo maritus specialiter obligasset rem donatam,secus si generaliter,quia tũc non reuocatur. quod vbi voluit ante eum Alex.quem ipse subticuit, & refert eosdem doctores quos ipse Iaſ.refert,& si bene aduertas ista non est limitatio,cum regula loquatur de reuocatione legati, & ipsi de reuocatione donationis.Rationem diuersitatis vltra Iaſ.ibi vide per glo.quam ipse nó allegat in.d.§.si rem . & per Fab.vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde regiã.l.17.ti.9.par.6.& ibi Greg.Alberi.Bal.& recentiores in.l.seciedum. §. possessor.ff.qui satisda.cog.Imo. Alex. & Areti. in.l.1.§ qui seruum.ff.de acqui.posse. Barba. in rub.de reb.eccle.non alien.nu 71. Stepha: Bertran.consi.1.incip.Viso processu.col.5. nu. 45.Fran.de Ripa.in.l.filiusfamilias §.diui.col. 1.ff.de lega.1.& in.l.1.col 3.nu.12.ff.de pigno. And.Tiraq.in lib.1.de retract.in prefatiõe nu. 36.Anto.Gome.li.1. de vlti.volũ.c.12.nu.39.

Hanc regulam vltra authorem nostrum, constituit Ioan.Lup.in rep.rub.de donati.inter

ter vir.& vxo.§.69.à numero tertio vsque ad numerum decimum,vbi in effectu easdem limitationes scribit quas hic tradit noster author & eum vide.

REGVLA. D.CCXXXIX.

TEstator si instituat aliquem hæredem,& si sine liberis decesserit,substituat Gayum,posito quod ille habeat filios, illi filij non intelliguntur tacite substituti: quia licet sint positi in conditione,non videntur positi in dispositione. Probatur ista cõclusio ex glo. quam ibi sequitur Bar.& alij in.l.Lucius.la.2.ff.de hæred.insti. in glo.fin. quam communiter approbari asserit Iaſ.in.l.generaliter.in.1.col.ver.secũdo ex ista.C.de insti.& substi.& in.l. legatis.C.de lega. & eam dicit magis communiter approbari idem Iaſ.in.l. 1.col.5.C.de pact. vbi per mediã fere col.refert doctores idem sequentes.

Limita primo,in legatis quia in eis tales filij videntur tacite substituti, & regula nostra procedit in hæreditatibus.ita limitat Iaſ.in.d.l.in legatis.in lectu.Floren.quã dicit pulchrã, notabilẽ & vtilẽ,& multũ sibi placere, qui refert rationẽ diuersitatis quã ibi tradit Ang.eam dicit sing.idẽ Iaſ.in.d.l. 1.in.d.5.col.licet de hoc dubitet.

Secundo limita,vt per eundem Iaſ. in.d.5.col. quam non describo, quia ipse asserit quod cõmuniter reprobat.

ANNOTATIO

Adde quod licet Ioã.Imo.in.l. Lutius.in.2 ff.de hæredi.insti.col.2.dixerit glo.illius legis in verbo liberos.quam hic allegat author esse sing.tamẽ similiter regulam nostrã probat alia glo.in.l.ex facto.§.ex facto in verbo, defeciſſet.ibi,& ita nec ipſi habent.ff. ad Trebeli. quã ibi not.Imo.19.dicens hanc esse cõmunẽ opinionem & veriorẽ.idẽ ibi asseuerant Alex. nu.3.& Ripa.nu.10.& huius regulæ doctrinã sequitur Bar.in.l.si cũ dotem. in princ.nu.10; ff.solu.matri.& in.l.si sic.in prin.nu.2.ff.de lega.3. Bald.in.l.cum acutissimi.nu.11.C. de fideicõmi.& in.l.quod satis.col.pe.C. de bonis quæ lib.& hanc cõmunem opinionem esse fatentur Soci.in.l.cum auus.nu.111.ff.de condi. & demonstra.quo loco huius rei veritatem diligenter resoluit.idem conſ.80.nu.4.vol.1.vbi dicit non esse ab hac opinione recedendũ & conſ.62.col.1.vol.3. Cuma.in.l.filiusfamilias. §.cum quis.ff.de lega.1.Petrus Gerar.de Petra sancta in sing.61.vbi diligentissimus Saray.in annot.Alex.in.l.1.C.de pactis nu.10. vbi Curtius Iuni.nu.13.Purpura.nu.112.Deci.nu.15. Iacobi.nu.5.Ripa nu.7.Alex.conſ.185.nu.15. vol.2.& conſ.13.nu.10.vol.4.Iaſ.in.l. Gallus. in prin.nu.44.ff.de libe.& posthu.& in.l.pecuniam quam.nu.1.ff. si certum peta. Curti. Iuni.conſi.63.& conſi.96.Deci.cõſ.270. col. 1.Ang.in tract.de testa.in glo.79.nu.2.Corne. in.l.1.nume.5.ff.de condi.in ser.& cõſi.146. nu.19.& 20.vol.2.Zasius in tract. de substi.c. 5.nu.36. & cap.7.nu.4. Ripa.in l.Centurio. nu.159.ff.de vulga.& pupi.vbi Lancel.Gal ibi in rep.nu.159.idem in d.§.ex facto.Paul.Pari. conſi.86.nu.6.2.par.Maria. Soci.Iuni. conſi. 111.nu.24.vol.1.& conſi.177. à numero vsque ad nu.28.vol.2.& conſi.58.nu.30.& conſ.141. nu.7.& conſ.180.nu.57.cod.vol. Ioan.Anto. Rub.in repeti.l.pater filiũ.nu.31.ff. de inoffic. testam.Eman.Costa in repeti.c.si pater de testa.6.in prima par.in verb.si absq; liberis.nu. 54.cum sequ.Gozad.conſi. 104.quod est vlti. nu.7.Bello conſi.81.nu.4.Aymõ Craue.cõſ. 109.nu.2.& conſ.155.nu.2.& conſ. 288.nu.3. Grat.conſ.106.nu.43.lib.2.Bertran.conſi.18. post medium lib.1.in.2.par.Emil.Ferr.in.l.1. nu.6.C.de pact.Guid.Pap.conſ.22.nu.5.Catelli.Cot.in memo.iuris in verbo, Filij positi in conditione.Rode.Suar.alleg.2.col.fin. Boeri.decisi.155. nu.17.Laur.Silua.conſi.53. nu.3. Ioan.Cephalus conſi.17.nu.13.D,episcop. Segoui.in.c.Raynuntius.§.3.nu.2,de testamen. Anto.Gome.lib.1.vari.resolu.c.5.nu 42. insignis Padilla in.l.cum acutissimi, nu. 46.C. de fideicõmiſſ.Dida.de Segura in.l.3.§. vlti. nu.178.ff.de lib.& posthu. Petrus Peralta in rub.ff.de hęredi.insti.nu.175. Nicol. Euerar. in topicis iuris ciuili.col.antepen. ver. Tertio istud Guald.de arte testand.tit.de substi.cau. 19.col.1.in fine & caut.24.& egregius vir Iulius Clarus lib.3.recep.sententiarũ.q.77.& dicit Guido Pape.decisi 39.nu.1.quod sententiã hanc seruat curia parlamenti Delphinalis. &

vltra

vltra ſupra allegatos qui omnes doctrinam noſtre regulæ dicunt eſſe communem eandem aſſeuerat eſſe receptam ſententiam Antoni. Corſe. in reperto. Abba. in verbo. ſubſtitutio. vbi ex profeſſo eam examinat & in eius comprobationem viginti fundamenta & rationes adducit, & teſtatur ſic ipſe conſuluiſſe & obtinuiſſe in cauſa. Sed potiſsime regulam hãc confirmat tex. in l. generaliter §. cum autem. de inſtitu. cum dicit imperator fideicommiſſi conditionem euaneſcere, neq; dicit filios grauati vocatos eſſe. Præterea dicit tex. ille filium naturalem grauatum reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſsiſſet, ſuſceptis vero liberis portionem in qua fuit à patre inſtitutus in liberos ſuos poſſe tranſmittere, igitur liberi illi in hac ſpecie habebunt portionem illam iure tranſmiſſionis à ſuo patre immediate, non vero iure fideicommiſſi à primo teſtatore quod ſi vocati illi fuiſſent, iure fideicommiſſi illam portionem caperent, non vero iure tranſmiſſionis l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de lega. 2. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. Secundo rem hanc adiuuat egregia deciſio text. in l. cum proponas in fine. C. de pact. vbi fideicommiſſum fratribus reciproce relictum à fratribus poteſt eorum pacto remitti, & manifeſtum eſt quod in tali fideicommiſſo intelligitur illa conditio, niſi liberi naſcerentur. l. cũ auus. ff. de condi. & demonſtr. l. cum acutiſsimi. C. de fideicõmi. Regia. l. 10. ti. 4. par. 6. & ibi Grego. Lopez. in gloſſ. *Siempre ſe entiende por derecho*. Et tamen remitti poteſt, ergo ſequitur quod illi liberi tacite ſubintellecti à iure non ſunt vocati ex diſpoſitione teſtãtis. Tertio non mediocriter receptam ſententiam ſuſcitat tex. in l. ex facto etiam agitatum. ff. de hæredi. inſti. vbi deciſum eſt quod ex illis verbis, ſi mihi ſeyus hæres non erit, Sempronius hæres eſto, à contrario ſenſu non videtur hæres inſtitutus. Sic igitur licet teſtator dixerit ſi ſine liberis deceſſerit non propterea à cõtrario ſenſu filij ex illis verbis intelliguntur eſſe ſubſtituti. Quarto ſimiliter ſuffragatur text. in l. ex facto §. ex facto. ff. ad Trebel. vbi deportatio patris grauati vt hæreditatem reſtituat, ſi ſine liberis decedat, nocet filijs in deportatione ſuſceptis vt minime ad bona paterna admittantur. Sed ſi filij illi cenſerentur vocati à primo teſtatore ſubſtituente nihil filijs grauati illius nepotibus paterna deportatio officeret.

Sed ſunt quamplurimi & non vulgaris authoritatis viri, qui doctrinam huius regulæ impugnando exiſtiment, hos filios in caſu huius regulæ eſſe a teſtatore ipſo vocatos. inter quos ſunt Old. & Salic. in l. 1. ff. de condi. inſer. vbi Alber. nu. 3. dicit opinionem hanc eſſe humaniorem. & multi eam ſequuntur quos allegat Ripa. in l. Centurio. nu. 159. ff. de vulga. & pupill. & in hãc partem adducit plures rationes Barb. in. d. l. cum acutiſsimi. nu. 186. & 16. fundamenta in eius confirmationem adducit Anto. Corſe. in rep. Abb. in verbo, ſubſtitutio. licet ipſe primam opinionem ſequutus illis ſatisfaciat Anto. Gome. alios allegans lib. 1. vari. reſo. c. 5. nu. 43. quò loco dicit quod in iudicando & conſulendo ipſe non recederet ab hac opinione. & hanc cõmunem eſſe fatentur Curtius Seni. conſi. 52. nu. 43. Barba. conſi. 55. nu. 8. vol. 2. Soci. Iuni. conſi. 158. nu. 31. vol. 1. idem Soci. conſi. 174. & conſi. 168. nu. 75. & conſ. 177. nu. 69. vol. 2. & conſ. 145. nu. 35. & conſi. 110. nu. 20. vol. 3. & hanc ſequitur Chaſſa. conſ. 14 nu. 1. Ioan. Coraſi. lib. 2. Miſcel. c. 19. Pariſi. conſi. 50. nu. 17. vol. 3. Fortuni. in l. Gallus. in prin. nu. 92. ff. de lib. & poſth. Forcatulus dialogo. 50. Sed primam opinionem tanquam veriorem & magis communem ſequor.

Primam vero limitationem huius regulæ ſequitur Cor. in l. in legatis. C. de leg. Iaſ. in l. pecuniam quam. ff. ſi cert. pet. Sed opinionẽ contrariam, imo quod huius regulæ diſpoſitio non ſolum habeat locum in hæreditate, ſed etiam in legatis. tenet noſtræ Hiſpaniæ decus iam ex titulo intelliges eſſe D. epiſcop. Segou. in c. Raynuntius. § 3. nu. 6. de teſtam. Carolli Cot. in memor. iur. in verbo, Filij poſiti in conditione. Antoni. Gome. d. c. 5. nu. 42. Lancellotus Galli. in l. Centurio. nu. 451. ff. de vulga. & pupi. & hanc opinionem cõmunem eſſe fatentur. D. Anto. Padilla in. d. l. cum acutiſsimi nu. 48. C. de fideicommiſſi. & Claud. de Seyſſelo. in l. ex facto §. ex facto. ff. ad Treb. Nulla equidem legitima differentia inter hæreditatẽ & legatum reperiri poteſt, & ideo communis hæc opinio tenẽda eſt propter tex. in l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſta. vbi in legatis etiam poſitus in cõditione nõ cẽſetur poſitus in diſpoſitione.

Ex quo nouiſsime infero in melioratione tertiæ & quintę partis bonorum facta à patre, ſi melioratus fuerit grauatus, vt ſi abſq; liberis deceſſerit, bona in quibus melioratio facta fuit reſtituat alicui fratrum, ſi filios relinquat, illi equidem à meliorante vocati non cenſentur, & ea ratione minime licebit his filijs ſi pater illa

illa bona alienauerit, vendicare quod vtilissimum censeo.

Secundam autem limitationem Iaſ.in.d.l. 1.nu.12.C.de pact. quā non refert author, ſed ſe remittit ad Iaſ.dicens eſſe communiter reprobatam, veram eſſe cenſeo vt ex ſequētibus apparebit. Limitat igitur Iaſin.d.loco regulā hanc vt non procedat, quādo liberis poſitis in conditione, adiectum eſſet aliquod grauamen: nam per hoc intelligerentur tacitè ſubſtituti, quod Bar.voluit in.d.l. Centurio.nume.37. Exemplum autem huius rei ita fingitur, ſi teſtator dicat in hunc modum, inſtituo Titium & ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituat hereditatem Sēpronio, aut ſi ipſi filij Titij ſine liberis deceſſerint reſtituant etiam eandem hæreditatem nam per huiuſmodi grauamen illi filij cēſentur tacite ſubſtituti & hoc ſequuti ſunt D.epiſcopus.in.d.§.3.nu.5. Anto.Gome.in.d. 5.nu 45. Ludo. Gozadi.conſ.26.nu.23. Stepha Bertran.conſi.113.incip. Tota difficultas. lib.3. Soci.in.l.cum filio.in.2.not. ff.de lega.1. & conſi.249.& cōſi.201 lib.2.Cor.in.l.ab eo. C.de fideicommiſſ. Curti.Sen.conſi.51.cum ſequen. Ioan.Crot.in repe. c. Raynuntius.de teſta.ad finem Lancel. Galli.in repe.d l.Centurio.fol 24. Vldar i.Zaſi.in tract.de ſubſti.in rub.compendioſę. Deci.conſi.203. quam opinionem communem eſſe fatentur Paul. de Caſt in.d.ab eo. Alex.qui allegando Paul.idē aſſeuerat conſ 64.nu.2.vol.5. Corne.conſil.1. nu.20.vol.3. & eſſe veram magis cōmunem & æquam ſententiam affirmat Ioan. Cephalus multa diligentiſsime cumulans conſi.93. incipi.Cum teſtamento.nu.1.

Contrariam tamen opinionem, imo quod etiam ſi dicti filii poſiti in conditiōe fuerint a teſtatore grauati, nec in eo caſu tacite ſubſtituti cēſeantur, tenuit Alb.in rub.ff.de vulgar. & pupi.nu.93.& hanc opinionem cōtra Bar. communem eſſe teſtatur. Soci.62.nu.10.lib. 3. Iaſ.in.d.l. Centurio.nu.57.& in l.1 C.de pactis.nu.11.& conſ.35.col.2.& col.fi.lib.3.Cur. Senior.conſilio.42.nume.7. & conſi.45.nu. 25. & conſilio.63.nume.6.quem refert Ruin. conſ.136.nu.16.lib.3. Deci. conſil. 270.nu.1. & conſili 291.in fine & 384.nume.6.Ripa in d l.Centurio.nu.166. & ſequen.in.l.1. C. de pactis nu.11.vbi Fere.nu.8.idem in conſ. 59. nu.5. Pariſi.conſi.31.nu 4.lib.2.& conſi.44. nu 7.ed volu.& conſi.87.nu.13.ed.vol.Bello. conſ.81.nu.5.Soci. Iun.cōſ.12.nu.4.lib.1.& conſ.118.nu.22.cod.volu.D. epiſcop⁹ Segou. & Gomezi. in locis nouiſsime allegatis vltra quos idē affirmant Claud.in.d.l.ex facto.§.ex facto col.1.ff.ad Trebel. Hieronymus Albanus conſi.11.ver. Secundo dicitur. Ripa.in.l.1. de pactis.nu.12. Iulius Clarus lib.3.receptarum ſententiarum.q.78. Sed ipſe primam Bar.opinionem tanquam communem & veriorē cenſeo nam licet grauamen ſolum minime induceret diſpoſitionem l.hæreditas ad ſtatium.ff. de hæredi.inſti. ex grauamine vero ne inutile efficiatur conſtat, voluiſſe teſtatorem honorare filios quos poſuit in conditione.

Tertio vltra authorem, limito regulam vt non procedat quando teſtator dixerit ſi Titius deceſſerit ſine filiis maſculis reſtituat hereditatem ſempronio quia hi filij videntur a teſtatore vocati. Ita tenet Guald.de arte teſtadi ti. 5.caut.36.& plures ſequuntur hoc quos refert Fran.de Ripa.in.d.l.Centurio. Sed cōtrariam opinionem cōmunem eſſe teſtatur idem Ripa.in.d.l.1.nu.9.de pactis.& in.d.l.Centurio. nu.162. D.epiſcop.Sego.in.d §.3.nu.5. At pro iſta limitatione plurimū vrget, quia cum maſculos teſtator meminerit voluiſſe videtur illa bona conſeruari in familia, & hac ratione prudentiſsime inſignis Padilla.in.d.l.cum acutiſſime. nu.47. huius rei deciſionem iudicis arbitrio relinquit, qui ex mente teſtatoris & ex alijs coniecturis veritatem arbitrabitur. Non tamen me latet curiam Delphinatus ſecundum communem opinionem Ripę & aliorum olim iudicaſſe, vt videri licet in deciſi.599.

Quarto limita vt regula non procedat, quādo veſtigia, vel indicia aliqua apparuerint, voluntatis teſtatoris volētis filios illos vocare quos in conditione poſuit, hoc equidem caſu fideicommiſſum inducitur. ita Paul.de Caſt. conſ. 86.nu.8.vol.2.Alex.conſi.64.vol.5. Corne. conſi.97.vol.2.& conſi.104.vol.4. & aliquas huius rei coniecturas ſcripſit Ripa.in.d.l.Centurio. Et aliquas etiam cōmemorat doctiſsim⁹ & magnæ diligentię vir Iulius Clar.lib.3. receptarum ſententiar.§. teſtamentum.q. 79. In quibus omnibus coniecturis, maxime verſabitur religio iudicantis, qui ſecundum eius conſcientiam diligenter æſtimabit an teſtator veriſimiliter eos filios, ſiue deſcendentes in conditione poſitos, vocare voluerit, & licet ſingulæ forte non prodeſſent ſi tamen duæ vel plures concurrant, & conſcientia ſua ſuadeat, poterit intrepide contra.d.communem opinionem iudicare. Et limitatio hæc ex eo fulcitur q̄ fideicōmiſſum vniuerſale induci poteſt ex

teſta

testatoris præsumpta voluntate, etiam si nulla rogatio fiat. tex. in l. cum proponebatur in fine l. Titia Seyo. §. Seya libertis. ff. de lega. 2.

REGVLA. D. CCXL.

Testator non potest hæredi remittere confectionem inuentarij. ita Bal. in l. fin. §. cum igitur. C. de iure delib. ran. Bar. & alij in l. nemo potest. ff. de lega. 1.

Limita quod illud est verum in prę iudicium creditorum hęreditariorum qui tractant de damno, sed in prędi cium legatorum, seu fideicōmissorum potest secūdum Paul. in. d. l. nemo po test. sequitur Ias. in l. cum necessitatē. in fine. C. de fideicommi. vbi refert Alex. idem tenentem.

ANNOTATIO.

Adde Fran. Crem inter consi. Alex. consi. 62. nu. 1. lib. 4. vbi testatur regulam illam esse cōmuniter receptam idem fatetur Iuli. Clar. lib. 3. recep. sent. §. testamentum. q. 66. Et vt melius regulam intelligas animaduertendum censeo, q̄ ex confectione inuentarij plures oriuntur effectus in prędicium hæredis, quorum aliqui concernunt beneficiū creditorum defuncti, puta, quia si hæres non facit inuentarium tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis. Aliqui vero concernunt beneficium legatariorum & fideicommissariorum, quia hæres non conficiens inuentarium, non detrahit falcidiam, neque trebellianicam sed præstare tenetur integra legata & fideicommissa. Dico ergo, aut quęris an testator possit remittere hę redi confectionem inuentarij in prædiudicium & fraudem creditorum & asseuero, quod non: quia creditoribus suis non potest aliquo modo prędiudicare. ita tenent communiter doctores vt affirmat Aymon consi. 174. nu. 11. idem testatur Ioan. Anni. in l. nemo potest. nu. 406. & ideo non obstante tali remissione si hæres minime confecerit inuentarium, tenetur ipsis creditoribus in solidum satisfacere. Aut quæris, an possit testator inuentarium remittere in prædiudicium legatariorum & fideicommissariorum & Bal. in l. fi. nu. 6. C. arb. tutel. tenuit quod non, sed in contrarium est cōmunis opinio q̄ scilicet in prædiudicium legatariorum & fideicommissariorū & coheredum possit testator inuentarium remittere. ita dicit Pari. cōsi. 68. nu. 57. lib. 2. & contra Bal. fatetur esse cōmunem sententiam Crauet. d. consi. 174. nu. 11. D. episcop. Segou. in. c. 1. de testa nu. 14. Et ideo hoc casu poterit hæres, etsi inuentarium non confecerit retinere sibi falcidiam & Trebellianicam in eorum prædiudiciū. Sicut enim testator potuit nihil ipsis relinquere, ita multo magis in eo quod relinquit, poterit eis prædiudicare. Et vtrum testator possit remittere vsufructuario confectionem inuētarij dic quod non & hæc est communis opinio teste Soci. Iuni. consi. 115. nume. 18. lib. 1. Bello cōsi. 54. nu. 4. Quod efficaci & neruosa ratione probatur. Si enim testator nō potest remittere vsufructuario cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito vsufructu, & de præstanda æstimatione illarum, quę vsu consumūtur. l. 1. C. de vsufruct. & est communis opinio vt fatentur Soci. cōsi. 131. nu. 14. lib. 1. Bello. d. consi. 54. nu. 3. Ioan. Dilect. de arte testan. ti. 8. caut. 1. nu. 1. Ioan. Anni. in. d l. nemo potest. nu. 164. neq; etiam debet posse remittere confectionē inuentarij quia est necessarium antecedens ad ipsam cautionē præstandam & an testator possit tutori confectionem inuentari remittere dic quod sic tex. est Clarus in l. fin. C. arbi. tutel. tenuit Bar in. d. l. nemo pōt. nu. 12 vbi Ias. 2. lect. nu. 65. Claud. nu. 21. fatentur esse communem.

Amplia hoc q̄ de tutore dixi vt procedat in tantum, vt nihil interfit an testator prohibeat inuentarium fieri vel eius cōfectionem remittat. arg. l. 2. C. vt in posses. lega. vbi tex. loquēs de cautione præstanda dicit, *remisserit*. iuncta. l. 2. C. de vsufru. vbi lex dixit *prohibuerat* tamen idem de prohibitione quod de remissione iudicatur, vt in dictis locis probatur. & hæc ampliatio colligitur ex Bar. in. d. l. nemo potest vbi Alex. & Ripa. nu. 85. hanc esse magis communem opinionē testantur. & ibi Ruin. Crotus & Annibal. nu 388. idem asseuerāt Deci. consi. 15. nu. 12. Parisi. consi. 21. nu. 53. lib. 2 Gozadi. consi. 18. nu. 14. Ioan. Plotus. de in ltem iurād. §. 9. nu. 21. & nouissime doctissimus Licentiatus Gaspar Vaetius in celebri illo & omnibus numeris absolutissimo tracta. de decima tutori præstanda. c. 2. nu. 48. Quicquid in contrarium voluerunt Ioan. And. in addi. ad Specu. tit. de tutore. §. generaliter. ver. hoc autem notorium. Ang. in §. præterea. instit. de excepti.

excepti. Salic. in l. vlti. C arbi. tute. Auſreri ad Capellam Tholo. q. 288. qui requirunt vt teſtator expreſſe vetet confectionem inuẽtarij. Sed illorum opinio communiter reprobatur, vt nouiſſime colliges ex doctiſſimo Iuſto Clar. lib. 3. receptarum ſent. §. teſtamentum. q. 66. vbi dicit, quod licet contraria opinio eſt multum colorata & maiorẽ ſapiat equitatẽ, & ipſe dum eſſet ſcholaris Bononiæ diſputationis gratia tenuerit, tamen in practica à communi nõ eſt recedendum.

Secundo amplia regulam, vt non tantum procedat quando teſtator prohibuit inuentarium fieri vel remiſit, & ſic claris verbis diſpoſuit, verum etiam ſi tacite, vt ſi tutores vel curatores ad reddendis rationibus liberaſſet, & iuſſerit eos eſſe analogiſtos & ea ratiõe in hoc caſu propter inuentarium non confectum iuran contra eos in litem non poſſit. vide glo. & doctores in l. quidam decedens in ver. Analogiſtos. & in l. tutor qui repertorium. ver. niſi forte. ff. de adm tutor. ſiciant notata per Fulgo conſi. 25 incipi ſpectabilis. col. 2. & per Dec. conſi. 192. col. vlti. not. Ioan. Plotus in dict. tract §. 9. nume. 2.

Tertio amplia, vt ita firmiſſima ſit hæc inuentarij prohibitio vel remiſſio, quod ſi ea cõtempta, tutor vel curator abſque iudicis facultate ſibi ex legitima cauſa conceſſa inuentariũ fecerit, cenſetur eſſe in dolo vt conſulat Fulgo d. cõſ. 25. col. 2. quẽ ſequitur Ioã. Plotus in d. §. 9. nu. 21. vbi dicit quod ex iſto dolo ſi iudici viſum fuerit inſpecta qualitate perſonarũ, tẽporis & cauſæ, poſſet iuramentum in litem deferri. Sed ego non video quo iure hęc Fulg. & Ploti opinio procedat nec dolum aliquẽ in propoſito caſu reperio, cum is nũquam præſumatur. Imo præſumendũ eſt tutorẽ vel curatorẽ tanquã virũ rectiſſimę fidei & ad ſuæ cõſcientiæ maiorem exonerationem feciſſe inuẽtariũ, & noluiſſe vti magna fiducia quã de ei⁹ fide & integritate teſtator habuit, quòd tã quã in eius fauorem introductum renuntiare iure licet, alias equidem quod in illius vtilitatem & commodũ introductũ eſt, in eius dãnum & incõmodum retorqueretur & ſic introductum ad vnum effectum operaretur contrariũ contra regulam tex. in l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. cum ſimi.

Primo tamen limita ſupradictã cõmunem concluſionẽ vt nõ procedat, ſi iudici viſum fuerit pupilli vtilitati expedire inuentariũ fieri, quia tunc inuẽtarium iuſſu iudicis fieri debet, non obſtante teſtatoris prohibitione. arg. tex. in l. in confirmando. ff. de confirm. tuto. l. 3. §. quoties. ibi, *Si pater minus perpenſo cõſilio*. ff. de adminiſt. tuto. not Ioan. And. in addi. ad Specul. tit. de tutore. §. generaliter. ver. hoc autem. Bar. in d. l. nemo poteſt nu. 2. & ibi Areti. & Ripa. nu. 84. & Crotus. col. 22. Ang. conſ. 245. Areti. cõſ. 22. col. 2. Gud. Pap. deciſ. 552. Segur. in l. ſi ex legati cauſa nu. 21. ff. de verb. obli. Ferd. Aler. in l. filius familias §. diui. ff. de lega. 1. nu. 71. Gualde. de arte teſtan. rub. de tutore. c. 3. Et hanc opinionem communem eſſe fatetur Couar. lib. 2. vari. reſ. ca. 4. nu. 4. Iuſt. Clar. vbi paulo ante eum allegaui. Thom. Grãma. Neapoli. deciſi. 7. nume. 5. & 6. Dec. cõſ. 349. col. 2. poſt medi. Aymon conſi. 193. nũ. 9. quo loco diſputat an ea cauſa quæ debet mouere iudicem, debeat eſſe ignorata teſtatori & ſuperuenire de nouo quę opinio æquiſſima eſt potuit ſanę teſtator cogitare pupillo pro futurum, ne inuentarium conficeretur, & in hoc caſu, vel forte tale quid põſt teſtamentum cõditum aut mortem teſtatoris emerſit, quod nouo remedio indigere videatur.

Secundo declara nam licet inuentariũ fieri prohibeatur debet tamen fieri deſcriptio bonorum, ne ſupprimãtur. ita tenet Ioan. Sanxõ in conſue. Turo. tit. *Des tuteurs, & curateurs*. arti. 2. & 3. Bartho. Chaſſa. in conſue. Burg. rub. 6. §. 6. in verbo, *Par inuentaire*. nu. 27. Licentiatus Baetius in d. tract. de decima tutoris præſtanda. c. 2. nu. 50.

REGVLA. D. CCXLI.

Teſtatoris nuda voluntas, nedum coram ſeptem teſtibus ſed coram tribus tantum declarata, qua nolle valere quoddam teſtamentum factum ſolenne & validum firmauit, iuncto lapſu decemnij operatur reuocationem primi teſtamenti, validi & ſolemnis. text. eſt not. & vnicus ſecundum Taſſo. in l. Sancimus. c. de teſt. in pen. col.

Limita tribus modis, vt per eũ ibi.

ANNOTATIO.

Adde circa huius regulæ materiam noſtrũ Anto. Gome. in l. 3. Tauri. nu. 102.

REGVLA. D.CCXLII.

Testatoris prohibitio de non alienando certas res facta cum causa, vel contemplatione certæ personæ valet & tenet, & impedit domini translationem. tex. est in. l. filius familias. §. diui. ff. de lega. 1.

Amplia quatuor modis; & limita quatuordecim, vt per Ias. in. d. §. diui. col. 9. & 10.

ANNOTATIO.

Adde tex. in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & in l. Titia Seyo. §. Seya. liberis. eo. ti. & in l. peto. §. fratre. & in l. codicillis. §. instituto. eo. ti. & in l. voluntas. C. de fideicommi. & regiam. l. 44. ti. 5. par. 5. & de huius regulæ materia vltra ordinarios interpretes vide Antoni. Gom. in l. 40 nu. 38. Tauri. illud vero notabis quod licet gratiatus de bonis restituendis in casu in hac regula constituto alienare non possit interim tamen dum viuit illarum rerum dominus esse censetur, vt loquendo in maioratu asseuerat Gome. in d. loco. nu. 75 sequitur Pinel. in l. 1. par. 2. nu. 5. C. de boni. mater. Ferdi. Mencha. de de succesi. creat. 1. par. lib. §. 10. nu. 87. Licet contrarium tenuerit Rode. Suar. vir apud Hispanos magni profecto nominis in l. quoniam. in prin. fo. 189. C. de in offic. testa. & Gom. 21. Arias in l. 46. nu. 5. Tauri. quos merito reprobat Pinellus vbi supra.

REGVLA. D.CCXLIII.

Testatoris prohibitio de nõ alienãdo certas res sine causa, nec respectu certę personæ dicitur esse nuda & sic nõ valet, neq; impedit translationẽ dñij. Hęc regula colligitur ex dictis Bar. in l. filius familias. §. diui. ff. de lega. 1. & ibi Ias. in lectu. 2. col. 8. pro ca. allegat. tex. in l. pater filium. §. Iulius Arippa. ff. de leg. 3. & in l. Lucius. eo. ti. vltra. d. §. diui. qui etiã probat hanc conclusionem vbi Ias. 1. col. ponit eius rationem, & eam confirmat.

Limita. 8. modis, vt per Ias. d. §. diui. d. col. 8. cum sequen. parte.

ANNOTATIO.

Adde Anto. Gome. in l. 40. Tauri. nu. 37. Et an pactum de non alienando impediat dominij translationẽ late dixi supra in reg. 208.

REGVLA. D. CCXLIIII.

Testatoris voluntas semper est seruanda, & magis attẽdenda quam verba. tex. est ex quo ista regula colligitur. in l. si quis filium. C. de liber. præ. facit. tex. in l. in conditionibus primũ locũ. ff. de condi. & demon. & in. l. cũ virum. C. de fideicómi. & in. l. cũ proponeretur. ff. de lega. 2, & tex. not. in l. Publius. ff. le cõdi. & demon. & faciunt plura quę cumulat Ias. pro ornatu huius regulæ in. d. l. si quis filiũ. col. 1.

Limita primo, si verba secundum propriũ, vel saltim impropriã significationem possunt conuenire menti, quia tunc procedit. d. regula, alias secus. vt in. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. quod not. ibi Bar. dum respondet ad d. l. non aliter. ita limitat Alexand. in dict. l. si quis filium prope finem. ita etiam restringit ibi Iasso. ver. Secundo intellige.

Secundo limita, si voluntas testatoris transiuit ad dispositionem: quia non sufficit quod testator velit nisi disponat text. est cum exemplo. in. l. quidã cum filium. ff. de hæredi. insti. secundum Bald. ibi, nam licet testator ibi voluit hęreditatem ad filium venire, tamen quia non disponit, non potest agi ex testamento. ita limitat Ias. in. d. l. si quis filium. 1. col. ver. limita.

Tertio limita, quando de mente testatoris potest constare. in dubio autem testator præsumitur voluisse, quod verbis exprimit. Ita restringit Ias. in. d. l. si quis filium ver. Tertio intellige.

ANNO

ANNOTATIO.

Adde circa primam partem huius regulæ quando & quibus casibus testatoris voluntas sit seruanda vel ne, plenissime per Ferdi. Mencha. de successi. creati. 1. par. li. 1. §. 3. cum multis seq. vbi plurima lectu nõ indigna circa istũ institutum scribit.

REGVLA. D. CCXLV.

Testis ad hoc vt incidat in falsitatem, & possit puniri de falso, oportet quod falsum deponant super facto principali, in quo consistit substantia negotij, propter quod principaliter examinatur. secus si super alijs: quia tunc licet mẽtiatur non tñ cõmittit falsum nec potest de falso puniri, sed tantũ arbitrio iudicis. regula est per supra dicta verba à Iaf. descripta in. l. fin. C. de bono. posse. secund. tab. col. 6. in fine referendo Iacob. Butrig. in. l. Luci⁹. ff. de infam vbi illud summe cõmẽdat Ang. & refert etiam eundẽ Ang. in cõs. 193. incip. Visis processibus. in col. 2. vbi p mirabili cõmendat hoc: & refert hoc etiã idẽ Iaf. in. l. si qs nec causam. in col. 4. ff. si cer. peta. & in. l. 1. ff. de offici. eius cui mand. est iurisd. in col. 10. in fine & Segur. in repe. l. 1. §. si vir. ff. de acqui. posse. fol. 5. col. 2. Exemplum huius regulæ est vt si testis dicat falsum, interrogatus an sit consanguineus alicuius partis, & neget cum sit eius consanguineus, quo casu loquuntur Iacob. & Ang. vbi supra, vel si interrogatus de loco suo, vel de parrochia, vel de ętate, vel simili dicat falsum, vt tenet Anto. in. c. cũ causam. in fine de testi. & dicit etiam in æternum not. supra dictam conclusionem idem Iaf. in. l. si ex falsis. pen. col. in fine. C. de transact. commendat etiam supra scriptam conclusionem Ang. Alber. in tract. de testibus fo. 8. col. 4. qui tractatus est insertus in primo vol. tract.

Limita supra dictam regulam, & intellige quando illud esset omnino impertinens ad causam, sed si aliqualiter tangeret esset secus. ita not. Fran. de Are. in consi. 71. incip. Diligenter & mature prospectis. in col. 2. quod refert & sequitur pro limitatione huius regulę Iaf. in. d. l. fin. C. de bono. poss. secund. tab. col. 7. in prin. Et vide in materia huius regulæ quæ ponit Franc. Cur. in tract. de testib. col. 4. ver. Quinta conclusio. qui tractatus habetur in primo vol. tract.

ANNOTATIO.

Adde Bar qui doctrinam huius regulæ tenuit in. l. si ex falsis. in. 2. lecti. in fine vbi doct. omnes maxime Alcia. nu. 33. qui cæteris exactius hoc resoluit. C. de transa. Lanfra. Balb. dec. 21. Caro. Rui. consi. 41. nu. 2. vol. 4. Hier. Grat. consi. 74. nu. 9. vol. 1. & cons. 43. nu. 25. lib. 2. Alex. cons. 5. nu. 10 lib. 1 Deci. cõsi. 100. col. 4. vol. 1. & in. l. 1. § creditũ. nu. 7 ff. si cert. Salic. qui dicit sic obtinuari in practica in. d. l. ex falsis. Ioan Plotus in tract. de in litem iuran. §. 43. nu. 12. Hippo. lin. 76. D. Castillo in l. 83. Tauri, in verbo, Quando se prouare. n.° 6. Mar. Anto. Nattæ consi. 96. nu. 1. vol. 1. & secũdum regulam hanc iuducauit olim Neapolitanus senatus teste Thom Grãma. dec. 51. 43. & eam ex Alex. dicit cõmuniter teneri Catelli. Cotta in memor. iuris in ver. Iuramentum est quid indiuiduum, quem vide & doctissimum virum Iuli. Clar. lib. 5. recepta. sentẽ. §. falsum. ver. sed quid si testis. quo loco dicit hanc esse receptam sententiam.

Amplia istam regulam, vt non solum eius dispositio procedat in testiũ depositionibus verum etiam instrumentis, in quibus si falsitas aliqua in parte aliqua non substantiali reperiatur, non ex eo in alijs partibus tanquam falsa sunt repellenda. ita determinat Inno. in. c. fraternitatis de hæreti vbi Abba. & Felin. nu. 19. Bald. & Paul. in. d l si ex falsis. vbi Iaf. nu. 9. Iacobi. nu. 20. Ruminal. col. fin. Alci. nu. 28. Curti. Seni. nu. 53. Bellame. decis. 47. Iaf. in. l. 1. §. hoc autem. num 9. ff. de noui oper. nunti. Alex. cons. 88. vol 5. Ioan. Plotus in. d. tract. de in litẽ iuran. §. 43. nu. 12. Petrus Auẽda. de ex

equend.mand.regum.c.27.nu.19.& hãc esse communem sententiam fatetur genere, moribus, literis, & dignitate illustris D. Antonius Padilla in d.l.si ex falsis.nu.15.quo loco Paul.Castren.exemplum fingit in tabellione dicente aliquid fuisse factum in domo Titij, cum domus illa non sit Titij sed Sempronij.

Et vltra vnicam limitationẽ in hac regula ab authore constitutam, limita secũdo, vt eius doctrina non procedat quando testis iuraret veritatẽ dicere super omnibus de quibus fuisset interrogatus, ita singulariter limitat Bal. in prin. de controuer. inuesti. col 2. & ibi eum sequitur Matthæus de Afflictis. nu. 32. & plures hoc approbantes refert Catelli. Cotta idem ieiunus in memor. iuris in verbo, iuramentum est quid individuum col. 2.

REGVLA. D.CCXLVI.

Testis domesticus regulariter non admittitur tex. in. c. in literis. de testi. & in. l. etiam. C. eo. & in. l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæsti. Et habes Hispane bonam. l. in par. 3. tit. 16. l. 18.

Amplia hoc procedere etiã in cõcubina, quę tanquã domestica repellitur. tenet Bal. in. l. 2. de testib. idẽ etiã Ang. & Ias. in. l. sed & si quis. in prin. ff. si quis cauti. quos refert & sequitur Ioã. Lup. in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. fol. 29. col. 3. in fine per quẽ vide plura in quibus assimilatur concubina vxori.

Limita primo, si sit præsens pars cõtra quã producitur, & taceat quia tũc purgatur tale vitiũ domesticitatis: cũ talis inhabilitas in teste sit in eius fauore introducta. ita tenet Bal. dicens hoc esse menti tenẽdum in. l. si quis testibus. col. fina. ver. dubitatur. C. de testi. tenet Alb. in tract. de testib. fol. 3. col. 3. in prin. qui tractatus habetur in 1. vol. tract. q. ampliat etiã si pars quæ sciebat eũ domesticum, ignoraret eum posse repelli, si tamen opponatur, & hoc non obstante examinetur, nõ solum non probat, imo nec facit in liciũ. ita tenent Fel. sic intelligens dicta per Abb. ibi in. d. c. in literis. col. fin. ver. Secũdo nota quod testis. pro quo faciũt dicta per Hipp. sing. 198. incip. Testis qui nõ debet examinari. & vide etiã Bertach. in tract. de episc. lib. 4. par. 5. col. 2. ver. 16. vbi ponit hanc limitationẽ & pro ea allegat Spec. & Ioan. And. in eius addi. & postea allegat Bald. post Nicol. in. l. etiam. C. de testib. qui dicunt contrarium, scilicet quod etiam parte non opponente repellũtur domestici, si constat ex actis, & relinquit cogitandum.

Secundo limita, in domesticis Principis, vel regis ratione iurisdictionis tenet Hippol. in. d. §. ad quæstionẽ. in prin. referẽdo Ioã And. Imo. & Spec. quod intellige iuxta distinctionẽ Aretin. in. d. c. in literis. quam ibi sequendo refert Feli. col. 2. ver. Fallit primo. Et de ista limitatione vide Stepha. Auf. in tract. de reprob. testiũ in litera. D. in parte Domestici in col. 3.

Tertio limita, in famulo nõ habẽte salarium tenet Specu. in. ti. de teste. §. 1. versi. sed de quo mercenario, &c. Quod dicit sing. Hipp. vbi supra vbi refert Roma. idem seq. & sequitur etiã idem Hippo. in. d. l. 1. §. idem Numio. ff. de quæsti. col. pen. in fine & in sing. 5. in ordi. incipi. regula est.

Quarto fallit, si agatur de ꝓbatione rerũ quę melius quã per alios, solẽt per domesticos verisimiliter sciri. ita restringit Fel. in. d. c. in literis. col. 3. ver. Fallit tertio. vbi hoc fere per vnã col. ꝓsequitur ita etiã tenet Ias. in. d. l. sed & si qs. in prin. 1. col. ff si qs caut. & vide Parid. de Puteo in tract. sindi. fo. 95. c testis an familia. vbi cõcludit quod familiares iudicis, vel potestatis possunt esse testes ad ꝓbãdũ ea quę fũt gesta in officio. & quę per alios ꝓbari nõ possunt: vt quia sunt gesta in palatio potestatis, vel de nocte, & quòd

iudex

iudex nõ excesit modũ in tortura, in qua tortus defecit. quod nota. Et ex hac limitatione dicit Areti. in consi. 13. col. 9. quod matrimonium clandestinum contractũ in domo, potest per domesticos probari. & hanc etiã limitationẽ sequitur Bertha. in d. tract. de episcopo. in d. 4. lib. in. 5. part. col. 21. in 3. limi. quod benè declarat, & hanc etiã limitationẽ restringit Felin. post Aret. ibi in criminalibus. & prædictã limitationẽ cum sublimitatione sequitur Hipp. in d. §. ad quæstionẽ. col. 2. ver. Limita tertio. ꝓ quo vltimo póde. tat tex. ibi quẽ dicit neminẽ allegare. Quinto fallit in vxore, quę pro viro non admittitur. tenet Specu. in tit. de testes. §. 1. versi. sed nunc quid de vxore. Contrariũ tñ concludit Hippol. vbi supra vltra quẽ adde quod contrariũ etiam tenet Ioan. de Plate. in l. quicũque. C. de re mili. lib. 12. & glo. in d. l. etiã. & Iaſ. in d. l. sed & si qs. in prin. ff. si quis cau. vbi illã glo. & alias ad hoc allegat & Alb. in d. tract. de testi. fol. 2. col. 1. §. superest nunc videre. vbi dicit quod communiter tenetur, quod vir & vxor repelluntur à testimonio, propter continuam cohabitationem & affectionem. Et contrarium etiam tenet Ioã. Lup. in repeti. rub. de dona. inter vir. & vxor. fol. 29. col. 3. quasi ad fin. & vide Hispane. l. 15. ti. 16. par. 3. quę hanc opinionẽ sic cõtra Specu. approbat, quæ etiã disponit quod nec maritus ꝓ vxore admittitur. vide Fel. in d. c. in literis. col. 4. ver. Fallit quarto. Ex quo colliges quod dictum Specul. procedit in vxore quę virum non timet, & bonę famę. ita etiam tenet Stepha. Auf. in tract. de reprob. testiũ in litera T. in verbo, Testis. in. 1. col. Sexto fallit in fratre, tenet glo. in. c. insinuante. de offici. delega. & in cap. cum R. eod. ti. in glo. 2. alia in. l. parẽtes. C. de testi. in glo. fin. sed tu Hispane vide. l. 15. ti. 16. par. 3. supra allegata in proxima rest. quæ quãdo fratres habent bona separata, & viuunt seorsum, permittit eis pro inuicem testificari: secus si sunt in potestate paterna, & viuunt insimul, cum cõmunicatione rerum suarum. Quam limitationẽ quinque modis, sublimita vt per Feli. in d. c. in literis. col. fi. quas rescripsit Hippo. in d. col. 2. d. §. ad quęstionem. vide melius per eundem Fel. in. c. cum oporteat. col. 3. in fine ver. Ex quibus colligo vbi dictas quinque sublimitationes ponit latius & addit sextam, quas omnes sublimitationes alijs sex modis sublimitat. vide Steph. Auf. in d. tract. in litera C. ver. Coniunctus vbi omnia supra dicta rescripsit.

Septimo limita, nisi talis domesticus esset persona valde honesta, ita limitant Inno. Anto. & Imo. in d. c. in literis. quos ibi refert Feli. col. 2. Bal. & Salic. in. d. l. etiam. & tenet etiam Hippol. in d. §. ad quæstionum. in d. col. 2. pro quo allegat gloss. in summa. 3. quæstio. 5. pro cuius confirmatione ponit. 30. notabiles conclusiones, in quibus receditur à regulis iuris communis propter personã valde dignam & honestam: quarũ cóclusionũ maximam partẽ habuit à Fel. in. c. super his. de accusa. qui per totam col. fin. plura descripsit in proposito. Et prædictam limitationẽ corrobora magis in specie septem singularibus conclusionibus, quæ contra iuris regulas vendicant sibi locum in testibus fide dignis, & omni exceptione maioribꝰ quas cumulat idem Hippo. in d. l. 1. §. si quis vltro. 4. & 5. col. ff. de quæstio. quas nota, quia quotidianę sunt & ꝓ hac limitatione vide etiam Stepha. in d. tract. in d. verb. Domestici. in versi. Fallit secundo.

Octauo limita, si agatur de probãda innocẽtia alicuius, quia tunc familiaris vel domesticus nõ repellitur à testimonio. tenet Ioan. de Ana. cõs. 59 Visa inquisitione ad quod refert Specul. & not. etiam Hippo. in sing. 59. incipi. Innocẽtibus. & in. d. §. ad quẽstionem col. 5. de quo etiam exclamat Florian. in. l. testis idoneus. ff. de testi. secundũ Felin. in. d. c. in literis. col. 4. & tenet etiã idem Hippo. in. d. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quẽstio. col. 2. vbi refert Ana. & Alex. & tenet etiã Iaſ. in alleg. l. ſed & ſi quis in. 1. col. ff. ſi quis cauti. & vide etiam Pari. de Puteo in tract. de ſindicatu fol. 9. col. 3. incipi. Teſtis an familia. vbi per hoc tenet quod ad probandũ innocentiã iudicis qui impeditur per fiſcum de crimine, admittuntur eius familiares. & vide eundẽ in. d. tract. fol. 101. col. 2. vbi ponit principalẽ concluſionẽ huius fallentiæ referendo etiã Specul. Et hæc octaua fallentia in effectu eſt eadẽ cũ illa quã ponit Bartachi. in. d. tract. de epiſcopo. in. d. li. 4. d. 5 par. col. 22. in 7. limitatione vbi dicit, quod hæc regula fallit in probatione defenſionis allegando Specul. in tit. de inquiſi. in verbo, ſed nunc quid & Bald. in. l. parentes. C. de teſti. col. 2.

Nono limita, quia domeſticus poteſt eſſe teſtis inſtrumentarius ita reſtringit Hippo. in. d §. ad quæſtionem vbi plura pro hoc refert pro quo facit doctrina not. quam ſcripſi in doctrinis magiſtralibus in doct. incipi. Teſtis licet. Et vide Bertachi. in loco ſupra proximè allegato vbi ponit hanc etiam fallentiam in. 11. limita. & idem tenet Cẽpol. in caut. 217. incipi. Licet regulariter vbi hoc notabiliter declarat, quando partes cognoſcebãt cõditionem teſtis, & ſic quod erat domeſticus vnius partis.

Decimo limita, in famulo qui licẽtiatus receſsit à dño, & ſic tẽpore quo teſtificatur nõ eſſet domeſticus. tenet Specu. in ti. de teſte. §. 1. ver. Quid ſi olim. refert Fel. in. d. c. in literis. col. 4 ver. Fallit quinto. & Hipp. in. d. §. idẽ numio. circa prin. quod extẽde ſecundũ eos etiã ſi eſſet expulſus, vt teſtificaretur poſt litẽ motã vel præparatam, dũmodo tñ ſimulate ad tẽpus nõ ſit expulſus quos vide in hoc & vide etiam Ioan. Lup. in rep. rub. de donati. inter vir. & vxo. fo. 15. col. 4. pro qua etiam limitatione vide Stepha. in. d. loco in d. verbo, Domeſtici. quarta fallentia.

Vndecimo limita, niſi talis domeſticus produceretur cũ alio teſte, omni exceptione maiori, & concordante cũ eius dicto: quia tũc admittitur & probant. ita limitat Hippo. in. l. de minore. §. torquẽto. ff. de quẽſt. col. 2. in fine motus per quandã ſing. doctrinã Bal. & Ang. in. l. ſiqs ex argẽtarijs. §. 1. ff. de edẽdo & per alia quę ipſe iũgit in quibus fides vnius teſtis ſiue tabellionis ſuppletur per alium. Et adde quod ad hoc etiã refert eundem Ang. Bal. Iaſ. in. l. dictãtibus. col. 2. C. de teſta. & tenet etiã expreſſe idem Iaſ. in. l. ſi emãcipati. col. 4. in prin. C. de colla. vbi ad hoc allegat. Ang. in conſi. 1. quem etiam allegat & ſequitur Geor. Nat. in rep. c. quanuis pactum. de pact. in. 6 col. 54. verſi. decimo nono facit. pro quo vide not. Frã. Cur. in tract. de teſtib. 1. col. & ſequ. vbi hoc tenet licet prædicta non referat: & declarat optime quãdo fides vnius teſtis per alium ſuppleatur.

Duodecimo fallit in domeſtico, vel familiari vtriuſque partis. tenet hoc Hippo. in. d. §. tormenta. col. 4. motus ſimilibus deciſionibus quæ reperiũtur in iure & tenet Alb. in. d. tract. de teſtib. fol. 3. col. 4. in medio & ponit etiam

etiam hanc limitationē Bertachi. vbi supra in.4.limitatione.

Decimo tertio fallit, quando pro delicto ageretur ad vindictam publicam,seu ad fisci vtilitatē propter vulnus,seu percussionem aut mortem alicuius nam illi qui sunt domestici eius non repelluntur propter domesticitatem,ex quo causa tunc nō pertinet ad domesticum sed ad rempublicā ista est noua limitatio Fulgo. cons.48. quod incip.Super eo quod quęritur. 1. col. quam sequitur Ias.in.d.l.sed & si quis in prin.ff.si quis cauti.

Decimo quarto fallit quando tractatur de delicto cōmittendo obuiando.tenet Hippo.in.d.§. ad tormenta. d.4.col.ver.vltimo potest.motus sex decisionibus per eum descriptis, quibus reperitur specialitas. vt delicto committendo obuietur.

Decimo quinto limita, quia licet non admittatur, vt probet plene vel semiplene,tamen facit indicium.ita tenet Bald. in sua marg. in verbo, Testes.col. 2. in verbo testes familiares. quod refert & sequitur Hippo.in.d.§. ad quæstionem.col.6.ad prin.& vide Bar.in.l.2.col.2.ff.de excusa.tuto. & ita tenet Floria.in.l.3.§.lex Iulia.ff.de testib.quod dicit elegans Feli.in.c.cū dilecti.col.pen.de accusa.ver. Tertio limita. Ex ratione quia lex non resistit examinationi testis domestici, licet nō assistat:cogita quomodo ista limitatio possit procedere, quia si testi opponitur quod est familiaris, vel domesticus,etiā indiciū non facit.si non opponitur probat eius dictū, vt supra dixi in prima fallentia, pręmaximè secūdum conclusionem quam posui infra, in regula testis qui non debuit in.5.limi.quam vide quia certe ex his nimis confunditur ista limitatio.

Decimo sexto fallit, in familiare procuratoris mei,quia illebene potest esse testis in causa mea, etiam si sit cōstitutus ab eo ad solicitandum causas. ita tenet Rota in decisi. nouis decis. 154.incipi.solicitator.in tit.de testib. quam refert & sequitur Stepha.Auf. in.d.tract. de reprob.testi. litera S. in verbo,solicitator.

Decimo septimo fallit,in domestico domesticę partis.vt est not.decisi. Inno.in.c.insinuāte.de offi.deleg.quē sequitur ibi Ancha.& Stepha. Aufr. vbi supra in litera ī verbo, domestici.

Decimo octauo,qñ domesticus nō producitur in fauorem domestici, sed tertij.tex.in.c.super prudentia.14.q. 2.quem cōmendat Ias.in.d.l.sed & si quis.in prin.ff.si quis cau.

Decimo nono fallit, quia licet alias domestici non admittantur,tamē tres sufficerēt, quia numerus supplet defectū qualitatis.ita tenet Alex.in.1. vol.in cons.5.col.pe. ver. Secūdo respōdeo.qui refert Nicol.de Neapo.in l.excusatur.in prin ff.de excusa.tuto.

Vigesimo, in domesticis episcoporum ita restringit Bertha. in loco supra allegato in.1.fall. quod intellige vt ibi per eum.

Vigesimo primo in crimine lęsæ maiestatis idem Berth.ibi in.2.fall.

Vigesimo secundo, in probatione supellectiliū idem Bertachi. vbi in.4 fall. suprapositā licet ipse distinguat eam ab illa.

Vigesimo tertio,in probatione infirmitatis idē ibi in.5.fall.quę etiā potest includi.vt prędcedens sub.4.fall.

Vigesimo quarto, in factis antiquis deficiētibus alijs probationibus idem in.6.fallentia.

Vigesimo quinto, ad probandum ęstimationem rerū derobatarum idē Bertachin⁹ ibi in.7.fall. Sed hęc restrictio sub dicta quarta fallentia potest

etiam cõprehendi: quod intelligit ipse simul cum iuramento derobati.

Vigesimo sexto, in probatione immissorum in nauim vel domum secũdum eum in. 9. fal.

Vigesimo septimo, ad probandum promutuo, & ad interpretandum eius signa idem in decima fallentia sed & ista pari modo potest includi sub. d. 4. fall. sicut & alia.

Vigesimo octauo, quãdo agitur de subtractione rerum, post cõfectionem inuentarij per hęredẽ. idem in. 12. fal.

Vigesimo nono, fauore ecclesiæ, quia admittuntur domestici clericorum idem in. 13. fallen.

Trigesimo, quando domesticus deponit pro vtraque parte secundũ eum in. 15. limi.

Trigesimo primo, cum canonici accusant prælatum secundũ eum. 17. limi. allegat glo. not. in summa 14. q. 2. quę allegat tex. in. c. lator. 2. q. 7.

Trigesimo secundo, quando accusant matrimonium propter consanguinitatem idem in. 18. & final. limi.

ANNOTATIO.

Adde latissime materiam huius regulæ tractantem Lanfran. ab. Oriano in tract. de re prob. testi. nume. 83. volu. 4. tract. diuer. doct. Et plures limitationes huic regulæ constitutas reperies apud Stepha. Austr. in addi. ad Capel. Tholo. q. 4.

REGVLA. D.CCXLVII.

Testi vni assumpto de voluntate partis vtriusque creditur. ista est communis conclusio secũdum Iaſ. qui plures adhoc refert in. l. 1. §. fi. ff. de verb. obliga. col. 4. prope fin. Licet Bar. ibi aliter sentiat.

Limita singulariter secundum eum post Bald. & Salic. in. l. in bonę fidei. pen. col. C. de reb. credi. quando ambæ partes concordant in dicto vnius, & in persona: secus si in persona tantum & non in dicto, quia tunc faceret semiplenam probationem tantum & hanc etiam limitationem reputat mirabilem Feli. in. c. veniens. lo. 1. de testib. & Zacha. in addi. ad Abb. in. c. prętera. lo. 2. de sponsa.

ANNOTATIO.

Adde circa regulam istam illud esse certissimi iuris validam & firmissimam esse conuentionem illam factam inter partes qua conuentum est de standō dicto alicuius puta Titij, ut tradit Specul. in titu. de teste. §. restat. in. 24. fal Antoni. de Butrio & docto. in. c. veniẽs de testib. Bar. & alij in. l. Theopompus ff. de dote præleg. quam dicit veram & communem esse sententiam Carol Molin. in. l. 1. §. eadem. nu. 39. ff. de verb. oblig.

Ampliat procedat etiam in ipsismet partibus, nam illa conuentio inter partes facta, quod iuramento alterius partis stetur circa interesse, impensas meliorationes, in re aliqua facta, vel similia valida est. & omnia ista probabuntur iuramento prout conuentum fuit. ut Bartol. & docto. in. l. fin. ff de prętor stipul. Bald. post Alber. per illum tex. ff. de iureiurã. vi. l. Iaſ. col. 2. hanc asseuerat esse communem sententiam Bald. in. l. 1. vbi Cagno. nu. 108. C. de senten quæ pro eo quod inte. Ioã de Imo. in. l. custodias. ff. de publi. iudi. Bald. & docto. in. l iubemus. C. de iudi. & in c. tuis de testib. Soci. conſ. 90. col. 3. nu. 12. vol. 3. Bar. cõsi. 168. Feli. in. c. sicut consuetudo. col. vlti. in fine. ff. de prob. Ioan. de Anani conſ. 31. col vlt. Alex. conſ. 47. vol. 1. & hanc esse magis cõmunem opinionem fatetur idem Alex. conſ. 54 vol. 2. & videtur ex. in. l. vlti C. de fideicommi. & in § vlti. insti de fideicommi. hæredi Et cõmunis hæc sententia non solum in contractibus, verum etiam in vltimis voluntatibus procedit, in quibus testator disponere potest quod de expensis, reditibus, & alijs, stetur dicto tutoris, vel alterius. vt tradit Alex in. d. iusiurandum quod ex conuentione. & in. d. conſi. 54. & 47 quod est declarandum vt ibi per eum.

l. ius iurandi
q. ex conuent.

v. comm. sup. var. ca. n. 1.

Primo tamen, vtiliter declara superiorem communem sententiam quam supra scripsi, quia licet valeat conuentio de standō dicto Titij,

tij vel tertij, vel partis iuramento, poteſt tamē probari contrarium, maxime probando enormem leſionem. ita Alex. in allegat. conſilio. 47. Carol. Rum. conſilio. 54. in cip. Circa primum. col. fin. verſi. & conuentio. volu. 1. Canoniſtæ in. c. propoſuiſti. de prob. Alci. in l. 1. §. eadem. col. 21. verſi. ſed dubium ff. de verb. oblig. Sic equidem vbicunque ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione, deferatur iuramentum alicui, poteſt nihilominus probare eius aduerſarius contrarium, etiam ſi lex ipſa, aut ſtatutum diceret ſtari iuramento. ex ſententia glo. in l. 2. §. ſi abſens. vbi Paul. Soci. Alex. & Iaſ. ff. ſi ex noxa cauſa. agat. Ang. Imo. Paul. de Caſt. Rom. & Alex in l. qui bona. §. qui damni. in prin. per illum tex. ff. ſol. matri. & fere innumeros hoc ſequentes, allegat And. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 4. glo. 1. vbi nu. 3. quicquid alij quos ibi refert voluerunt aſſeuerat hanc eſſe veriorem & communiorem ſententiam quam ipſe corroborat.

Secundo limita in tutore, vel curatore qui talem conuentionem de ſtando iuramēto partis, vel tertij facere, non poſſunt. Bar. in l. iuris iurandi gratiam. vbi cæteri. ff. de iureiuran. Iaſ. in d. l. ius iurandum quod ex conuentione col. 2. ver. redeundo. & col. 3. in prin. ſequitur Caro. Moline. in d. §. eadem vbi paulo ante allegaui.

Tertio limita reſpectu hæredis, quia ſi promiſiſti ſtare dicto, vel iuramento Titij, non teneris ſtare iuramento eius hęredis, niſi expreſſe dictū fuerit de ſtādo etiā iuramēto eius hæredis. l. generaliter vbi glo. & doct. C. de reb. credi. Roma. Soci. Alex. & Iaſ. in l. pen. §. fin. ff. ſi quis eum qui. Rom. conſ. 209. nu. 5. & hanc dicit cōmunem ſententiam Ioan. Baptiſta Plot. in tract. de in litem iur. §. 97. nu. 7.

Quarto limita, quando eſſet conuctum de ſtando dicto partis, & non eſſet iuratum, quia nō valeret ex quo dictum illud debet proferri cum iuramento idem ſi dictum fuiſſet in inſtrumento quod ſimplici dicto Titij ſtabitur vel alicui tertij, quia ille tertius iurare debet, aliter vero eius dictum non valet Iaſ. in d. l. ius iurandum quod ex conuentione. col. 2. ff. de iureiur. vbi vide quæ allegat. Si autem partes expreſſe conueniſſent, de ſtando dicto vel teſtimonio alicui abſque iuramento, conuentio hæc firma eſſet, cum libere partes poſſint cauſæ & liti cedere. ita tenet Caro. Mol. in d. §. eadem. nu. 39.

Quinto fallit, quando pactum illud fuiſſet factum in fraudem vſurarum, quia hoc caſu non valeret, nec iurari poſſe (puta) ſi mutuo tibi decem quæ promittis reddere in nundinis, & ſi non reddideris promittis quindecim pro intereſſe ex nunc inter nos liquidato cum iuramento. Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi. col. 2. verſi. Quid ergo ſi mutuo. vbi alij doct. ff. ſi cer. pet. Deci. poſt alios in l. 1. 2. lectu. n. 14. verſi. Circa ſecundum. & ibi Cano. nu. 16. C. de ſent. quæ pro eo quod int.

Sexto fallit, fauore eccleſiarum, hoſpitium & piorum locorum reipublicę & vniuerſitatis oppidi ac villæ, quia in eorum præiudicium per Prælatos rectores, vel adminiſtratores, pacta hæc de ſtando dicto partis vel alterius tertij fieri nullo modo poſſunt, quia eccleſia, hoſpitale, pia loca, res publica, oppidi, ac villæ, gaudent omnibus priuilegijs minorum & ſimilium. vt de eccleſia probat tex. in. c. 1. & in. c. auditis de in integr. reſti. de hoſpitale tex. in l. omnia priuilegia. C. de ſacroſ. eccleſi. Et de re publica eſt tex. in l. res publica. C. ex quib. cauſ. maioro. Sed tutores vel curatores non poſſunt huiuſmodi pacta facere. vt ſupra ſecunda limitatione ſcripſi, ergo ſimiliter nec prælati rectores hoſpitalium vel curatum decurionēs pacta iſta facient. not. Mol. ind. §. eadem. nume. 39.

Septimo fallit, vbi poſt dictum pactum, vel conuentionē ſuperueniſſet aliqua noua cauſa (puta) quia pars cui data fuit per pactū facultas iurandi, fuiſſet effecta inimica, vel infamis, ſeu prauæ & malæ conditionis, nam tunc talis facultas reuocari poteſt. ita Iaſ. in d. l. ius iurādū quod ex cōuentione. col. pen. verſi ſecundo limita. Sed ſi noua cauſa non ſuperueniſſet, ſed mala poteſtas non poſſet reuocari, vt tenet ibi Iaſ. & Socin. conſ. 90. col. 3. volu. 4. Alex. conſ. 130. incipi. Difficultas. circa finem vol. 1. arg. l. cum quis. & l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolutioni.

Octauo limita & declara regulā, vt procedat quādo partes conueniunt in perſona & dicto alicuius cui fidē dare pro nituntur. ſecus ſi idē teſtis ab vtraq; parte produceretur quę perſona tantum eſt approbata in legitimum teſtem & non poteſt reijci, ſed bene dictum impugnari. ita Mol. vbi ſupra.

REGVLA. D.CCXLVIII.

Teſtes in cauſa ciuili debent per iudicem recipi, & non per alium. ita fir

mat pro regula 3ald in l. qui testium. C. de testib. allegat glo. in l. hac consultissima. §. vlt. C. qui test. face. poss. in verbo, de positiones. & in l. iubemꝰ la. 1. C. de iur. Caut.

Limita ripliciter, vt per Felin. in. cap. cum. ausam quæ inter. col. pe. de testib.

ANNOTATIO.

Adde tex. hanc regulam probantem in l. §. diuus. ff. de testi. & in l. solam. C. de testi. Quanuis in ciuilibus controuersijs, de quibus ista regula loquitur, ex quadam speciali causa committitur iuramenti solennitas & testium examinatio ipsi tabellioni. text. in l. ad egregias. ff. de iureiur. capi. si quis testium. de testi. cap. 2. de iudi. in 6. regia. l. 22. ti. 11 par. 3. Et ex generali multorum negotiorum impedimento cõmittitur ipsa testium examinatio ipsi tabellioni prius tamen apud iudicem ipsum iuramento præstito vt testatur Sali. in auth. apud eloquentissimum. C. de fide instr. Sic equidẽ apud suprema Hispanię tribunalia testiũ examinatio cõmittitur vni tabellioni, ex his quos *receptores*. vulgo appellamus, vel quandoque duobus tabellionibus ex tribunalibus inferiorum iudicum, exceptis vero causis nobilitatis & exemptionis, quam *Hidalguiam* dicimus in his enim, propter grauissimum præiudicium testes vocantur ad regia prætoria, vbi diligentissime ab vno ex ipsis iudicibus examinantur, nisi aliàs iusto impedimento subsistente valeant excusari, quod maturo consilio regijs sanctionibus decretum est. & notat D. episco. Segou. lib. 2. vari. resol. c. 13. nu 10. Esset equidem vtilissimum rei publicę vt innumerabilibus malis obuiaretur, lege lata sanciri, vt in quibuscunq; controuersijs ne coram ipso solo tabellione testes examinentur sed iudice, vel alio viro integrę fidei præsente, sicut apud Lusitanos seruatur. Nam & olim equidem Athenis sex viri probatæ fidei in iudicio aderant, vt diligenter & summa cura perspicerent an notarius quid omitteret scribere, vel aliquid adderet his quæ à iudicibus pronuntiabantur, quẽadmodum Postellus commemorat lib. de magistratibus Athenienſium. c. 26. Illud tamen notabis, quod in casibus in quibus tabelliones ipsi ex commissione iudicis testes examinant, non debent ipsi commissionem sibi iniunctã describere, sed id faciet alius tabellio, siue notarius, alias equidem circa hoc nulla fides daretur. ita Bal. in l. iuris iurãdi. ver. Quæro vni testi. col vlti. C. de testi. & in l. iudices. in fine. C. de fide instru. Hosti. & doctores in. c. quoniam contra. de prob. Abb. in. c. fraternitatis in fine de cleri. non resid. Ang. in l. sciendum. 1. col. ff. de verb. oblig. Sali. in. d. l apud eloquentissimum. C. de fide inst. quo loco reprehẽdit Bar. qui contrariũ tenuit in l ex sentẽtia. nu. 3. ff. de testa. tut. & hanc opinionem communẽ esse fatetur Hippo. in l. de minore. §. plurimũ. nu. 22. ff. de quæsti. & secundum eam iudicauit Neapolitanus senatus teste Matthæ. de Affli. Neapo. decisi. 317. nu. 2. & Delphinatus curia ita obseruat, & quodam statuto ibi ita decretũ est. vt asseuerat Guid. Papa. decisi. Grationop. 126. nu. 2.

REGVLA. D. CCXLIX.

Testis secundo inductus super eodem capitulo ad alium effectum potest dicere, ego dico eadem quæ dixi in. 1. depositione tenet Abba. per tex. ibi in. c. cum in tua. de testib. allegando Ang. post Bar. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Ancha. in Clem. 2. de testib.

Limita primo, nisi testis fuisset receptus coram arbitro, quia si repetitur coram ordinario, non potest seipsum referre. ita limitat Feli. in. d. c. cũ in tua. 1. col. de testib. per quem vide rationem huius decisionis.

Secundo limita nisi primũ dictum esset nullum ratione falsitatis, quia dicendo dico, prout alias dixi non probat secundum Sali. in l. ius iurandum C. de testi. secus si esset nullum ex defectu solẽnitatis, quia ex quo in depositione secunda concurrit solennitas requisita, conualidatur vt ex tunc secundum eum ibi refert Feli. vbi supra quem vide.

ANNOTATIO.

Adde Bar. in l. eos. ff. de falsi. Floria. in l. 1. ff. de testib. & huius regulæ doctrinam allegans

gans alios fatetur esse communiter approba. Guil.Benedi.in.C. Raynun.in verbo, Alteroche filijs.nu.6.de testa. Et nota quod testis qui secundo deponit potest petere quod primum dictum sibi ostendatur. ita late resoluit Nicola.Boeri.decisi.108.nu 5.num.6. Hoc tamen minime procedit,in crimine hęreseos in quo testis debet iterum dicere suum testimonium, non ostenso primo dicto. vt tenet D. episcop.Ciuita.Iacob. Septimã.in chat.instit. c.62.ad fin.

Et vltra duas limitationes hic constitutas,limita tertio singulariter regulam istam,vt non procedat,quando testes ipsi iudici suspecti viderentur,quia hoc casu potest testes ipsos cogere,vt sigillatim deponant,nec tenetur eorũ depositionem admittere,qua ad prius dicta se referunt.ita Bal.in.l.1.§. editiones.in fi.1.col. ff.de edend.& in.l.vlti.in fin. C.de testi. Est equidem arbitrio iudicis admittere,vel nõ admittere talem responsionem secundum Bar. in.d.l.eos.sequitur Petrus Fol.in pract.crimi. 2.par cap.Capiat informationẽ.nu.39.& 40.

REGVLA. D.CCL.

Testibus duobus deponentibus de metu,magis creditur quam mille deponentibus de libera voluntate. not. Inno.in.c.super hoc.de renuntia. quẽ sequitur Ang.in.l.1.& in.l.fi.ff. quod met.cau.& Bal.not.in.l. obseruare.§. proficisci. 13.q.ff.de offic.procon.& lega.vbi per hoc infert in specie quod si instrumentum dicatur factum sponte,reprobabitur per duos testes deponentes de metu:& refert vtrunque Paris.de Put.in tract.de sindi. fol.98. c. incip.Quia sępe iudices.in fine.quam doctrinam Inno.dicit solennem & famosam Ias.in.l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau.col. 2. in fine idem in.§.Quadrupli.autem.col.3.instit.de actionũ. vide Neuiza.in sua silua nuptia.fol.10.col.3.vbi refert Deci.Corse.Barb.Curt.& Ferra.idem in varijs locis sequentes:& hanc etiam conclusionem Inno.commendat Deci. in.l. in omnib⁹ causis.2.col.ff.de regu.iur. vbi etiam refert plures idẽ sequentes.

Limita,nisi testes deponentes de libera voluntate,adderent tale quid,ex quo iuris pręsumptione excluderetur metus(puta)quia deponerent contra factum fuisse sponte, eo quia aderat prę sentia consanguineorum, quæ excludit metum. ita restringit Ias. in.l.interpositas.col.2. C.de tranfacti. ver. Limita istam.quam etiam limitationẽ descripsit Deci. vbi supra pro quo allegat Ang.in.l.fi. ff. quod met. caus. etsi Ias.non meminerit.

ANNOTATIO.

Adde Bald.in diuino illo consi. schismatis posito post rub.si quis aliq.test.prohib.1.part. nu.22.Alb.in.l.metum.num.4.ff.quod met. cau.qui doctrinam huius regulæ summopere commendat Roma.in rub.de arbi.nume. 22. Barb.in.c.causam matrimonij.nu.22.de offi. deleg.Feli.in.c.in nostra.nu.6.de testi. Alex. cõs.156.nu.3.vol.5.vbi dicit alios scribẽtes trãsisse cũ Inno.Hiero.Grat.consi.43.nu. 14.vol. 2.Ioan.à Neuiza.cõs.46.nu.6.Curti. in tract. de testib.nu.117.Boeri.decisi.100. nu.3. Maran.dispu.6.nu.36.Corse.in sing.incip. Mille testes.D.episco.Segou.lib.4.decreta.2. par. c.3.§.5.nu.10.Anto.Padilla in.l. interpositas. nu.34. C. de trãsa.Petr.Rebuff. de rescisi.cõtract.glo.12.col.3.ver. Quomodo metus.tomo 2.consil.Fran.Lancelo.Deci.in.l.turpia legata in prin.ff.de lega.1.And.Alcia.in tract. prę sump.reg. 3.prę sump.7.nu.5.& istã dicit esse cõmunẽ sententiã Deci.nu.9.in.c.vlt.de appel. Et huius cõmunis sententiæ ratio est,quia testes deponẽtes de metu, deponũt equidẽ de ea re quã sensu corporeo perceperũt,videtes vim inferri, qui vero de spõtanea voluntate deponunt cum res hæc animo recõdita sit, vix est vt testes de ea possint testificari. Prætera regula nostra ex eo non vulgariter intuatur, quia magis credendum est duobus testibus deponentibus de affirmatiua quam decem de negatiua.glo.cõmuniter recepta in.l. diem proferre § si plures.ff.de arbi.quam doctores omnes ibi sequuntur & circa glo.illam multa tradiderunt Soci.in reg.246. Curtius in tract. de testib.nu.8.Ripa.in.c.cum ecclesia.nu.89.de causa posse.& propi. Aria. Pinel.in.l.2. C. de

rescin

rescind.vendi.3.par.c.4.nu.14.

Et vnicam limitationem, quam huic regulæ constituit author sequitur Nicol. Boeri.decis.100.nu 6.& 7.qui allegat alios.

Secundo,vltra,authorem declara regulam, vt intelligenda sit quando manifeste constat, de via facti vnde metus oritur, vnde si mille testes deponerent,quod fuit alicui animus spõte contrahendi illis non staretur,cum deponãt de mente quæ soli Deo est nota.vt dicit Imo. in.c.super hoc. de renuntia. & sic regula ista tunc procedit, quando præsumptio viget pro illo qui metum allegat.vt in casu.d.capi. super hoc. secus vbi præsumptio non esset pro asserente,quia tũc seruabitur regula text.in.c. in nostra.de testib.ita sentit Abba.in.d.c. super hoc. & Alcia.in.d.tract. de præsumptio. reg.3.præsump.7.nume.6.

Tertio limita,quando ex coniecturis atque vrgentibus indicijs aliud iudici visum fuerit, quia eius arbitrio reliquitur an metus sit sufficienter probatus vel ne.ita tradit Inno. Abb. & docto in.c.cũ dilectus.de his quæ vi. Alcia. cons.5.nu.5.Paris.cons.60.nume.25.vol.4. Et cum interior voluntas ex signis exterioribus cognosci possit,vt in.l.dolũ.C.de dolo.c. vlti. de renunti.consensus liber à testibus percipi potest,ideo pensitare debet iudex vtriusq; rationes & causas, quas testes ipsi pro suis testimonijs reddiderint & his perpensis arbitrabitur quibus sit maior fides adhibenda. Secundum Iaſ.in.l.interpositas.nu.5.C. de transact. Deci in.d.c.vlti. de appella. sentit Ang.in.l. fin.in prin.ff.quod met. Nec mihi vllo tempore placuit quædam Cępolæ opinio in caut. 144.asseuerantis soli vni testi testificanti metum in aliquo actu interuenisse, fidem integram esse adhibẽdã, quem refert And. Alcia. cons.97.nu.13.vbi dicit quod hoc dictũ esset valde notabile si esset verum. Sed idem Alcia. in.d.præsump.7. Cępol. merito impugnat & D.episcopus Segou.in.lib.4. decreta.2.par.c. 3.§.5.nu.10.est enim eius opinio contra apertissimas iuris regulas dicentes, in ore duorum vel trium stare omne verum.c.licet.c.veniẽs. 1.de testib.

REGVLA. D.CCLI.

Testis nõ præsumitur rogatus not. Bar.in.l.sciendum.2. col. ff. de verb. oblig.idem in.l.diuus.ff.de testa.mili. & in.l.hæredes palam.§.in testamẽto. ff. de testa. & ibi communiter docto. Alex.in.d.l.sciendum.col. antep.vbi etiam refert ad hoc. Ang.& Anto.

Limita quadrupliciter, vt per Iaſ. in.d.l.sciendum.col. 5. quarum limitationum tres habuit ab Alex.ibi.

ANNOTATIO.

Adde late Specula.ti.de teste.§.1 in princi. fina col.Ferdi.Mencha.de succesi.creati par. 1 lib.2.§.13.nu. 59. Et ratio huius regulæ est, quia cũ rogatio sit facti,non præsumitur:quia illa quæ facti sunt probari debent.l si emancipati.C.de colla.l.cum res.C.de probati. & huius regulę doctrinam communem esse fatetur Boeri. deci.35.nu.7.Circa quam vide Anton. Rub.consi.14.nu.2.

REGVLA. D.CCLII.

Testis valde dignus, & alius testis infamis,plene probant, quia integra fides vnius supplet defectum alterius. not.Bal.& Ang.in.l.si quis ex argentarijs.§. 1.ff. de eden.per tex.singu.ibi & refert hoc Hippol. qui plura allegat.in.l. de minore.§.tormenta.col.3. in prin.ff.de quęsti. & illum text.dixit sing.in.c.tertio loco post. Bal.ibi de proba.ad hoc quod testis inhabilis sustineatur per habilem:& prędictam principalem cõclusionem sequitur & commendat Iaſ.in.l. cunctos populos in.2.lecti.col.3.C.de summa tri.& fi de cath. referendo Bal. & Angel.vbi supra & Alex.Sali.& Rom.in varijs locis.

Limita primo,vt per Alex.in.d.l. si quis.§. cogantur. quã legit in.d.prętor.post Ancha.& Bald.quos ipse refert, quando infamia est talis quę solum attenuat fidem testis, & non repellit ex toto: vt infamia facti, secus si infamia iuris.

Secundo limita, quãdo esset casus, in quo

in quo ex forma iuris vel hominis requirerentur duo teſtes, quia tũc vterq; debet eſſe probatę vitę. ita limitat Fel. in.d.cap.tertio loco, in fine referendo Bald. ibi Et pro regula ſupra ſcripta vide quæ dixi ſupra in reg. teſtis domeſticus. in.11.limi. vbi habes bonam remiſsionem.

ANNOTATIO.

Adde Fulgo.conſi.173.incip.in cauſa inquiſitionis.col.2. Alex.conſ.2.col.6.ver.Secundo reſpondeo.lib.2.& conſi.56.col.vlti.lib.2.Corne.cõſi.42 in fine lib.1.& conſ.51.col.vlti.ibi & conſi.169.col.2.lib.2.& conſi.27.col.3.lib.3.& conſi.166.col.2.& conſi.319.col. pen.eo.lib.3.Soci.in conſi.130.incip.Viſa contingẽtia col.vlt.lib.3.Hipp.in.l.de minore.§. tormenta.col.3.ff. de quæſtio. & in fing.196. Catel. Cot.in Memo.iuris in verbo, Legalitas vnius. & fere innumeros doctrinam huius regulæ ſequentes refert And.Tiraq.in tracta. de pœnis cauſa 51.Quanuis Alex.velut ſibi contrarius in.l.ſi quis ex argentarijs.ff.de edẽdo. aſſeuerat, quod tex.ille non videtur probare dictũ Bar.& aliorum & contra illud videtur tenere Fulg.in.l.1.C.de teſta. & hanc cõtrariam ſententiam ſequi etiam videtur Deci conſil.133. incipi.Viſo proceſſu.ver. Nec prædictę cõcluſioni obſtat.in illis verbis.Quarto dici poteſt. Sed prior ſententia communis eſt & verior.

Primam vero limitationem hic ab authore conſtitutam ſequuti ſunt. Ange. & recẽtiores in l.1 C. de teſtib. Frã. Curti.in tract.de teſti. i.cõcluſione. Tiraq.in loco nouiſsime allegato. Anto. Trigo in ſing.79.nu.3 Mar.Anto.Nat. conſi.354.nu.6. Et ratio harum limitationis eſt, quia cum dictũ teſtis ſit nullum in caſu in ea conſtituto non poteſt ſuppleri quia quod nullum eſt ſupplemẽtum nõ recipit.l ſi manẽte. ff de precar. facit tex.in.l.maritus.ff.de quæſt.

Secudam limitationem ſequitur alios allegans And. Tiraq.in loco vbi paulo ante eum allegaui vbi ex hoc dicit quod cum in teſtamẽtis ſeptem teſtes requirantur, hoc caſu aliorum integritas non ſuppleret vnius defectum.

Tertio vltra authorem limita regulã, vt non procedat in cauſis criminalib⁹, in quibus vni⁹ teſtis defectus non ſuppletur per aliũ. ita Bal. in.c.ad noſtram.de probat. Fel.in c. teſtimoniũ col.5.de teſtib. Deci.conſi.133 incip. Viſo proceſſu.in fin.4.col. Tradit late Hippol.in pract.crimi.§. Expedita. ver. Reperio alium & in ſing.477. Arno.in ſing.19. Thom.Grã. conſi.crimi.1.nu.4.Ludo.Car.in practi.crim. 73.nu.45.Caro.Ruin.conſi.149.nume.37 & conſi.150.nu.18.vol.5.

Sublimita tamen limitationem iſtã, vt procedat quando tractatur de imponenda criminis ordinaria, ſecus ſi ad torturam infligendã procederetur, quia hoc caſu legalitas vnius teſtis alterius defectum ſupplet. ita tenuerunt Grãma.& Care. vbi ſupra qui alios idem tenentes allegant.

Quarto limita vt nõ procedat qñ defectus teſtium non tantũ verſatur circa perſonas ipſorum teſtiũ ſed circa eorũ depoſitionẽ. ita obiter limitat Caro.Rui in alleg.cõſ 149. nu.36.

Quinto limita, ſupra ſcriptã regulã in cauſis ciuilibus arduis puta in matrimoniali cauſa & ſimilibus quia in eis legalitas vnius non ſupplet alterius defectum. ita tenet Caro.Rui. in allegato conſi.149.nu.36.qui allegat alios.

REGVLA. D.CCLIII.

Teſtium non legitime examinatorum atteſtationes poſſunt communi conſenſu partium cõprobari. Ita not. Bar.in.l.1 ff de feri. vide tex.in.l. fin. ver.confirmari. C. de teſtib. quem ad hoc not. Bal.ibi tenẽt Inno. & Hoſt. in.c cauſam quę inter archiepiſ.& ibi Baldus col.vlt.de teſti. idem Bal.in.c. veniens.lo.2.col.2.eo.ti.

Amplia hoc procedere etiam inter ueniente tacito conſenſu partium. ita tenet Specul.in titu.de teſte.§. Nunc tractãdum.verſi. Debet quoq; iudex.

Limita tripliciter, vt per Iaſ.in.d.l. 1.ff.de feri.col.3. vbi etiã ſequitur dictam ampliationẽ, & cõprobat ſupra ſcriptã ſimili deciſione. & vide Fel.in d. c. cum cauſam.col.14. vbi primas duas limitationes ex prędictis poſuit, & latius quam ipſe Iaſ.

REGVLA. D. C CLIIII.

Teſtis qui ſemel productus dixit ſe neſcire, vel recordari, & nunc iterato deponit ſuper eodem negotio non dicitur varius, vel vacillans: imo valet eius dictũ glo.in. c. cum cauſam quæ

inter

inter œconomum. in gloſſ. 2. de teſti. tex. ſingu. ſecundum Bal. ibi in. c. 1. §. notandum. in titu. de not. feud. & voluit Ang. in. l. quidam tabularum. ff. de fur. per tex. ibi & ponit Hippol. in l. ex libero in prin. pe. col. ff. de quęſt. vbi refert Bald. in alis locis & Rom. & Alex. idem firmantes.

Limita niſi talis teſtis poſtquam dixit ſe neſcire eſſet cum parte locutus. ita Bald. in rub. de contro. feud. & refert Hippol. vbi ſupra. quod comprobat alijs ſimilibus, & refert Rom. in cõſ. 505. incip. Cũ teſtis. vbi alias deſcribit reſtrictiones.

ANNOTATIO.

Adde quę circa iſtam regulam ſcribit Tindarus in tract. de teſtib. c. 9. nu. 1. tomo. 1. tract. diuer. docto. Crot in tract. de teſti. nu. 340. D. epiſcop. Couar. lib. 2. vari. reſol. c. 13. nume 8. Foller. in practi. crimi. 2. par. cap. capiat informationem. nu. 47. & ſeq.

REGVLA. D.CCLV.

Teſtis qui nõ debuit examinari, examinat⁹ facit indicium. firmat Bar. in l. maritus. poſt glo. ibi ver. vlterius quęro. ff. de quęſti. Bald. in. c. 1. de cõfeſ. circa prin. Abb. in. c. ex literis. de tranſacti. 1. nota. plura allegat ad hoc Hippo. in ſing. 198. incipi. Teſtis qui nõ debet. Vide Hiſpane. l. 9. ti. 16. par. 3. quæ hanc regulã videtur cõprobare, dũ diſponit, quod ſi teſtis minoris ætatis quam ſtatuitur ibi examinatus fuerit, facit præſumptionem.

Limita ſex modis notabilibus, vt per Feli. in. c. cũ dilecti. de accuſa. col. pe. & ſeq. quẽ vide in materia optime loquentem: & pro exemplis principalis regulę plura dicta doctorum refert in. d. col. pen. in prin. & quia prędicti caſus ſunt notabiles, & tibi opinor iocundum fore, eos volo ſummarie, omiſsis allegationibus referre.

Primo fallit, niſi teſtis eſſet prohibitus examinari ratione ordinis: puta ante litem conteſtatam, vel parte non citata, quia tunc non facit indicium.

Secũdo fallit, niſi teſtis eſſet prohibitus interrogari: quia tunc interrogatus, non facit indicium. vide eum.

Tertio fallit, niſi lex reſiſtat examinationi, vt quia dicit non poſsit examinari, non ſit admittendus: quod intellige vt ibi.

Quarto limita, niſi lex requireret certum numerum teſtiũ, in certo caſu, quia tũc vn⁹ ſolus nõ faceret indiciũ.

Quinto limita, & hoc bene not. ſecundum eum quando teſti eſſet oppoſita aliqua exceptio pro allegat Aret. & dicit hoc nõ alibi: vide eundẽ quia in hoc latius loquitur.

Sexto limita, vt faciat indiciũ, ſed non ad efficacẽ condemnationẽ: niſi ſuppleatur per alias probationes.

ANNOTATIO

Adde Aegidi. Boſi. in delictorum tract. ti. de inquiſi. nu. 62. & latiſsime doctrinã hui⁹ regulæ interpretatur Ludo. Car. in practi. crimi. fo. 67. nouiſsimę impreſsionis. quẽ vide & Iuli. Clar. li. 5. recep. ſent. §. fi q. 24. ver. vide etiã.

REGVLA. D.CCLVI.

Teſtis ita debet puniri pœna falſi, quando ſcienter tacet veritatem, ſicut quãdo exprimit falſum not. Bar. poſt Fulgo. & Iacob. Butrig. in. l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. publi. Idem Bar. in. l. ea quę commendandi. ff. de contrah. empti. probat tex. & ibi not. Abb. in. c. 1. de crimi. falſ.

Limita quadrupliciter, vt per Iaſ. in. d. l. prędcriptione. col. 3. quam regulam prius ornat quatuor doctrinis notandis in propoſito, quib⁹ ampliatur.

ANNOTATIO.

Adde tex. regulam hanc probantem in. c. quiſquis

quisquis. & ibi glo. 13. q. 3. glo. in. c. cum dilecti. in verb. plenam. & ver. meram. de accusa. Bal. in. l. data opera. nu. 29. C. qui accusa. non poss. Feli. nu. 3. in c. 1. de testib. cogen. & vide regiã l. 42. ti. 16. par. 6. & in. l. 1. titul. 7. par. 7. Tacere quidem vbi loquendum est, & loqui vbi tacere oportet peccatum est secundum S. Thom. 22. q. 73. arti. 1. & Floren. 1. par. ti. 2. c. 4. §. 5. Si autem testis interrogatus veritatẽ tacuerit forsan absque dolo, quippe qui homo integræ famæ & opinionis & post longum tempus de aliquo actu interrogatur excusabitur equidem ex quadam præsumpta simplicitate, licet postea constet illius actus fuisse conscius vt tenuerunt Anto. Rub. consi. 16. Rimi. in. l. qui accusare. col. 2. C. de eden. D epis. Sego. in. c. quãuis pactum. 1. par. §. 7. nu. 5. de pacti. lib. 6.

REGVLA. D. CCLVII.

Testium examinationem, non potest iudex alteri committere in causa criminali: not. Bal. Ang. & Salic. per illum tex. in authẽ. apud eloquentissimum. C. de fide instru. not. glo. in. c. at si clerici. de iudi. in glo. probatione. & in. c. 1. de testib. cog. & in. c. constitutus. de fideiusso. probat. text. in. l. 3. §. diuus. ff. de testib.

Amplia vno modo, & limita aliis quinque, vt per Feli. in. c. causam. de testib. col. antep.

ANNOTATIO.

Adde regiam l. 27. titu. 19. par. 3. & cap. 37. in capi. prẽto & in. cap. 17. in leg. de Madrid. in ord. iud. Circa istam regulam vide Aegi. Bosi. in tract. delicto. tit. de opposi. contra testes nu. 26. And. de Iser. in consti. regni Siciliæ. lib. 1. rub. 51. Anto. Capi. deci. 90. nu. 34. & 5. Iuli. Clar. lib. 5. recep. sent §. vlti. q. 26.

Hanc regulam vbi diligentissime eius materiam interpretatur cum vndecim limitationibus scripsit doctissimus Petrus Auenda. in lib. de exequend. mand. Reg. 2. part. c. 17. per totum.

REGVLA. D. CCLVIII.

Testes non publicati non faciunt fidem not. Bar. in. l. is apud quem. col. pen. C. de eden. facit lex gesta vbi glo. & docto. C. de re iudi. gloss. in. l. 3. in verbo, patiatur. ff. de his quę in fraud. credi. vide glo. & Bar. in. l. solam. C. de testib. vide late per Fel. in. c. cum. l. & A. in. 2. col. de re iud.

Limita tripliciter, vt per Ias. in. d. l. is apud quẽ. in. col. 6. vide latius per Fel. in. c. causam quæ. el. ii. de testi. col. 4. ver. Fallit tertio. & seq. col. vbi optime loquitur, & describit quatuor casus, quibus fallit prædicta regula.

ANNOTATIO.

Adde Decium in. cap. causamque. nu. 4. de testib. quo loco huius regulæ doctrinam communem esse testatur. Et in crimine læsę maiestatis testes etiam publicari debent vt tenet Bar. in extraua. Ad reprimen. ver. Figura iudicij. ver. Circa vero dicta testiũ. sequitur Matt. de Afflict. in. c. 1. §. & bona committentiũ, col. 1. nu. 9. in. ti. quę sint regal. in vlib feud. Hier. Gigan. in tract. de crimi. læsę maie. rub. qualiter in crimi. læsę maiest. proced. q. 19. nu. 1. cum seq. Illud tamen notabis, quod si lata fuerit sententia non publicatis attestationibus valida est, nam cum testes non sint de substãtia iudicij nec eorum publicatio, ita Bald. in. c. 1. nu. 12. si int. dom. & agn. lis oria. glo. in. c. vlti. in verbo, indicijs. de hæred. lib. 6. Inno. nu. 4. per tex. ibi in. c. cũ. l. & A. de re iudi. vbi Abb. nu. 10. Feli. & docto. Bar. in. l. prolatam. C. de sent. Corne. consi. 102. col. vlt. vol. 1. Cap. Thol. & ibi late Auf. decis. 396. Grego. Lup. 34. ti. 16. par. 3. in ver. *Aburtos*. & hanc esse communem opinionem asseuerat Rob. Maran. in Spec. aduo. 6. par. vndecimo actu. num. 4. pag. 487. quæ tenenda est quicquid voluerit glo. in. d. l. prolatam. & in. l. solam. in verbo, solam. C. de testib. Intelligenda tamen est communis sententia, præterquam si altera pars testiũ publicationem petierit, nã à denegatione appellare poterit, & hoc casu iudex tenetur publicationem facere, alias sententia firmitatem non obtinebit. ita resoluũt Inno. Abb. & doct. in. d. c. cum. l. & A. Ang. in tract. malefi. in par. Qui iudex dictum processum publicauit. nu. 1. Greg. Lopez. in. l. 37. in glo. 2. titul 16. par. 3. sequitur Ioan. Matienzo in dialogo relator. 3. par.

par.c.45.nu.6.qui alios allegat. Et secundum hanc distinctionem intelligi potest Regia l 1. ti.4.lib.3.ordi.ibi *Publicados los dichos testigos*. Licet indistincte testium publicationem esse de forma substantiali iudicij de iure regio.d.l. ordina.authoritate innixus tenet noster D. Perez in.l.1.in glo.vlti.ver.De iure vero.titu.11. lib.3.ordi.vbi dicit forensi vsu esse hoc iam receptum, Sic equidem in Romanę curię summo prætorio vtētium moribus receptum est, vt non facta testium publicatione parte petēte processus sit nullus teste Feli.in.c.cū.1, & Anu.2.de re iudi.& etiam in causis summarijs, vt attentatorum: vt asseuerat Matth. de Affli. decis.351.nume.9.vbi idem fuisse decisum in Neap.senatu refert. Notabis tamen quod ea quæ hic scripsim⁹ minime regulæ nostræ aduersantur, licet valida sit sentētia sine testium publicatione, ex hoc non sequitur quod dicta testium absque publicatione valere debent, quia ista diuersa sunt nam licet valeat sententia sine probationibus, tamen casu quo probationes considerari debent intelligitur eo modo vt valide sint & authoritatem habeant.

REGVLA. D.CCLIX.

Testes, qui alias nō sunt idonei, in subsidium reputantur idonei, quando aliæ personę haberi non possunt. probat tex.in.c.veniens.in.2.de testib.& in.c.fin. quem ibi not. Abb. in.2.not. de testib.cog.facit tex.in.l.nō omnes §.à barbaris.ff.de re mili.quod voluit per eum Bar.in.l.in illa in fina.verb. ff.de verbo.obliga.probat glo.in ver bo,& si tres.in.c.cum dilecti de elect. alia in.c.2.in glo.pe.& ibi not. Abb. de arbi.faciunt dicta per Iaſ. in. l. cū ea. C.de transactio.fin.col.

Limita mirabiliter, & singulariter intellige quando ex natura illi⁹ actus qui venit probandus, alij testes non possunt haberi habitu, nec actu: vt in coniuratione vel conspiratione, in hæresi, & similibus, quorum delictorum est mos, vt semper soleant clam & in abscondito perpetrari: sed quando potētia potuissent plures testes interuenire, vt in homicidio, violentia, iniuria & similibus, licet actu non interuenerunt, nisi tales minus idonei, tunc non procedit dicta regula. ita limitat hoc sing. Anto.in.c tertio loco.de p-ba. vbi hoc dicit bene not. Feli.in. 4. nota. quod sequitur Fran. de Cur.in rep.l.admonēdi.col.27.in fine & seq. ff.de iureiur. quod dicit mirabile Iaſ. in.l.fi.col.fin.C.de his quib. vt ing. idem Iaſ.in.l.cūctos populos.in lectu. 1.in fine. C.de summa.tri.& fide cath. & voluit hoc sentire Abb. in.d.c.fin. d.2.not.& prædictam doctrinam Anto.dicit sing. Fel.in.c.de cętero.1.col. de testib. vbi dicit, quod nō valet simpliciter ista consequentia: res non potest aliter probari, ergo testis inhabilis efficitur habilis, quia hoc debet intelligi cum distinctione, de qua supra: pro quo dicit quod est text.melior de iure in.c.in literis.de testib. & istam limitationem ad prędictam regulam descripsit Hippol. licet prædicta non referat in sing. 73. incipi. Plures sunt qui allegant. vbi eam bene declarat & refert Alex.idem Hippo.in.l. infans. col.fin.ff.ad leg.Cor.de sicar.

ANNOTATIO

Adde latissime circa regulam hanc Aegidi. Bosi.in tract.delicto.tit.de indicijs & considera.ante tor.nu.161.cum seq. Deci.consil.133. incip. Viso vlt. co. Alex.cōsi.64.vol.1. Thom. Grām.cons.58.nu.4. latissime tradit Ludo. Car.in practi.cri.fol.72.nu.31.

Et vnicam limitationem quam hic scribit author sequuti sunt plures doctores quos allegaui supra in reg.65.ver.Et vnicam.

Secūdō limita & declara regulā, vt procedat dummodo tales testes non sint inimici capitales nam hoc casu etiam in his casib⁹ in quibus testes inhabiles, admittuntur inimici verō capitales minime recipiuntur. ita sing. declarat istam regulam Thom.Grām.consi.crimi.45. nu.18.sequitur Ludo.Car.in.d.fol. 72. Nam in crimini bus exceptuatis lęsę maiestatis blasphemiæ

phemiæ,simoniæ, & similibus inimici testes non admittuntur, licet si alijs inhabilitatibus laborarent admitterentur.vt in.c.per tuas. de simonia & in.c.cũ P.de accusa. & ita resoluit allegãs alios Thom.Grãm.cõ.crim.46. nu.9. D.episcop.ciuitatẽ in instit.catho.c.62. nu.31.

Tertio limita, vt regula procedat quando proceditur ex officio secus si ad querelam partis.ita tenet Ludo. Car.in loco nouissime allegato qui alios huius sentẽtiæ authores allegat.

Quarto limita,quod in casu in quo testis inhabilis admittitur intelligitur dũmodo pri⁹ positus atq; traditus fuerit tormẽtis glo.in.l.3.§. 1.Iulia.ver.palã.ff.de testib.not.Hippo.in practi.crimi.§.diligenter.Thom. Grãm.cõs.cri. 58.nu.3.& cons.70.nu.11.& cons.35.num.21. Hiero.Grat.cons.59.nu.37.Sed hoc intelligẽdum est qñ inhabilitas prouenit ratione delicti,vt quia sunt infames criminosi,& nõ aliter nam domestici consanguinei mulier impubes & similes,minime torquendi sunt, vt eorum depositio firmitatẽ obtineat.ita Alex. post Bar. in.l.ex libero.ff.de quæsti.& declarat Thom. Gramm.in locis nouissime allegatis. gabriel. nº 8.

Quinto limita,nam in propositis casibus inhabiles nunquam admittuntur,vt suarum depositionum ratione possit quis pœna ordinaria dignari, poterit tñ torqueri.ita resolut Ludo. Car.alios allegans in loco nouissime allegato. Vnde licet in crimine hæreseos testes inhabiles admittantur, vt supra secunda limitatione scripsi, id verum est ad præsumptionem, aut qualẽ qualẽ probationem faciendam, non autem vt censeantur integri neque integra fides eis adhibeatur,quod euidenter apparet ex capi.in fidei fauorem de hæreti.lib.6. vbi decretum est tales testes admitti debere in subsidium aliarum probationum,si ex verisimilibus coniecturis,& numero & personarũ qualitate,atque alijs circunstantijs falsa dicere non præsumantur.& ita not.illum tex.Areti.in.c. vlti.de testi. Brunus lib.4.c. 9. Lup. in alleg. hæresis.§.vlti.Nam in hæresis crimine ad plenam probationem faciendam testes omni exceptione maiores desiderantur multo magis quam in alijs criminibus vt nuncupatim de probatione hæresis loquentes asserunt Alber. in.c.1.de hæreti.lib.6.q.16.nu.25.D. episcop. Ciuitatẽ.Iacob.Septim.de institu.catho.c.50. nu.4.Lup.in.d.alleg.§.13.

Sexto limita,& declara regulam, vt procedat quoad extraneas personas litigantes, nam super eo quod ipsimet testes inhabiles fecerũt minime admittuntur,ita sen:it Petrus de Ancha.cons.123.& voluit Raph. Fulg. cons. 1[illegible] Deci.cons.183 col.5.& cos.234.1 col. Hiero. Grat cons.59.nu.40.vol.2.

Septimo limita, nisi tales testes inhabiles plures defectus paterentur, ita limitat istam regulam Ludo.Car.in d.practi.fol.73.nu 4 in quo loco alios doctores allegat.

Octauo limita,& declara regulam, quod ad hoc quod testis inhabilis admittatur ad probãdum in casu huius regulæ necessarium est, vt probetur qualitas in qua fundatur nempe quod alij testes haberi non potuerunt, & hæc aliter probari oportet quia si testes inhabiles hoc deponerent, nulla in hoc fides illis accommodaretur, ita elegantissime resolut Alex. cons.64.nu.6.& 7.vo.1.qui allegat Barti. Bal. decem.col.2.ff.de verb.obliga.Anto.de Butr. cons.24.vlt.col.Thom.Grãm.cons.58.nu.4. Hipp.in practi.cri.d.§ diligenter Carc.in.d.fo. 73.nu.34.Hiero.Gra.d.cons.59 nu.38.& 39.

REGVLA. D.CCLX.

Testes examinati & publicati, faciunt fidẽ in alio iudicio inter easdem personas.probat tex.in.c. causamque lo.1.de testib.& in.l.iubemus. C. de liber.causa.& in.l.2.ff.iudi. sol. & in l.fin.pe col.C.de testib.

Limita quinque modis, vt per Iaf. in.l.is apud quem.col.pe. C. de eccl. vide Felin.in.d.cap. causamque.lo. 1. col.1. vbi hoc ampliat quatuor notab. modis, & postea triplici limitatione moderatur in duab.col.sequ. quarum limitationum prima differt ab scriptis per Iaf. vbi supra: ex quibus sex restrictiones habes ad hanc regulam.

REGVLA. D.CCLXI.

Testes quando loquuntur vno & eodem sermone prẽmeditatq, dicuntur suspecti: vt in.l.3.§.ideoque diuus. ff.de testib.& ibi doct. Hinc est quod si testes interrogati de tempore, dicũt omnes non recordari reddũtur suspecti.not. Hostien.in cap.ex tenore.de

teſtib. vbi Feli. in col. 2. eundem in. c. cũ cauſamquę inter archiepiſ. col. 13. ver. Secundo limita. eo. titu. vbi bene declarat dictam cõcluſionem. Hoſt.

Limita ſi teſtes ſunt bonę famę, qa tũc per tales teſtes probabitur. ita tenet Bal. in ti. de conſt. ſuper ver. fin. qui allegat Ioan. And. in cap. nihil. de verbo ſignifi. refert ad hoc eundem Bal. Fran. Cur. in tract. de teſtib. col. 6. ver. Decima quarta concluſio. & dicit quod ita etiam limitat idem Bal. in l. teſtium. C. de teſtibus. 3. col. vbi plus dicit ſecundum eum quod hoc cõmittitur arbitrio iudicis, an cenſeantur ſuſpecti ratione ſubornationis: quod dicit perpetuo notandum. Quãuis Angel. indiſtincte tenuerit, quod non valeat dictum teſtium loquentium eodem ſermone in. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. ſecundum eundem Franc. vbi ſupra quem vide, quia ſe remittit. Et vide pro huius fallentiæ confirmatione, quę poſui ſupra: in reg. Teſtis domeſticus. 7. fallẽ.

ANNOTATIO.

Adde Alex. conſil. 137. lib. 6. Deci. conſil. 627. Hierony. Grat. conſi. 75. nume. 12. lib. 1. Mar. Anto. Nat. conſilio. 96. nume. 8. volu. 1. Hippo. in repe. rub. C. de proba. nume. 358. quo loco plures refert qui huius regulę doctrinam ſunt ſequuti. Aegi. Boſsi. in tract. delicto. titu. de oppoſi. contra teſtes nume. 24. Et huius regulæ doctrina quæ communi omnium doctorum ſuffragio recepta eſt minimè latuit diuinum illum Chryſoſtomũ, qui ſuper Matthæum homili. 1. col. 3. inquit ſpiritu ſancto inſpirante diuerſis verbis ſcripſiſſe euangeliſtas: ne teſtimonia eorum haberentur apud infideles ſuſpecta, ſi eiſdem ſermonibus, Euangelicam hiſtoriam tradidiſſent: quod S. Tho. annotauit. 2. 2. q. 70. arti. 2.

Primam & vnicam limitationem, huius regulæ ſequutus fuit conſulendo Zaſi. conſ. 2. nume. 58. vol. 2.

Secundo, vltra authorem limita regulam, vt non procedat quando teſtes de tenore alicuius ſcripturæ deponerent, quia tunc non imputatur illis ſi verba formalia quantum fieri poteſt recitauerint, nec dicetur vnum & idẽ præmeditatum ſermonem protuliſſe, ſed vnã & eandem ſcripturam recitauiſſe in ſua ſerie ita ſing. limitat & declarat iſtam regulam Zaſius. 2. conſ. d. nu. 58. vol. 2.

Tertio limita, quando teſtes qui loquuntur ſic vno & eodem pręmeditato ſermone eſſent tres vel quatuor & ſic plures, quia tunc non dicẽtur ſuſpecti. ita Alex. conſi. 149. nu. 6. vol. 5. & conſi. 237. col. 2. vol. 6. Roland. Vall. cõſ. 72. nume. 6. vol. 2.

REGVLA. D.CCLXII.

Tituli multiplicatio in beneficialib⁹ eſt ad cautelam. Abb. in. c. in noſtra. de reſcrip. bonus tex. in. c. poſt electionem de conceſſ. pręb.

Limita tripliciter, vt per Feli. in. d. c. in noſtra. col. 3.

ANNOTATIO.

Adde Lap. allega. 132. nume. 2. Ludo. Rom. conſ. 433. nume. 6. quem vide.

REGVLA. D.CCLXIII.

Titulum beneficij alicuius poſtquã ſuperior approbauit non poteſt amplius eum vexare. not. Ancha. in. c. 1. de reg. iur. in. 6. idem & Domi. in cap. ordinarij. de offici. ordin. eo. lib. & in materia huius regulæ vide aliam. ſupra in verbo, Poſſeſsio.

Limita tripliciter, vt per Feli. in. c. licet Heli. col. 3. in fin. de ſimo.

Titulus. vide ſupra in verbo, Allegans. lo. 3. & in verbo, Poſſeſsio.

REGVLA. D.CCLXIIII.

Torqueri nõ poteſt homo liber in cauſa pecuniaria. vt in. l. diuus. ff. de quæſtio.

Limita

Limita dupliciter, vt per Hippo. in practi. crim. §. expedita in col. 8.

Primo, in causa pecuniaria graui & ardua: qa illa equiparatur criminali.

Secundo, nisi causa ciuilis & pecuniaria habeat crimen annexum.

ANNOTATIO.

Adde late Parid. de Puteo in tract. sind. in c. An in causa pecuniaria. Paul. Gril. in tract. de tortur. q. 7. Aegid. Bosi. in amplissimo illo delicto tract. tit. de indici. & consid. ante tor: nu. 57 cum seq. Ludo. Car. in practi. crimi. fol. 81. nu. 23. apud quos late materiam huius regulæ declaratam reperies.

REGVLA. D.CCLXV.

Traditio ficta circa dominium & possessionem idem operatur quod vera. vt in. l. quędã mulier. ff. de rei vẽd.

Limita sex modis, vt per Areti. in l. 1 §. quod meo. in. 1. col. ff. de acqui. poss.

ANNOTATIO

Adde tex. in. l. quãuis §. 1. ff. de acqui. posse. & in l quod meo. in prin. & ibi Bar. & docto. c. ti. & in. l. interdũ in prin. & ibi Bar. co. tit. & in l. certe §. 1. ff. de precar. & in. c. cum venisset. & ibi glo. & docto. de restit. spo. gloss. in §. interdum. instit. de rer diui. Hosthen. Ioan. And. & Abb. in. c. vltim. de precar. Speculat. de empti. & vendi §. 1. ver. Et nota quod expresse. & ver, Sed quid si in instrumento continetur Oldr. consi. 278. col. 2. Areti. cons. 21. col. 2. Corne. consi. 15. col. 3. lib. 1.

Hanc regulam, vltra authorem latissime scripsit And. Tiraquel. in tract. de iure constituti. quo loco in prima parte in prin. eam longa manu interpretatur. & in. 2. vero illius tractatus parte ampliat eam. 38. modis. in tertia autem parte ei. 31. limitationes assignat.

REGVLA. D.CCLXVI.

Transigere de crimine adulterij non licet tex. in. l. transigere. C. de trã sact. cuius regulæ rationem omissis Bar. & Cyn. ponit Salic. ibidem sex oppo.

Limita duobus modis, vt per Ias. in d. l. transigere. col. 2. nu. 5.

ANNOTATIO.

Adde quæ circa huius regulæ materiam & eius veram rationem diligentissime describit D. Anto. Padilla in. l. transigere. nu. 70. cum multis sequentibus. C. de transact.

REGVLA. D.CCLXVII.

Tutor vel curator licèt habeat ius exigendi, vel recipiendi solutionem non potest debitori minoris facere pactum de non petendo. tex. est in. l. pactum curatoris. C. de pact.

Limita tripliciter, vt per Ias. ibi circa prin. & vide ibi Alex. qui ante eum ponat tres limitationes quarum secunda differt à positis per Ias.

ANNOTATIO.

Adde latè Deci. in. l. pactum curatoris. C. de pact. quo loco ampliat regulam hãc. vt procedat generaliter in omnibus administratoribus & postea eam quatuor modis limitat.

REGVLA. D.CCLXVIII.

Tutori, vel curatori si testator relinquat liberationem, pro administratione præterita non videtur dolus remissus, nec reliqua. tex. est in. l. Aurelio. §. Cayus. ff. de lib. lega.

Limita, tripliciter, vt per Ioã. Crot. in. l. nemo potest. col. 20. ff. de lega. 1.

ANNOTATIO.

Adde Iodoc. in patroci. pupil. fol. 171. Carol. Rui. cõs. 54. nu. 13. cum seq. lib. 1. & vide quæ scripsi supra in reg. 740. ver. Tertio intellige.

REGVLA. D.CCLXIX.

Tutori potest testator remittere

confectionem inuentarij tex. in.l. fi. §.illo.C.arbi.tutel. vbi Bart. & alij. not.Bal.in.l.cum tala.§. Titius. ff. de condi.& demonſtra. facit. l. quidã decedẽs.ff.de admi.tuto. & tenet Iaſ.in l. cum neceſsitatẽ.C. de fideicõmi. de quo ſingulariùs per Seg.in repeti.l.ſi ex legati.fo.3.col.1.ff.de verb.oblig. vbi referendo Ioan.And. ponit duas vtilitates,quę poſsũt ex tali remiſsione ſuccedere.

Limita hoc,quia non obſtante tali remiſsione toſtatoris,ſi iudex videt talem tutorem aliqua ratione ſuſpectũ, poteſt eum cogere inuentarium conficere.ita limitat Iaſ.vbi ſupra referẽdo ſolum ad hoc Ang.in conſi. 144. tu vide Bar.in.l.nemo poteſt.col.2.in fine.ff.de legatis.1.vbi tenet, quod ſi appareat quod talis remiſsio eſt cõtra vtilitatem pupilli, iudex nõ debet ſequi voluntatem teſtatoris & ſequitur Seg.in.d.col.2.

ANNOTATIO.

Adde quę ſcripſi ſupra in regula. 740, incipi. Teſtator non poteſt.

De litera. V.

REGVLA. D.CCLXX.

VAcationis modus omnis comprehenditur, quando nullus exprimitur, & ideo non oportet facere mentionem de modo vacationis Lap. allegati.6.col.2. doctores in c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.6. Fel. in. c.in noſtra col.22. de reſcrip.

Limita quinque modis,vt per eum ibi col.23.

ANNOTATIO.

Adde Ioan.Staphi.in tract. de gatijs & expectati.fol.24.nu.4.14.volu.tract.diuerſorum doctorum.

REGVLA. D.CCLXXI.

Vaſallus poteſt ſibi acquirere nouũ vaſallum infeudando ei feudum, etiã ſine licẽtia ſuperioris domini.glo.eſt in verbo feudum.in. c. quæ in eccleſiarum.de cõſtitutioni. & videtur expreſſum in.§.ſimiliter.in titu.de lege. Conr.in vſib. feud.not. Abb. in cap. tranſmiſſa. per illum text.in.4.not. de foro compe.Bal.in.c.1.in fine prin. qui feud.da po.

Limita & declara hãc regulam ſex nota.modis,vt per Feli.in.d.c.quæ in eccleſiarum.21.col.

ANNOTATIO.

Adde Albar.& doctor.in.c.1.§.ſimiliter.de lege Conr.& adde tex.in.c.beneficium.ſi de feud.fuerit contro. vbi glo.ponit quædam requiſita ad hoc vt infeudatio facta à vaſallo firmitatem habeat.Et de tali infeudatione miratur Bal.in.c.ſane.col.vlti.de renun.vbi tamen dicit hoc ſtatutum eſſe fauore dominorum. Et aliam rationem ſcribit idem Bal.in.c quæ in eccleſiarum.col.8.ver. Quare permittitur. de conſti.& vide tex.glo.& omnes doct.in.c. Imperialem.§.1 de prohi feud.alt. per Feder. & vide late circa hanc reg.Ioan.Barth.de Scarampis in conſi.111.inter conſi.Alb.Bru.Lud. Gozad.conſ.62.nu.5. & hanc dicit cõmunionẽ Fran.Cur.Iuni.in tract.feud.in. 4. par. nume.83.

Hanc regulam,vltra authorem noſtrũ cum quatuor limitationibus ſcripſit Decius. nu.31. in.d.c.quæ in eccleſiarum. Et alias limitationes ad hanc regulam colliges ex Fran.Cur.in d.4 par.à numero.83.vſque ad numerum.91. quem vide.

REGVLA. D.CCLXXII.

Vaſallus inuito domino,renũtiare poteſt feudo.tex.eſt in.c.1. de vaſallo qui cõtra conſti. Lotha.in vſi.feudo. tenet Archi.in cap.de forma.22.q.5.

Bal.

Bal.in.l.1.i2.q.ff. de rer.diui.& in.l. cũ Archimedo.in fi.C.vt in poss.leg.

Limita quinq; casib⁹, vt per Fel.in c.quę in ecclesiarũ.24.col.cũ seq.de consti.

ANNOTATIO

Adde circa regulam hãc Matth. de Afflict. in c.imperialẽ.ver.Decimo sexto quæro.nu. 35.de prohibi.aliena.per Federi.

REGVLA. D.CCLXXIII.

Vasallus potest alienare feudum diuidendo ipsum inter se,& alium cõuasallum eiusdem feudi.tex.est.in.c.1.§. præterea ducatus. de prohibi.alien. feud.per Federi. bonus tex. in.c.1.in prin.ibi,Nõ est libellus,&c.de aliena. feud.pater.not. Bal.in.l. si plures. 2. col.C.de cõdi.inser.confirmat Fel.in c.quæ in ecclesiarũ.col.28. de consti.

Limita tripliciter, vt per Feli.ibi. col.29.

ANNOTATIO.

Adde Ludo.Gozad.consi.62.nu.5.& materiã huius regulæ latè interpretatur Frau.Cur. in tract feudo.4 par.nu.83.

REGVLA. D.CCLXXIIII.

Venditionis appellatione etiã alię species alienationis continentur tex. est not.in.l. sicut.§. vẽditionis.ff. quibus mod.pign. vel hippo.sol. & in.l. statu liberi à cæteris.ff.de sta.lib. quẽ dicit meliorem de iure Bal.in.l. 2. C. de vsucapi.pro empto.tex.& ibi Bar. in.l.voluntas.C. de fideicõm. glo.in. c.2.in verbo,iudicium.de postu.& ibi Abb.& in.c.1.in.1.not.de his quę fiũt à prela.

Limita primo, nisi facta mentione venditionis,fiat mentio de pretio. Secundo fallit,nisi verbum venditio, proferatur in materia, in qua super alienatione esset tradita certa & determinata forma.

Tertio *fallit*,nisi verbum venditio proferatur in materia stricta.

Quarto,nisi tale verbũ proferatur à prętore vel à iudice. Has limitationes descripsit Fel.in.c.fi.col.antep.de accusa.quẽ vide pro eis.& de materia vide Ias.in rep.l.filiusfamilias.§.diui. ff.de lega.1.pri.lectu.col. pen.nu.106. & in.2.nu.103 vbi ponit tres limitationes ad regulam similem huic:scilicet quod venditione prohibita,intelligitur prohibita donatio,& omnis alienatio,ex quibus poteris duas alias limitationes sumere ad hanc regulam.

ANNOTATIO.

Adde authorem supra in reg. 227. incipit Emptionis. vbi ista met regula posita fuit & vide quæ ipse ibi annotaui.

REGVLA. D.CCLXXV.

Verbum volo, cum infinitiuo, in actibus inter viuos, nõ disponit: vnde per ista verba. Volo eligere simpliciter prolata non inducitur electio. doctrina est Bar.in.l. serui electione.ff. de lega.1.per quam ibi Ias.col.5. ponit prędicta verba.

Limita tripliciter, vt ibi per eum.

ANNOTATIO.

Adde Mar.Antoni.Nat.cons.249.nu.42. par.Et not.quod verbum volo in his quæ à sola voluntate loquentis dependent adiungatur infinitiuo designanti initium actus, atque eius suspensionem,vt si quis dicat volo tecum matrimonium contrahere, inducit contractum sponsaliorũ ita tradiderũt Ioa.1. And. & Abb. in.c.ex literis in.1 de sponsa. Matth. de Affli. in cõsti.Neapo.li.3.ti.19.col 2. Sylvest.in verbo,Matrimoniũ.2.q.9.quorũ opinionẽ asseverat esse magis cõmuniter receptã Dõmi.episc. Segou.lib.4.decreta.2.par.c.4.§.4.nu.4. Vñ merito reiciẽda erit opinio quędã Ioan.in summa confesso.lib.4.ti.2.q.4.& Astensis.lib 8. ti.3.q.4.existimantiũ nulla in hoc casu sponsalia esse contracta. Sic ex diametro reprehendenda est Cardi.opinio qui in.d.c.ex literis asse-

uerauit per prædicta verba fuisse contractum verum matrimonium. cuius opinio potest in tribus casibus procedere. Primo, si dicta verba prolata essent deliberate & ad interrogationem alterius ex mente Bar. in l. gerit. col. 3. ff. de acqui. hæredi. Secundo, quãdo precessit tractatus de matrimonio contrahendo ex Cardi. sententia in Clem. vni. de consa. & affini. q. 20. Tertio, si communis vsus loquendi hanc significationem matrimonij receperit. vt asseuerat, Cardi. in d. c. ex literis.

REGVLA. D. CCLXXVI.

Verbum cõuenit, vel promisit, positum in instrumento intelligitur per stipulationem. tenent doctores magis cõmuniter in l. lecta. ff. si cert. peta. Licet Bar. ibi de verbo, cõuenit. cõtrariũ tenet cui assentiuntur Ang. & Alex.

Limita sex modis, vt per Iaſ. in d. l. lecta. col. 5.

REGVLA. D. CCLXXVII.

Verbum vel participium prẽsentis tẽporis in dubio est canon latę sentẽtiæ glo. in l. si quis maior. in verbo, infamia iuncto tex. in verbo, notatur. C. de transactioni. quam ibi sequitur Bar. Bal. Salic. & scribentes. alia expresſior in l. 1. verbo, afficeretur. C. ne liceat poten. alia in l. sicut in verbo, minime. C. de testa. mi. & in l. si qs in tantam in glo. mag. ver. Quarto quęro, vbi doctor. C. vnde vi. Deci. in auth. cassa. & irrita. 2. not. C. de sacro san. eccle. Fortuni. de vlt. fine char. fi. ver. Quadragesimus nonus casus. & alij plurimi quos refert And. Tiraq. in rep. l. si vnquã. C. de reuocandis dona. in verbo, ipso iure. col. 314. nu. 17. & dicit. communem. nu. 20. Licet plures alij contraria tenentes ibi referat: & nu. seq. plura iura, quibus facit satis tenendo communem.

Limita hanc cõclusionẽ tribus modis, vt per And. Tiraq. vbi supra.

ANNOTATIO.

Adde Fran. Purpur. in l. more. col. antep. ver. Tertio ampliatur. ff. de iuris. omni. iudi. Deci. in l. cum postea quam col. 1. 2. not. C. de de pacti. Frã. Crem. sing. 7. incip. Tu scisquod verbum. Corne. cons. 15. incipi. Ex quo dictus Franciscus. col. 5. lib. 1. & cõs. 312. incip. In hac consultatione. col. 3. ver. cum nõ solũ eo lib. 1. Iacobi de sancto Georg. in tract. feud. in verb. Qui quidẽ inuestiti. Ioan. Crot. in rep. c. 1. col. 8. ver. contrã tamẽ principalẽ. de consti. lib. 6.

REGVLA. D. CCLXXVIII.

Verbum, vel participium præteriti temporis, in dubio est canõ latę sententię glo. est quam ibi valde not. Bal. in l. iubemus nulli. §. œconomus verbo, probetur. C. de sacro. eccles. similiter in l. in criminali. C. de iuris. omni. iudi. verbo, habeatur. glo. in l. si qs maior. verbo, priuatus. C. de transacti. glo. c. 2. §. inhibemus. de hęret. lib. 6. alias glo. & docto. colligit Tiraq. in repe. l. si vnquam. C. de reuocandi. donati. col. 316.

Limita hanc regulam, duobus notabilibus modis. vt per Tiraq. col. allegata cum seq.

ANNOTATIO.

Adde Sali. in l. decernimus. post prin. C. de sacro. eccle. Imo. in c. vlti. de transactioni. & in c. si diligenti. col. 2. de foro competen. Iaſ. cõs. 46. lib. 3. Corne. consi. 89. col. pen. lib. 3. & cõs. 4. col. 4. lib. 4. Abb. in c. nouit. in fine de his quæ fiunt à pręla. Fran. Cremen. in sing. 7.

REGVLA. D. CCLXXIX.

Verbum, aut participium, futuri tẽporis est canon ferendæ non latæ sententię not. glo. Bar. & Bald. in l. iubemus. & in d. l. in criminali. proxime allegatis glo. in l. si quis in tãtam. C. vnde vi. glo. in verbo, fiat. in auth. habita ne fil. pro patre cum assidua doctorum caterua coaceruata à Tiraq. vbi proxime col. 317. excepto solo

Barb.

Bar.in.c.si diligẽti.de foro comp. quẽ vilipendit, vt pote leuis opinionis, & ingenij inconstantis.

Limita hanc regulam,omniũ communem.75.modis,vt per Tiraq.diffuse à col.318.vsque ad.362.

ANNOTATIO.

Adde Cur.iuni.in.l.traditionib⁹.nu.23.C. de pact.Matthæse.sing.115.Rom.cõs.212.Paulo ante fin. Cẽpol caus. ciui.cons.59.col.pen. Abb.late in.c.clericis.1.not.& iterum col.vlt. ne cleri.vel mona.Ias.in.l.rẽ quæ nobis. col. pen.ff.de acqui.posse. Corn.consil.237.col.2. lib.1.Salic.in.l.cum postea.C. de pactis Fran. Crem.not.7.

REGVLA. D.CCLXXX.

Verbum dare, si apponatur in cõtractu in quo inuenitur pretium pro re certa,efficit,vt ex parte ei⁹ qui obligatur ad speciẽ non sit emptio,nec vẽditio,sed cõtractus innominatus tex. ex quo ibi not. docto. in.l.dedi.ff.de condi.caus.da.

Limita hanc cõclusionem quatuor modis notãdis,vt per Ias.in.d.l. dedi. col.1.cum prin.seq.

REGVLA. D.CCLXXXI.

Verba narratiua in dispositionib⁹ legalibus super contingentia facti nõ inducit.

REGVLA. D.CCLXXXII.

Verba hęc super pœna excõmunicationis, vel centum librarum alteri⁹ rei,vel etiã sub in terminatione anathematis,vel simpliciter sub excõmunicatione,non sunt latę sententiæ sed ferendę glo.verbo,sub pœna.in.c.dolentes.de celebra.missa. & in. c. cum esses.vbi Inno.Host.Ioã.And.de test. & alię decẽ glo.& plures doctores ita tenẽtes coadunati per Tiraq. vbi infra põderat cap.relatũ. de iure patro.

Limita hanc regulam sex notãdis modis,vt per Tiraq.in.l.si vnquã. C. de reuocã.dona.col.365.cum seq. vbi etiam in seq.à.368.vsque ad. 394. ponit.56.discrimina inter hæc: scilicet cum quid sit ipso iure, quod idem est cum canone latę sententię vel cum est ferendæ sententiæ.

ANNOTATIO.

Adde authorem & quæ ipse ibi annotaui supra in reg.263.incip.Excommunicationẽm vbi ista met regula posita fuit.

REGVLA. D.CCLXXXIII.

Verba ista geminata, qualiscunq;, vel quicunque licet soleant alias multum importare,plus quam verba simplicia vt in.l.balista.cum simil. ff. ad Trebel.tñ restringuntur ad personas habiles probatur in.l.sed & si instrumẽta.in verb. quibuscunq;.iũcta glo. ibi & not.Bar.in.l. stat.ta. C. de fide inst.& iure hast.fiscal.li.10.& in.l.1. cum glo.C.de sacros.eccle.& probat glo.iuncto tex.in.l.1.& ibi Bal. C.de fide instr.

Limita duobus modis,vt per Ias.in l.fideiusse.§.prętor ait.ff.qui sat.dar. cog.in col.2.

Primo, qñ generaliter verborũ nõ pateretur restrictionem, quę vult fieri:quod tribus fundamentis probat.

Secũdo,qñ dicta verba vel similia ponerẽtur in cõtractibus,quia tunc nõ restringuntur ad habiles,imo operantur augmẽtũ:ita dicit limitare egregie Bal.in.l.fi. col.1. C.sine cens.vel reli. quod ipse trib⁹ fundamẽtis cõfirmat.

ANNOTATIO

Adde Ias.in.l.1.nu.13.C.de sacrosan.eccle. Hippo.cum ab eo allegatis in repet.l.vlt. nu. 176.ff.de iuris omni iudi.

REGVLA. D.CCLXXXIIII.

Veritas cõuitij,nõ eximit ab actione iniuriarũ.vt in.l.3. c. si recto. pro

vide Ioan. And. in addi. ad Specul. tit. de iniur. circa fin. col. 3. Cyn. & doct. in. l. si non cõuicij. C. de iniur. & vide glo. in. l. 2. lib. 4. ti. 3. for. leg.

Limita quadrupliciter, vt per Feli. in. c. cum T. A. B. in fine de re iudi.

Primo, quando dicitur verum ex causa: puta correctionis.

Secundo fallit, si dicatur, vt à proximis auferatur nocumentum corporale: puta Tu es leprosus.

Tertio, vt auferatur nocumentum spirituale: ne forte ordinetur.

Quarto fallit, vbi dicetur verum in iudicio.

ANNOTATIO.

Adde quod pro huius regulæ & iusquę limitationum clariori elucidatione examinare expedit quandam egregiam distinctionẽ Bar. quam scripsit in. l. eum qui nocentẽ. ff. de iniur. quo loco in materia huius regulæ ita distinguit vt arbitretur, conuitium verũ tunc punẽdum esse, qñ reipublicę minime interest vitiũ illud manifestum fieri, quia defectus alterius detegere iniuriosum est. l. 2. ver. quid enim tã durum. C. qñ & quib quar. pars debea. lib. 10. Sed si reipublicæ interest, tũc tale cõuitiũ impunitum esse. Prioris equidem mẽbri exempla sunt si quis aliũ filium meretricis, vel furis appellauit. Secundi vero si quis aliquẽ falsariũ hæreticũ vel sodomitam quam in effectu Bar. doctrinã tenuerunt Petr. Cyn. & Albericus in. l. si non conuicij. C. de iniur. Ang. in. d. l. eũ qui nocentẽ. Sali in. l. vni. C. de famo. libel. Ioan. Fab. in. § iniuria. nu. 3. insti. de iniur. vbi Ang. & Platea. sunt tñ aliqua à nobis circa hãc distinctionẽ consideranda, ex quibus apparebit veritas. Primo quod si conuitiũ verũ dicatur in iudicio, siue extra iudiciũ etiã si interẽt reipublicæ sciri, ex praua tñ intentione dicẽtis cum qua concurrit iniuriandi animus peccatum inducitur, quod quidẽ ab iniuriarũ actione liberum non est, nã quãuis reipublicę interẽt nocentiũ crimina nota esse atq; itẽ manifestari, praua tñ intentio reuelãtis, rem iniquã facit. tex. in. c. minister. & in. c. relegentes. 23. q. 5. Et quod hęc inconsulta detectio criminis peccatũ sit tenet Thom. & Caieta. 2. 2. q. 62. art. 2. Nec ab iniuriarũ actione immunis erit quod nouissime probat Aegid. Bosi. in delicto. tract. tit. de iniur. nu. 3. D. episcop. Segou. lib. 1. vari. reso. c. 11. nu. 6. & noster Grego. Lopez in. l. 1. ti. 9. par. 7. in verbo *Que es verdad*. Secũdo considerari oportet, quod is qui crimẽ aliquod exprobrauerit, cui reuelatio reipublicę vtilissima sit, si id non facit iniuriandi animo à peccato & ab iniuriarum actione liber erit. Tertio præmissa superiori sententia intelligere oportet, ex quo præsumptio deducatur an quis animo iniuriandi vel ne illud crimen reuelauit cuius manifestatio reipublicę vtilis est. Qua in re illud manifesti iuris esse censeo quod si criminis obiectio ex iuxta causa facta fuerit consentaneum erit præsumere non animo iniuriandi, sed vtique æquo animo contingere. At si absq; vlla causa vtilitate vel ipsius negotij quod tractatur, in iudicio, vel extra iudicium criminis obiectio contingit, tunc iniuriãdi & nocẽdi animo facta esse præsumitur. hæc enim tria colliguntur ex Oldral cons. 53. Abb. in. c. vlt. de iniur. & in. c. cũ T. A. B. col. pe. de re iudi. Roma. cõs. 96. Ripa. in. l. vlt. q. 7. C. de reuocand. dona. D episcop. Segou. in. d. c. 11. Marti. Nauar in. c. inter verba. 11. q 3. corol. 63. Ex qua resolutione pro maiori eius vtilitate libet aliqua lectu non indigna in medium adducere quæ ex ea colliguntur.

Primo illũ actione iniuriarũ puniendũ esse qui extra iudicij limites verba iniuriosa etiam vera contra aliquẽ protulit, non ad eius correctionem sed vt propriã iracundię satisfaceret, non equidem veritas conuitij illum ab iniuriarum actione eximit, & hoc casu procedit nostra regula & iura in ea allegata.

Secundo ex his constat, illũ a pœna immunẽ non esse, qui etiã in iudicio aliquod verũ crimẽ obiicit, quod nihil ad causæ decisionẽ attinet ex eo equidem deprehenditur depraua-tus animus. l. quisquis. C. de postul.

Tertio ex hoc deducitur minime esse puniendũ illũ, qui in iudicio ad repellendũ accusatorẽ vel repellẽdos testes defect⁹ vel crimina obiecerit dũmodo legitime probet, is enim nõ nocẽdi animo, sed vt propriæ causæ cõsulat fecisse intelligitur. ita sing. tenuit Ioan. And. in addi. ad Specul. ti. de iniur. sequit. Ang. in. l. q crimen. C. qui accus. non poss. col. 1. Sali. in. l. si non conuitij. C. de iniur. Petr. de Anch. cõs. 325. incip sup primo dubio subtiliter col. 1. & 2. Bal. Ang. Roma Sali Alex. Ias. & Ioan. Oroſci in. l. illud elegãter. ff. quod quisq; iur. Alb. 2. par. statutor. q. 42. nu. 2. Ang. Areti. in tract. malefic. in ver. iniuriosa. ver. quid si turpis. nu.

16.

16. Corne.conſ.80.col.2.nu.4.lib.3. Pariſ.de Puteo in tract.ſindica.in verb.Iniuria.§. an ſi contra officialem.nu.2.paruæ impreſsionis fo. 132.Belenzi.in addi.ad Abb.in.c.vlt.de iniur. Feli.in.c.1.nu.18.de exceptioni.Boeri. conſil. 4.nu.34.ver.ſeptima fuit opinio.D. Didacus Perez.in.l.1.ti.4.lib.3.ordi.in verbo, *Tachar los teſtigos*.& hanc opinionem cõmunem eſſe fatentur Stepha.Auffr.in addi.ad Capel.Tho lo.deciſi.409.Zaſi.in.d.l.illud eleganter. De generali tamen conſuetudine regni Franciæ, & ſi nihil probauerit obijciens crimina contra teſtes minime tenetur vt Boeri.d.conſ.4. teſtatur.neque vnquam vidiſſe procedi contra illũ qui contra teſtes crimina vel alios defectus obiecit in Mediolanẽſi ducatu teſtatur illuſtris vir & digniſsimus regius conſiliarius Iuli.Clarus.lib.5.recep.ſenten.§.fi.q.53.ver. Caueant.Sed in his Hiſpaniarum regnis praxis forenſis communem ſententiam recepit.

Quarto ex hoc apparet,eũ qui alterius crimẽ exprobrauerit ex iuſta etiã cauſa praua tñ intentione iniuriarum actione teneri,licet ad famæ reſtitutionẽ minime tenetur cũ ea ex vitioſa intentione non oriatur.vt elegantiſsime ſcribit Adrianus ſumm⁹ eccleſiæ Præſul quod libet.11.litera R quẽ ſequitur vir egregius ſanctimonia & literis inſignis.Mar.Nauarrus in d.cap.inter verba corolar.7. Ex quo aſſeuerat Adri.in.d.loco quod ſi princeps iuſtam habet cauſam indicendi,vel inferẽdi bellũ alicui oppidi,vel prouinciæ,ſi tñ infert ex odio, vel rãpido,vel prouinciæ,ſi tñ infert ex odio, vel rãcore peccat quia inique agit,non tñ contra iuſtitiam commutatiuã,& ea ratione dãna belli non tenetur reſtituere ſic iudex qui iuſte debet Tritium in centum condemnare ſi tamen id facit ex odio iniq; facit & peccat, ſed quia non iniuſte,ad reſtitutionem non tenetur.

Quinto infero non contemnendam interpretationem ad regiam l.2.ti.9.lib.8.ordinaqua cautum eſt, vt is qui alterum ex viris ibi contentis conuitio affecerit iniuriam illã retractet coram iudice.& honeſtis perſonis,(vt aiũt palinodiam canendo)& rurſus trecentum ſolidis multetur,eſt equidem regia illa conſtitutio interpretanda vt locum habeat,quando qs conuitium falſum obiecerit, longe quidem aliter ſi verum vtique protuliſſet idq; maxime reipublicę conueniebat patefieri, nam hoc caſu minime tenetur palinodiã canere.ita aſſeuerat nouiſsime Anto. Gomez.in tract. delictor.c.6.nu.2. Imo idẽ affirmandũ eſt qñ quis viriũ aliquod exprobraret,quod manifeſtũ fieri nihil vtilitati reipublicę cõduxerit licet vtro q; caſu extra ordinẽ puniendus ſit iniuriarum actione,vt ſcribit D.Epiſcop.Segou.lib.1.vari. reſo.c.11.nu.7.& Petrus Plaza lib.1.epitom. delictor.c.1.nu.6.& 7.Grego.Lopez in.d.l.1. ti.9.par.7.in verbo, *Que es uerdad*. quãuis de hoc dubitet,illud tamen aſſeuerat quod is ad famæ reſtitutionem teneatur in quantum id ſine mendacio fieri poſsit,vt pote quod dicat ſe male dixiſſe,vel quod iniuſte iuxta doctrinam S.Thom.& Caieta.2.2.q.62.art1.2.in reſpon.ad primum arg.

Sexto non prętermittam,quod is qui crimẽ verũ contra aliquẽ obiecerit iniuriarũ actione tenetur,iuxta declarationẽ ſupra traditam,etiã ſi antequã prorumpat in contumelioſa verba vtatur quadã honoris præfatione, vt vulgo dicitur Mentiris ſaluo honore.ita Bar.& alij in.l. ſi quis extraneus.nume.1.ff.de acqui.h.ered. Anto & Abb.in c.cùm te.de iure iur.& in.d. c.cum T. A. B. Ang.in.l.veſtem ff.de iniur. Alex.in.l.turpia.ff.de leg.1. Seci conſ.118.vol. 1.Iaſ.in.l.vt vim ad finẽ.ff.de iuſti & iure Ripa.in.c.cũ M.nu.88.de conſti. Feli in. c. excõmunicamus.col.2.de hæreti.& in c.quæ in eccleſiarũ.nu.86.de cõſti.& in c.dilecti pen. col.de excepti. Deci.conſi.487.nu.4.& coſ. 686.nu.11.Celſ.in tract,clauſul.fol. vlti. col. pen.ver.Tu mentiris.Anto.Rub.in.l. non ſolum.§ morte.nu.461.ff.de nou oper. nunti. Aud. Aleia.in.l.deteſtatio.2.col.ff. de verbo. ſignifi.Montal.in.l.2.ti.3.lib.4.for. leg. litera A.D.epiſcop.Segou.lib.1.vari.reſol.c.11.nu.1. D Did.Perez.in.d.l.1.ti.4.lib.3.ord.in verb. *Tachar los teſtigos*. Quid enim prodeſt velle ac præfari honorem alterius ſaluum eſſe,cum conuitio obiecto denigretur.

REGVLA. D.CCLXXXV.

Victor regulariter nõ appellat ab expẽſis,ſed obtinet de ipſis,corã eo,ad quẽ victus appellauit.l.fi. C. quando pro.non eſt neceſſ.vbi not.docto.

Limita dictã concluſionẽ quatuor modis,vt per Fel.in.c. ſignificauerũt. de excepti.1.col.cũ trib.ſeq vbi p ſex col.examinat late materiam, d. l. fin.

REGVLA. D.CCLXXXVI.

Vidua retinet dignitatem quęſitam

radijs mariti. ita tenet communiter docto.in.c.ex parte B.de foro competen.& refert Felin.ibi licet secundum eum cõtrarium teneant moderni ibi, põderãdo verbũ quoddam illius tex.

Limita quatuor modis. vt per Fel. ibi. col.1. & vide easdem per Geor. Nat.in rep.c.quiuis pactum. de pact. lib.6.col.76.ver.Secundo quæro.

ANNOTATIO.

Adde tex.in l.mulieres.C.de digni.lib. 12. Cuius verba sunt, *Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus & domicilia mutamus si autem minoris ordinis uiram postea sortitę fuerint, priori dignitate priuatę posterioris mariti sequentur conditionem.* Et probat tex.in l.filij.§ vidua ff. ad municip.tex in c.licet.§.mulier.de sepol. lib.6. & vide regiam l.7.ti.2.par.4 inibi, *Aũ a otra fuerça el casamiento, segun las leyes antiguas, que maguer la muger fuesse de uil linage si se casare con el Rey, deuen la llamar Reyna, y si Conde Condessa, y aun despues que fuere muerto su marido la llamaran ansi, sino se casare con otro de menor guisa; ca las honrras y dignidades delos maridos, han las mugeres por razon de ellos.* Vn de vidua retinet familiam viri, vt scribit Bar. & eum sequitur ibi Fulgo.in l.vlti.C.de verbo signi. Et domicilium.vt in d.§. vidua &.d. §.mulier not.Albe.in l. fœminæ. ff. de sena. Card.consi.135.in addi.quæ est in fine Ang. consi.34.col.1.& consi.369 col. 2. Et dicitur stare in primo matrimonio tex in.§.non solũ. in auth.de nup.l.vlt.C.de boni.mat.l.de emãcipatis.ibi priorem torum seruauerit. C. de legi.hæredi.& voluit glo in.l.1.§.exactio. C. de rei vxo.acti.& in.l.iubemus.in verbo, retineri.C.de eroga.mili.anno.lib.12. Bar.in.d.§. vidua.& in.l.diuortio,in prin.vbi Bal.2.col.ff. solu.matri. in cuius rei confirmationem facit quod scribit Diuus ille Hieronymus lib.1 in Iouenianum de Valeria sorore Messalarum, quę cum post mortem seruij viri solicitaretur à propinquis ad alteras nuptias, negauit se velle alteri nubere,& interrogata, cur id faceret, respõdit sibi semper maritum Seruiũ viuere. A quo non longe distat quod ipse paulo ante scripserat de filia Demotionis Areopagitarum Principis, quæ mortuo Leosthene sponso, negauit se alteri nupturam, quod adulterum aceperet, non maritum, illum enim nondum sibi mortuum esse.

Ex quibus facile intelliges, viduã ignobilẽ quæ viro nobili nupsit, non teneri eo mortuo quãdiu in viduitate permãserit, ignobiliũ tributa soluere.ita eleganter scribit Ioan.Lup.in repet.rub.inter vir.& vxo.§.31.nu. 9.quẽ sequitur And.Tiraq.de nobilitate.c.18.nu.5.

